

TOMUS III.

Continens

HISTORIAS,

Sub gubernatione


Ferdinandi I. Imperatoris,

Et

Epitomen rerum ab An. Domini M. D. LVIII.

usque ad finem Anni M. D. LXIV. in variis Orbis
partibus gestarum.





AD
LECTOREM,

in Tertium Tomum


P R A E F A T I O.



Argumento hujus Tomi, cognatione cum Secundo & quarto, continuatione ac ordine, satis superque supra in praefatione, in secundum Tomum dictum est, quae iterum hic commemorare supervacaneum fuerit. Epitomen vero rerum sub Ferdinandi Imperio gestarum, quod attinet, quae ad finem hujus Tomi adjecta est, D. Simon Schardius (piae memoriae) ex aliis Scriptoribus magna diligentia collegit. Vero simile autem est, idcirco eum in inscriptione illius pag. 16. Historiarum solum Studiosi mentionem fecisse, non suum quoque nomen apposuisse, quod cum multi adhuc vivant, quorum acta & res gestas complexus est, & quorundam offensionem sibi fore existimavit, si a se confectam esse iis constaret. Ita enim propemodum omnis ordinis atque conditionis homines sunt affecti, ut actiones ac facta sua, qualiacunque sint, laudari cupiant, notari, aegre molestèque ferant. Unde a veteri illo Comico verissimè dictum est: Obsequium amicos veritatem odium parere. Etsi igitur hac fortè de causa D. Simon Schardius, cum in hac vita commoraretur, Authorem se hujus Epitomes laudare noluit, tamen cum jam, vitae suae curriculo confecto, rebus exemptus humanis, liber sit ab omni periculo, memoria autem ejus ex hac bona opera celebrior; & apud eos, qui eam probant, gratiosior sit futura, non celare Lectorem nomen ejus visum est. Vale, Calendis Augusti, Anno Domini M. D. LXXIV,

AUTHORUM, LIBRORUM, OPUSCULORUM ET
Tractatum, qui in hoc Tertio Tomo continentur,
ELENCHUS.

D e cade Domini Melchioris Zobel VVürzburgici Episcopi, ac Orientalis Francie Ducis, Historica narratio, Authore Petro Lorichio pag. 1.	
Caspari Stibini Satyra in sicarios, qui D. Melchiorum Zobel Episcopum Herbipolensem ex insidiis adorsi, anno Domini 1558. die Apr. crudeliter interfecerunt.	5
Guillemi Paradini, de motibus Gallie, & expugnato receptoq. Ilio Caletorum, anno 1558.	9
Adriani Tornebi de Calisto capto Panegyris.	19
Eadem de re ad Henricum II. Francorum Regem aliud Carmen.	22
Eadem de re Michaëlis Hospitalis ad Francisc. Lotharingum Guisiorum Principem Epistola	24
Eadem de re aliud ejusdem carmen.	26
In reditum ab expugnatione Caleti Francisci Lotareni Guisiorum Ducis aliud.	27
In reditum ejusdem Ducis. Ioachimus Bellajus.	ead.
D e Theavilla capta Michaëlis Hospitalis carmen.	ead.
Ioannis Aurati Poëma in Guisii Ducis ex Italia reditum.	28
Aliud ejusdem de Caletum urbe nuper à Gallis Guisio Duce recepta.	ead.
Aliud ejusdem ad Henricum Valesium Regem Francorum de Caletica Victoria.	29.
Aliud ejusdem de Rege Henrico in equo Veredo ad Caletes vello.	29
Aliud ejusdem de Ducis Parmensis copiis à Ferrariano Principe nuper suis fugatisq.	ead.
Davidis Georgii Holandi Hærestarchæ vita & doctrina, quomodo Basilea fuit, tam quid post ejus mortem cum cadavere, libris, ac reliqua ejus familia actum sit, per Rectorum & Academicorum Basiliensem, in gratiam amplissimi Senatus ejus urbis conscripta.	30
Tertii belli descriptio, quod magnus Rutenorum Princeps contra Livones gessit, anno 1558. quo Civitas & Provincia Torpaterensis à Moscovitis expugnata & victa est.	39
Historia belli Dietmarsici gesti, A. 1559 à Rege Dania Friderico, & Slesvici ac Holsat. Ducib.	46
Item ejusdem Regis Friderici Coronatio, facta anno eodem, die mensis Augusti 20. descripta carmine ab Hieronymo Hosio Poëta laureato.	65
Elogium seu effigies Ioannis Rantzovii Equitis Holsati aurtati.	73
Aliud sub ejusdem effigie.	76
Epitaphia varia in ejusdem obitum & tumultum conscripta, anno Domini 1565. mense Decembri, cujus die 12. e vita decessit.	77 seqq.
De sepultura & exequiis funebribus ejusd. appendix, per Christoph. Kellinghausen Hamburgens.	80
Aliud ejusdem Epitaphium in eundem Ioannem Rantzovium.	82
Vera narratio, quomodo D. Maximilianus Bohemie Rex &c. electus fuerit in Regem Romanorum Francofurti ad Mœnum, anno Domini 1562. die 24. Novemb.	83
Narratio de gloriosa & solenni Coronatione Romanorum Regis Divi Maximiliani facta, eodem loco & anno, die ultimo Novembr.	85
Convivii Casarei descriptio eodem die celebrati.	86
De Electione & Inauguratione Maximiliani II. Romanorum Regis Francofurti ad Mœnum, anno 1562. Historia, per Adamum & Nicolaum Heydenes fratres descripta.	88
Ioannis Posthii Germershemii carmen gratulatorium, ad Divum Maximilianum II. Rom. Regem.	92
Ejusdem in eundem finem, & in ea. qua in ejusd. Regis Inauguratione acta sunt, varia Epigramm.	94
Martini Fluberi Basiliensis Epigramma in carmen gratulatorium Posthii.	ead.
Joannis Lauterbachii, ad eundem D. Maximilianum II. Roman. Regem carmina gratulatoria, & in ejusdem Coronationem Epigrammata.	95
Relatio Ebraimi Strotschenii Solymani Turcici Caesaris Legati ad D. Ferdinandum ejus nominis I. Francofurti, anno 1562. die 27. Novemb. in Conventu Electorum & Principum lingua Sclavonica recitata, cum Catalogo comitum ejusdem.	96
Exemplar literarum creditoriarum eidem Legato in causa induciarum octennalium, ad Ferdinandum Casarem, à Solymano datarum.	97
Catalogus Electorum, Principum, Legatorum, Comitum Baronum, Nobilium & Doctorum virorum, qui huic Inaugurationi interfuerunt.	99
Expositio causarum, quibus Elizabetha Anglia Regina commota est, cur militem coegerit, innotuit Gallicorum moruum.	110
Ad confessionem sive indicium Joannis Poltronii, de cade Francisci Guisiorum Ducis, responsio Arnoldi Francia & reliquorum, quorum nomina in eo indicio edita jactantur, 21. Februarii, Anno Domini 1562. in pago S. Hilarii ad Mesminum facta.	113
Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus à Confirmatione Ferdinandi Caesaris, sub ejusdem Imperio hinc inde gestarum ex variis aliorum scriptis ab anno 1558. usq. ad finem anni 1564. magna diligentia & studio à D. Simone Schardio &c. collecta.	123



TOMUS III.
 DE CÆDE REVEREND.
 PRINCIPIS, D. MELCHIORIS
 ZOBELLI, HERBI POLENSIS EPISCOPI,
 AC ORIENTALIS FRANCIAE DUCIS,
 HISTORICA NARRATIO.

NISTI IN TANTA Perditorum hominum audacia, & hac infinita scelerum omnium impunitate, minimè tutum sit, magnarum ac variarum rerum sui temporis casus atq; eventa literis mandare, propterea quod in veritate simultas maximoperè extimescenda est. Tamen cum intelligerem, non apud finitimos tantum Nostros, verum etiam apud eos, qui longe absunt, de crudeli & miserabili cæde Reverendissimi & Amplissimi Principis Melchioris Zobelli, Episcopi Herbipolensis, & Franciæ Ducis, multa, partim falsa fictaque, partim etiam contumeliosa, disseminatis dispersisque hominum sermonibus jacitari, facere non potui, quin rem totam, ut gesta est, breviter exponerem, ipsumque (si possem) mortuum, pro meo erga illum officio ac pietate, in bonam hominum existimationem vindicarem. Persuasum autem velim esse omnibus, me non ad alienæ voluntatis arbitrium, sed libero & sincero iudicio hæc scribere aggressura, nec, ut dolori meo serviam, quæquam, contumeliæ causa, libertatè orationis perstringere, abest hoc à natura mea, abest à moribus plurimum. Sic tamen existimo, multos bonos & amantes patriæ, ejusdem sceleris cogitatione, quam me ipsum, gravius ac vehementius interdum commoveri. Non enim hæc unius tantum hominis privata calamitas existimanda, & à Principum reliquorum periculis segreganda est, præsertim cum non desint, qui immanissimum hoc facinus ita verbis extollant, ut imitari cupere planè videantur. Atque hoc quidem in tam ancipiti rerum motu dum varijs passim terroribus & periculis, non solum externis verum etiam domesticis, imperium concutitur, & ad interitum penitus impellitur, quanto perè præcavendum sit, nemini obscurum esse potest. Qua enim ratione, in tam nefaria latrocinandì consuetudine, & inveterato prædandi usu, omnique militiæ disciplina inquinata & perversa, dum nemo militaribus præceptis obtemperat, tot imminentibus malis & calamitatibus obviam ibimus? Quibus satis firmis præsidiiis, sublata principum auctoritate, in tanta animorum defectione & diffidentia, quantam alia ætas nul-

la unquam vidit, afflictae patriæ opem & auxilium afferemus? Proditiones & clandestina cum hostibus pacta non pertimescemus? Sic enim à majoribus accipimus, in re militari virtutem multum valere, tum plus etiam disciplinam. Sed de his, quando ea non sunt muneris nostri, viderint ij, penes quos rerum omnium potestas est: Nos vulnera hæc Reipublicæ aperire & ostendere possumus, curare non possumus. Nec vero ab instituto meo alienum esse puto, si antequam ad factum ipsum veniam, pauca prius de interfecti Principis familia, de moribus ac natura, totoque vitæ genere dicam, quibusque initiis, hætantæ in illum acerbissimi odij & invidiæ procellæ excitatæ fuerint. Natus est MELCHIOR ZOBELLVS in Orientali Francia, Provincia virtute Majorum maximè libera; honesto apud suos loco, patre Equite Franco, à quo liberaliter educatus, & eruditus (ut ea ferebant tempora) Viris in disciplinam traditus fuit, qui teneriores ejus annos alerent instituerentque ad virtutem. Sed cum eo tempore contemptæ jacerent literæ, ac bellicæ potius virtutis commendatione, lumina omnia homines consequerentur, ætate corroboratæ, cum laboris patientissimum, & ad omnem famis & frigoris tolerantiam firmatum corpus haberet, ad initia rei militaris discenda animum applicavit. Nec ita multo post, tumultuantibus passim in Germania rusticis, in arce Herbipolensi, in quam se, cum multis alijs fortissimis Viris, Duce Friderico Brandenburgico, Ecclesiæ Præposito, ad Reipublicæ auxilium intulerat, omnem obsessionis difficultatem ac periculum perpeffus est. Difficillimis deinde temporibus, infestissimo Turcarum exercitu Pannoniam forèdè & crudeliter vastante, militatum illuc abiit, ubi & in perpetendis laboribus, & adeundis periculis, magni atque excelsi animi illustre specimè dedit. His peractis rebus, per honorifico domi Sacerdotio præditus, in omni vita modestus, continens ac temperatus extitit, nihilque tam amplum fuit, quo non ille in primis dignus judicaretur. Itaque Decanatum ob singulare pietatis & religionis studium consecutus, Cunrado à Bibra, Episcopo, vitæ functo, in ejus locum maxima omnium ordinum lætitia, ac gratulatione successus est. In eo dignitatis gradu, acutus, etsi multas sibi propositas difficultates vid-

ret, Rempublicam tamen liberè & sine metu administrabat, amicitiam & pacem cum vicinis colebat, nihil, quod ad devinciendas amicitia hominum voluntates pertineret, omittebat: juris æquabilem tenebat rationem, suorumque civium commodis, utilitati, saluti, quibuscumque rebus poterat, consulebat. Amabant in eo homines inter cæteras virtutes summam lenitatem & mansuetudinem, spectatos mores, animum ab omni cupiditate remotum, nullaque inalevolentia suffusum, aditus ad illum omnibus patebant, magna in audiendis admittendisque hominibus facilitas, nullus in negotiis neglectus, in decernendis expediendisque rebus diligentia singularis, & in verbis fides. Ex religionis autem dissidiis atque offensionibus magnum animo capiebat dolorem, deque iis legitimis potiùs deliberationibus, quàm armis decerni, omnemque hanc labem & confusionem nostri temporis sanari, vehementer optabat. Itaque cum Paulus IV. Pontifex Rom. ex omni regione orbis terrarum Viros doctos Tridentum ad Concilium habendum vocasset, in quo tot incommodis quotidianisque detrimentis subveniretur, quamprimùm illuc contendere, operamque Reipublicæ Christianæ suam navare statuebat, idque fecisset omnino, nisi è medio cum cursu impendens patriæ discrimen, quod ille tum animo providebat revocasset: Unde facilè apparet, quanto perè veterem illè disciplinam ac sanctitatem pristinam revocari, moresque infectos emendari ac corrigi concupiverit. Confectis rebus necessariis, requiescere ubi volebat, animumque ex laboribus reficere librorum lectione sacrorum in primis & eorum, quibus Virorum illustrium expressi mores, natura, consilia, & res præclare gestæ continentur, mirificè delectabatur, cæli etià motum, ac lunæ, ac solis vias, ortus & obitus siderum, ab earum disciplinarum peritis audire, ac mente complecti, magnitudinem terræ metiri, locorum situs, urbes, fluvios, maria, portusque explorare solebat. Si verò majoris aliquid otij nactus esset, id in venatione lubentius ac sæpius consumebat, cum quòd eam exercitationem honestissimam semper habitam non ignoraret, tum etiam ut valetudinem, qua satis firma utebatur, ea laboris consuetudine ac patientia confirmaret: in quibus tamen animi oblectationibus ita versabatur, ne quòd interea Reipublicæ tempus eriperet. Concitatum deinde fuit acerbissimum & calamitosissimum bellum, cum homines potentes nova quædam spectantes, per tot annos conservatam Episcoporum dignitatem, & juris administrationem, funditus extinctam cuperent, sibi que in hac imperii inclinatione omnia licere existimarent: In ejus belli initio, antequam res ad manus pervenisset, quid ille non fecit? quibus aut sumptibus, aut laboribus pepercit? quas non conditiones hosti proposuit, ut sibi populisque suis pacem redimeret atque otium? Posteaquam verò omnia, quæ ad leniendos hostium animos, accommodata esse viderentur, nihil profecissent, Deum primùm Optimum Maximum ac homines contentans, invitum se ad arma cogi, summa virtute universam belli molem, cum confœderatis excepit, injurias illatas propulsavit, hostem sudit

fugavitque, omnesque fortunæ injuriæ ac varietates, incredibili animi magnitudine superavit. Nulla tamen interea onerum & exactionum acerbitate populum pressit, nisi quam periculosissima patriæ tempora & extrema propè necessitas non postularet modò, verùm etiam flagitare videretur. Sed universa eorum temporum Historia, cum publicis literarum monumentis consignata sit ad memoriam hominum sempiternam, nihil dicam amplius, quod etiam si vellem, sine acerbissima præteritorum recordatione non possem. Ex illius belli reliquiis, cum quidam factò omnium fortunarum naufragio, pedem ubi in suo ponerent, non haberent, militari primùm insolentia turbas facere, discordias alere, saltus & itinera atrociniis infestare, postea etiam quòd hoc vivo, bonis, quæ per dedecus amiserant, frui se posse diffiderent, desperatione rerum suarum, & domesticis vulneribus impulsæ, consilia de optimo Principe interficiendo agitare clam inter se cœperunt, ad quòd facinus perficiendum audacia illis nunquam defuit, occasio semper defuit. Manabant tamen hæc interea in vulgus, multorum oculi, atque aures eos excursores observabant, ipsumque Principem, ut in se custodiendo plus aliquantum diligentia poneret, monere & hortari non desinebant. Sed is, ut animo erat alto, minimeque suspicioso, & ad pericula confirmato, adduci non potuit, ut aut timeret, aut crederet, tantum scelus in hominem cadere posse. Huc accedit, quòd nullas illi inimicitias, nullum periculum denunciaverant, & paucis ante diebus interposita Principum Electorum, ipsiusque in primis Romani Imperatoris autoritate, sic inter partes convenerat, ut de tota controversia per certos homines amicè disceptaretur. Itaque pactis quasi induciis, nullum in URBE præsidium, nullas viarum ac portarum custodias habere, paucis comitatus ex arce quotidie per loca in suburbano ad fraudem maximè opportuna descendere, quæ ubi in re, parum putatur cautus providusque fuisse. Et hoc quidem in loco, consideranti mihi varios calus & ludibria fortunæ, ad quæ nascimur, verum videri solet, quòd à Veteribus crebrò usurpatum fuit, diem & horam magnas sæpe clades afferre, cum uno quasi momento omnium vis malorum atque calamitatum impetus conspirat atque irrum-pit. Et si penitus has fortunæ vicissitudines considerare volumus, profectò HUMANA VITA MISERIA EST. Prædie itaque Iduum Aprilis, quindecim nefariæ illius, conjurationis socij, quorum ego nomina vel nescire volo, vel non dicere, in urbem se vesperi unà cum mercatoribus intulerunt, partiti inter se diversoria, ut eò melius omnem insidiarum suspicionem vitarent, nève vino obruti, vocem aliquam indicem conjurationis emitterent. Luce orta, Princeps rerum omnium ignarus, nihilque nisi de commo-dis ac salute suorum populorum cogitans, secundum usitatum morem institutumque Majorum, in urbem venit, animo tamen præter solitum quasi divinatione quadam de propinqua morte mæsto ac conturbato, quem ejus mærorem aliud etiam insuper ostentum, quòd non ita pridem acciderat, tunc in mentem illi veniens, vehementer auxit. Iphis enim Calendis Januariis

In Curia vestibulo scalarum gradus ascendens, in calvam humani capitis, à nemine eorum, qui præcesserant observatam, pede impègerat. Quod cum aliquid gravius portendere illi visum esset, magnus animus terror pavoreque inceserat, ad misericordiam deinde & fragilitatis humanæ recordationem conversus, puero ut tolleret eas reliquias, sedibusque suis reconderet, mandaverat, Deumque Optimum Maximum, ut illud omen inane esse vellet, precatus erat. Hæc igitur cum mente tunc revolveret, & aliud ex alio incideret, solitoque ipse appareret taciturnior, domestici quidam & familiares, ut in urbe eo die pranderet, animumque à molestiis abduceret, admonebant: Verum ubi nulla ratio, nullumque consilium vim fati superare potuit, in arcem reditum ut conficeret, equum conscendit, quod à duobus præcursoribus & emissariis animadversum cum esset, insidiatoribus, ut locum antecaperent, renunciatum ferunt: Pluvius est Mænus, urbem Herbiopolim (quæ totius Regionis caput est) in plano sitam interfecans, ejus utramque ripam pons lapideus conjungit, ultra pontem oppidum est, publicis privatisque ædificiis & templis pulchre exornatum; habitatoribus autem non adeo frequens, tuti ex omni parte receptus, ad dextram declivem per locum ad flumen, patens & liber aditus, ubi & aquatio est, & è regione paulò editiore in parte diversorium. Ibi hostes Principem opperiebantur, apta ad tempus simulatione, quasi vinum eo ex diversorio peterent; ferreamque soleam equi unguis inducerent. Itaque cum jam hora fatalis ignominiosæ cædis advenisset, Princeps in locum insidiarum delatus, ubi tot simul armatos, equis insidentes, totiusque corporis habitu, armorum & vestium usu terribiles, in se unum conversos vidit, ad primum quidem conspectum nonnihil commotus, animo tamen celeriter confirmato, ulterius progressus, cum unus ex iis satis humaniter venienti se obtulisset, benigno eos vultu salutavit. Hic (proh Deum atque hominum fidem) ille latronum Dux atque Princeps, cæteris immanior, ardentibus scelere & furore oculis, ex insidiis, inermem, nec opinantem aggressus; moriendum esse magna voce proclamavit, suosque cohortans, ne quemquam clavisinerent, ipse immanis beluæ modo, in Principem irruens, pilâ igneo pulsâ tormento pectus ejus trajecit, eodemque ictu humerum sinistrum perfregit. Tum demum omnes reliqui novo clamore sublato in perterritos, ut quisquis proximus erat, impetum facere; cedere, tum armorum telorumque conflictu, crebrisque tormentorum emissionibus recta viaque resonare; equi ferocitate exultantes concurrere, omniaque protelere; viri fortes ac strenui ad terram ruere; gemitusque morientium audiri; quo spectaculo in libera & pacata civitate post hominum memoriam nihil est unquam visum indignius. Princeps gravi accepto vulnere, per clivum; sabulo & silice stratum, in arcem properabat, hostem ad portas jam esse; urbisque excisionem ac vastitatem moliri existimans, itaque ut unumquemque habebat obvium, portas claudere, arma capere; urbem ab eversione defendere, interruptis & morientibus vocibus hortabatur; donec ad extremum sanguine ferè omni profuso per suorum ex

arce obviam venientium humeros ex equo sublatus est. Morienti Johannes Sinapius Medicus, magno Vir ingenio, magna doctrina, & in hac ingravescente jam ætate suavitate cum morum, tum orationis prope singulari, suprema pietatis officia præstitit. Nam & humo jacenti pallium substravit & dulcissima commemoratione Passionis & meriti Dei & conservatoris nostri Jesu Christi pie consolatus est suisque interfectores, ut ignosceret, admonuit. Ad quæ Principes cum iam ipsa in morte oppressa vox esset, ad Cælum oculos sustollens annuit, humileque inter arbusculas, nudo in solò, tot oppidorum ac Populorum Princeps, extremum spiritum, à superveniente tamen Sacerdote, à peccatis rite expiatus, sine gravi sensu doloris, exhalavit, animamque Deo; à quo acceperat, reddidit. Corpus pulvere, tabo & sanguine atro conspersum ac scædatum, miserabile spectantibus rerum humanarum exemplum præbuit. Paucas deinde post horas *Jacobus Fuchs*, Cubicularius Principis, Eques Francus, candoris & probitatis exemplar, tribus ictibus confossus, decessit. *Wolfgangus Carolus à Wenckheim* Præfectus, per fossa sinistro latere ulque ad XV. Calend. Maji spiritum produxit: Fortissimi gravissimique Viri qui honeste occumbere, quam fidem in Dominum suam, tam necessario tempore deferere, satius atque prius putaverunt. Vulnerati etiam alij Viri nobiles, digni genere & Majoribus suis, *Friedericus Baro à Grayneck*, *David à Rodt*, *Christophorus Voÿt à Ricneck*. Paucos qui arma capiendi, seseque defendendi tempus non habebat, fuga reliquos à cæde fecit. Hostes ab intrasurum vallium periti, citatis equis per portam, quam socij insederant, ut suis tuto recipiendi facultatem darent, eruperunt, fistulasque suas ferreas, in summo jugo, pulvere & pilis denuò infarcire conspecti sunt, nemine prorsus eos insequente, cum neque intelligi homines, quid in tanta, tam repente quasi offusa eorum animis caligine fieri deberet, aut posset, & equites suos Princeps eo die ablegasset, ut mercatores per fides suos iter facientes *Kittingam* oppidum usque perducerent. Signo tumultus, ab iis qui in speculis erant, dato, Cives incendium excitatum rati, ad illud extinguendum, armati per vicos discurrebant, magnis ut fieri solet, clamoribus: Cæde Principis nunciata mœstum repente omnes silentium horrorque tenuit. Mox singulis acerbum nuncium domum perferentibus; tota urbe fletus gemitusque fiebant, cum nullus esset, cui non afflictæ patriæ charitas lacrymas eliceret. O sortem Principum miseram & calamitosam! O inanem & fallacem hominum spem! Quis est, qui aut cogitando explicare, aut verbis exprimere satis commode, satisque graviter tantam rerum atrocitatem queat? Hostibus tamen ea crudelitate nondum satiatis, sanguinemque adhuc humanam stentibus, ad XV. millia passuum ab urbe, *Johannes Zobellus*, Eques Francus, Principem genere contingens; optimus Vir; Græcis & Latinis literis adprimè eruditus; fortè fortuna obvius fuit, priusque in eos incidit, quam quid factum esset, audivisset. Hic ille homo ater, terræ filius, qui prædandi à latrocinandi præcepta aliis tradit, immani specie, tanquam jubatus D R A C O collum torquens, ut præterito scelere quasi cumulum quemdam adjiceret,

nihil hostile opinantem adortus, pila è tormento igneo emissa, latus circa umbilicum subito perripit, & ex equo deturbavit. Dextram deinde, fidei testem, poscens, dextræ suæ omni scelere ac perfidia contaminatæ junxit, & hoc quasi jurejurando, ut sese ad diem & locum quò vellet ipse sisteret, adstrinxit. Captum contra morem, contra omnia conventa ac pãcta militaria, spoljavit, equos tres, annulos, torquem auream, pecuniam vi eripuit. Sic optimum ac innocentissimum Principem, qui etiam à cruore hostium castum se & impollutum semper exhibuerat, nihilque unquam violenter aut superbè in quenquam cœlituerat, repentina vis immanissimi sceleris oppresfit. At ille quidem, qui dum vixit, omnes suas spes in DEO collocatas habuit, ex misera hac vita, in æternam vitam sublatus, in celo nunc, quo ab unigenito DEI filio JESU CHRISTO verum nobis iter ostensum est, felix beatusque ævo sempiterno; & bonis omnibus relictissimo gaudio fruitur. Nobis autem ipsa fortasse temporis diuturnitas doloris a terre levationem poterit, memoriam certè clarissimarum ejus virtutum delere non poterit. In æterna laude versatur Epaminondas, quòd post devictos armis Lacedæmonios, gravi accepto vulnere, & hasta, qua transfixus erat, è corpore nondum evulsa, cum exanimari se videret, à stentibus quæsierit, *chryseus ne salvus est?* Salvus est: *Evelle spiculum miles, ne eo vulsæbeat tu moriar.* Præclara quidem vox Imperatoris, in victoria suis hostibus animam exhalantis, pro clypeo, cujus fidei ea in pugna opera usus fuerat solliciti. At Princeps noster non de clypeo, sed de vita fortunisque suorum civium, de conjugibus, parvisque eorum liberis anxius, ipsa in morte supremis vocibus quàm clara illi esset patria ostendit. Cujus quidem pietatis suæ fructum pulcherrimum tulit, quò die solenni pompa funeris elatum, universa civitas veris lachrymis amplissimisque laudibus prosequuta est. Liceat autem mihi propter criminolos quosdam obtrẽtatores hoc in loco quærere, ab illo Titanum fratre, Duce latronum: *Quæ tanta ejiu in te injuria existit, ut non captivum eum faceres, abduceres, sed sanguinem ejiu concupisceres? & provellum jam atate Principem, cui quantum quoque vita reliquum erat, jugulares? Quid fecerat, quid peccarat? Quid commoverat? Uxor, inquit, mea, quam Conradus à Tribra Episcopus heredem scripserat, nihil ex testamento solvit. propterea quòd plura legatum esset, quàm per leges capere illi liceret: me, cum arma contra eum tulissem, via insidiatus essem, pagos incensussem ac uripussem, bonis omnibus exturbavi, socios meos ades impune facere non permisit, in animadversione ac pœna durior fuit. An hæc non satis magnæ ad jugulandum Principem causæ videntur? Hæc sanè tua est præclara oratio, tantique tui sceleris defensio: Quid si ne ad criminandum quidem satis idoneas esse has à te commemoratas causas convincam? Scilicet enim Principem à crudeliter (ut levissimè dicam) atque nefariè trucidatum, familiaris suæ emptorem fecerat Conradus Episcopus? Pecunias publicis usibus destinatas, difficilimis Reipublicæ temporibus, ad privatos paucorum usus,*

eorum potissimum, qui vitæ suæ & communi libertati insidiarentur, convertere jussit? scilicet cuiquam hominum quicquam eo ex testamento solutum unquam, & uxori tuæ præterita sola fuit? Scilicet ad Principis non pertinet officium ac munus, iis, quibus decet supplicis, homines sceleribus propè innumerabilibus contaminatos afficere? Eos, qui privatos non violant modo, sed suo, quem colere deberent atque revereri, Principi manus afferere conantur violentas, omnib. orbare suis bonis atque fortunis? Qua in re quantum Principi mitis suus animus atque clemens obfuerit, quantamque causam interitus intulerit, ipse qui & stultorum semper & sapientissimorum nunquam Magister est, eventus satis ostendit. Quæ cum ita sint, jactare tamen quasi præclaro gesto facinore cervices audent, & quia tacent homines, sese vicisse opinantur, quibusdam etiam immanissimū facinus placet maximè, quibusdam qui meliores haberi volunt, non admodū displicet. Siccine hodie vivitur? Ista ne divini humanique juris, maximè erit nobis felicitas loco ducenda confusio? Erit ne in armis & sceleratorum hominum posita libidine, præstantissimorum etiam Principum salus atque vita? Proh Deum atque hominum fidem, in quæ tempora incidimus? Quo me nunc conferam, quo vertam? Quem implem? Tene, dive FERDINANDE CÆSAR? Cujus illi imperij auspicia, numana victima, hospitis tui sanguine contaminaverunt. An Vos apellem, Principes Electores, Custodes Legum, Defensores LIBERTATIS? Vos, Vos, inquam, fortissimi Viri, summis in id viribus incumbere decet, atque eniti, ut ista probra, & dedecora patriæ, otij & concordia hostes, ad cædæ tantum prædamque nati, qui omnia vestræ dignitatis & imperij jura atque exempla violant, corrumpunt, atque evertunt, pœnas Diis hominibusque meritas debitasque persolvant, ut, vi cohibita & Principum Authoritas & hic Reipublicæ status, uinunc est, qualiscunque est, conservetur. Fundamentum ad futura mala jactum est, multisque (ut initio dixi) æmuli ejusdem audaciæ, team imitandi illius sceleris voluntatem palam indicant, quò magis à Vobis providendum est, ne perniciosam hanc interficiendi Principes viam patientia Vestra muniatis. Confidimus etiam, Deum Opt. Max. (si modò ij erimus, qui esse debemus) contra nefaria ac conscelerata latronum consilia, novasque minas, præsentem nobis auxilium laturum. Cujus quidem in hoc etiam, non dubijs significationibus singularis in Nos elucet Benignitas, quòd in tanta Reipublicæ orbitate, optimum nobis Episcopum ac Ducem Fridericum Wirspergium, amantissimum Patriæ, maximi animi, summi consilij, singularis prudentiæ, & quòd caput est, flagrantem Christianæ pietatis studio donavit, quem domi forisque spectata virtus ad illud dignitatis fastigium crevit. Nec verò Vobis, FERDINANDE CÆSAR, Vosque Principes Electores, officia suæ decerunt fortissimi gravissimique Viri, quos lectus societas conjungit, ipsaque pietas & familiaris decus ad expetendas domesticæ sanguinis pœnas excitabit.

Quod ultimum est, hoc magna voce iterum atque iterum contendo, nisi in tanta rerum confusione, dum armorum strepitu aures nostrae undique perfonant, remedium aliquod extiterit, & sublata latrocinia, caedes repressae, agris & itineribus securitas restituta fuerit, diutius hoc imperium, quod armis & virtute, plurimoque sudore Majores nostri pepererunt, stare non possit. Ipsos autem pacis & concordiae hostes, qui tanta scelera

facere consueverunt, admonedo (si pati possunt) atque obtestor, ut tandem aliquando, hanc diuturnam audaciae suae crapulam edormiant, & ab isto quasi Pelago & exilio immanitatis suae ad sobrietatem & rectae rationis portum redeant, & Patriam amare discant, nec hominum inter ipsos societatem in posterum impediant, quod si omnino pergere decreverunt, Dij faciant immortales, salva illi Republica funditus evertantur!

AD REVERENDISSIM. ET ILLUSTRISSIMUM Principem & Dominum, D. Fridericum D. G. Episcopum Herbipolensem, & Ostro-Francorum Ducem &c. bonarum literarum Conservatorem.

SATIRA IN SICARIOS AC IMPISSIMOS LATRONES, quorum nuper quidam comprehensi sunt, qui Reverendiss. in Christo Principem & Dominum, D. MELCHIOREM ZOBEL, Episcopum Herbipolensem, ac Francia Orientalis Ducem ex insidiis adorti, Anno Domini M D LVIII. die vero 15. Aprilis, perfide & crudelissime interfecerunt.

G. ASPARO STIBLINO, Auctore.

SI vacat hos paucos nobiscum perlege versus
Hic, quem tartareo juvat indulgere furori,
Et scelerum genus omne animo versare cruento,
Omnia funcribus miscere, & caede bonorum
Pollutas jactare manus, sacrasque nefandis
Subvertisse domos ausis, atque omnia praeda
Ducere, fortunis indigna sorte colonos
Vertere, matronas per vim tractare pudicas, (aras:
Temnere sacra Deum, & summi quoque Numinis
Jura negare sibi posita esse, licere, quod usquam
Collibeat: Coelos lingua scelerare procaci:
Seditione sacrae foedae profcindere pacem,
Infantum vepres passim sparsisse cruore
Et miseros spoliasse, suo quae parva labore
Comparere diu natis, uxori, & amicis:
Externo Patriam precio male prodere Marti,
Atque ultro se offerre ducem, scelerumque ministrum,
Qualia praeteriti non novit temporis aetas.
Nec Scinis immanis, nec saevi est ausa Prociustis
Conscelerata mannis patrare, nec horridus ille
Sævitia Cyclops, ventrem farcire cruenta
Assuetus coena, factis cooperta nefandis,
Huc tige turba veni, quorum furor obsidet atras
Tartareus mentes, & devia pectora ducit
Per tenebras errore nigras pallentis Averni,
Hos, moneo, versus animis insigite vestris,
Si non ille graves Cacodæmon obserat aures
Vobis, quos trepidum dirus praesultor ad Orcum
Per scelus, & caedes, & facta immania raptat.
Si quid adhuc mentis superest, atque ulla tenebris
In tantis scintilla micat, respicite, & ipsum
Autorem vitae, qui vos compegit, amore
Qui vestram fuso delevit sanguine culpam
Insolito: aethera qui cuncta tuetur ab arce,
Et scelera horrendis ulciscitur impia poenis,
Nescite. Iam tringit vindex penetrabile ferrum,
In flammis jactat manibus, dirosque rotarum
Ictus ingeminat, jam plena cadavera multo
Plurima Crux patri late insicit aëra tabo.
Nescite, turba Deum pasci consueti rapinis
Et nece non fontum: non hæc impunia facta

Semper erunt, iustæ vindictæ terminus olim,
Mætaque fixa manet, ultra quam tendere nemo,
Nemo movere potest. Hic tum quid abacta juyabit
Præda? quid effusus scelerate sanguis, & ictu
Vita nihil culpa meritis erepta cruento?
Cum trabibus licetor funestis nexibus artus
Alligat, & tabo rotantia membra gementis
Jam frustra frangit: Judex cum Christus ad altum
Te vocat (ô miserum) dextra minitante tribunal,
E manibusque tuis indigna caede peremptos
Exiget: atque omnis facies teterrima vitæ
Ponitur ante oculos, seriem Cacodæmon longant
Enumerantes, nigris pridem signata tabellis,
Quo nultu tecum, vel qua tu fronte rependes?
Cum quæ fecisti, cælo ostententur aperto,
Cum nec erit latebris scelera, aut involvere fumo
Copia, sed penitus animi relesantur, & auras
Accipiunt lucis claras. Non ergo gehennæ
Horrida imago tibi subit, & violentia leti
Quæ te perpetuo plorantem tæcere claudet?
Et ruis in præceps vani illudente lucelli (las
Spe fretus? Nemesis quem mox complexa probro
Protrahet ad poenas. Nec longè exempla petemus:
Jam quater exacto Phœbus sua tempora cursu
Conficit, horrendam facinus cum cerneret ammis,
Qui riguis Francas undis late alluit urbes,
Inlons cum tristi Francorum funere Princeps,
Princeps Nestoreo longè dignissimus ævo,
Insidiis, Stygiisque dolo, furis que latronum
Indignè oppressus cecidit, terramque momordit
Ore premens, multo & fudit cum sanguine vitam.
Hic multi temerè nullo res ordine ferri,
Nec mundum certa credebant lege teneri,
Quando sacrilegis, tantas succumbere telis
Aspicerent oculis virtutes, omnia versis
Jactari vicibus, scelerum vi jura labare,
Inlontes latitare metu, florere superbos,
Innocuum fundi, nullo prohibente, cruorem,
Ipsos Auctores scelerum gaudere, fugaque
Impuni elapsos communi vescier aera.
Sed Deus æthereis hominum res cernit ab astris,

Momentoque regit certo, tardusque nocentes
 Proripit ad pœnam, limisque tuctur Olympo
 Luminibus cello sceleratè facta malorum.
 Donec fatorum ratio, desixaque meta
 Supplicium acceleret coopertis cæde, dolisque,
 Ac jam sepositis agitantibus otia curis
 Fœda per infamem luxum, per mille malorum
 Furta: nec ulla manent humanæ gentis inulta
 Crimina: sed meritis pœnis aliquando rependit
 Omnia, sæpè licet lentè, Rex ætheris alti.

Nam qui fœdarant sceleratas sanguine palmas
 Principis occisi, & turæ sibi tempora pacis
 Polliciti, infami gaudebant cæde latrones.
 Ecce Deus subitoprehendit, vinculisque coarctat.
 Signifer in primis facti, qui per fidus ultrò
 Mortifera Doinini trajecit pectora glande,
 Corripitur nuper manibus post terga revinctis,
 Et dum raptatur, meritas fœdissima pœnas
 Bestia quo lucret, laqueo se perdidit ipsum,
 Atque gulam frangit manibus, quas sæpe cruore
 Spargerat effuso non dignâ morte cadentum:
 Quas etiam summi scelerarat sede sacrorum
 Principis, histurpi nodo sua guttura stringit.
 O factis dignam pœnam. Sic fœdus Judas,
 Proditor in fontis CHRISTI, suspensus ab alto
 Roboreæ quercus ramo, successit Averni
 Aeternis umbris, atque in sua vertit eadem
 Colla manus, quia complexu tradebat JESUM
 Falsò Judæis. Tali quoque proditor ille
 Exemplo perit, nec enim mortalibus unquam
 Talem discepti decuit cruciatibus, omnes
 Qui scelere exuperat gentes, cunctosque relinquit
 Post se famosos quondam furialibus ausis.

Ergò jaces tandem cælo execrabile monstrum,
 Atque Erebi Stygio pariter trepidabile Regi:
 Nec fuga te potuit venienti abducere fato,
 Nec tenebræ aut ininis latebrosa in vallibus antra,
 Nec nemorum abscessus, nec sylvæ claustra remote,
 Angulus aut alia, nec te qua situs in ora,
 Nec quoque pestiferæ jaculatrix fistula glandis
 Usque comes tua, & innumere tibi conscia cædis:
 Non super impositæ Lotharingis collibus arces
 Urgentem poterant funesti temporis horam
 Ducere, & in pœnas properantia fata morari.

Tène, miser, stygias sperasti posse sorores
 Fallere, & insano quatientem verberare flagra
 Tisiphonem, atrasque faces, stimulosque severos,
 Efferaque Aleætus sibilantibus Ora colubris
 Non locus, aut ferrum, non illa audacia, saltus.
 Non procul hinc positi, non ferrea turris, & altis
 Montibus impositæ speculæ, non dextera pugnae,
 Has vitasse quæant pestes: nam nocte dieque
 Infestant fontes animas, atque ignibus urunt,
 Diris armatæ facibus, tortisque flagellis,
 Dilaniant miserè scelerum malè conscia corda.
 Non ne tibi ante oculos semper volitabat imago
 Principis occisi crudeliter? Ipsa cruoris
 Innocui guttis an non aspersa rubebat
 Detestanda manus tibi, quo-te-cunque ferebas?
 Semper enim penitus cædes infixæ medullis
 Hærebat, mentem miseris terroribus urgens.
 Dum tandem miseræ deformia tædia vitæ,
 Ac lucem exosus proprio te funere in Orci
 Præcipitem tenebras ageres, & morte perires
 In formi, æternum venturi dedecus ævi,

Ite alacres igitur, cædesque referte cruentas,
 Ac Vos immunes posthac fore credite noxæ,
 Quæ sequitur tristem profusi sanguinis Aten:
 Ite & divinum tantum ludibria Numen
 Dicite, nec fixa mundi labentia regna
 Lege gubernari, & volvi mortalia casu.
 Namque oculis totum lustrans ultoribus orbem
 Regnator Superùm sacro videt omnia vultu.
 Et lubit absitusæ tacitus penetralia mentis,
 Vindicæque memor secum male facta recenset.
*Non etenim cacalatebra, non clausu cubilis
 Janua, non testis nocturni ablata lucerna
 Supri: non paries, nigra non horrida noctis
 Umbra, nec effusa sola sub rupe caverna.
 Illius illustres vultus avertere possunt,
 Quo minus aspiciant humana dramata vita.
 Namque sub infernæ ultericia lumina abyssos
 E cælo penetrant supremi vindicis alto,
 Cunctaque percensent, specubusque condidit atris
 Vultibus, vel que latitant sub gurgite Pontis
 Immerso, æris vel denique nantia regnis.
 Nil latuisse potest divini à lumine vultus,
 Lumine ab æterno quod latè funditur ortu,
 Jugentiq; flammæ mandati fulgore pererrat.*

Ergò quos pascunt cædes, malefacta rapinæ,
 Proditio, motus populi, & civilia bella,
 Ante oculos nobis supremi Numinis iras
 Pônite fulmineas, & fœda exempla propinqui
 Supplicii, atque animas cruciandas igne perenni.
 Eventu monet id memorando proditor ille,
 Præsulis ad celebris cæsi vaga flumina Mœni,
 Opprobrium nullis unquam delebile scetis,
 Qualis signato maneat sub tempore fontes
 Exitus. ð Dice summi Jovis inclucta proles,
 Tuque colenda Themis, fixam si tempora metam
 Attigerint: horæ fatalis, in arcta catenis
 Et reliquos sceleris funelli vincla ministros
 Abripite, infanda pollutos cæde ferendi
 Præsulis, & meritis cruciandos tradite pœnis.
*Nam pavitant animo trepido, furis que per omnes
 Jam terra latebras cæci incertis, feruntur:
 Inficit ora color flavo pallentia buxo
 Tristior, & stimulis sub pectore versat amaris
 Se Furia, & circum nigrescere cuncta videntur.
 Ante oculos cæsi versantur principis ora:
 Non requies, non ulla mali solatia tantis
 Adsumt, argentes gelidus tremor occupat artus,
 Ac digni abssumi trepidant telluris hætu:
 Quos terrent, meritaq; cruces, flammæq; voraces,
 Obvolitantq; anima semper fera mortis imago,
 Et tortor basano lacerandis artibus apio
 Solers: tum tristestenebrose carceris umbra,
 Intorsa funes, & vincula stuppea duris,
 Turpia latronum que stringant corpora nodis.
 Donec sublatis pœnis crudelibus almam
 Tellurem pedibus cessant calcare profanis,
 Ac scelerate oculis cæli spirabile lumen,
 Amplius, & velsci vitalibus ætheris auris
 Tum demum placido pacati funere manes
 Præsulis, ac cineres scælici sine quiescent,
 Et quoque gaudebit volucris stellantis olympi
 Geus, quæ sanctam animam sacrati præsulis inter
 Complexus fovet: & Nemesis tum mitior iras
 Deponet, scelerum merita si morte ministri
 Hoc facinus luerint, & mœstæ crimina cædis.*

CONRADI DINNERI, ACRONIANI IN CHRISTOPHORUM KREZERUM ELEGIA.

Quam cuperem Krezere meis tua fata Camœnis
 Lætius initium materiamque darent:
 Non mea nunc tragicos memoraret Musa furores,
 Quantaq; sit summi vindicis ira Dei:
 Crimina ut horribiles comitentur atrocis pœnæ,
 Quam graviter Nemesis puniat omne scelus:
 Quomodo nemo oculos fallat vultusq; Deorum,
 Sed veniat tardo pœna luenda pede.
 Demum iustitiæ qui sit pulcherrimus ordo,
 Sic necis artifices arte perire sua.
 Hæc utinam nostræ tua dira piacula musæ
 Præscribant Elegis non recitanda modis.
 Quam *Krezere* velim, si sic fortuna tulisset,
 Carmine virtutes concelebrare tuas:
 Quam phlegeron tæo scelera atra luenda sub igni
 Dicere, & his versus commaculare meos.
 Forte superstes adhuc *Zobellus Melchior* esset,
 MELCHIOR ille armis maximus, ille toga.
 Et sua sublimi præcinctus tempora mitra,
 Cum nitido sacrum præferat ense pedum.
 Nec tuus (infandum) furor, & scelerata libido
 Pectora fodisset præfusus icta pij.
 Nec modo diversas ea fama volaret in oras,
 Gurgite quæ pleno Mœnus & Ister eunt.
Krezerus laqueo collum sibi fregit, is ipse,
 Quo duce *Zobelli* prodita vita fuit.
 Roste animam fontem sibi præfocavit, is ipse,
 Qui dedit immeritæ corpora multa neci.
 Qui raptor, prædator erat, qui latro cruentus,
 Hæm jacet, adstringit dum sibi fune gulam.
 In propria armavit crudam sua vulnera dextram,
 Qui Francæ genti publica dàmna dedit.
 In sua carnifices animavit guttura palmas,
 Dum reprobis nullos credit esse Deos.
 Nimirum Ajacem nemo superare nisi Ajax
 Hunc potuit, latro corporis ipse sui.
 O justos oculos! reperit Deus esse nocentem:
Horrendos fines impius omnis habet.
 Ite procul, superos qui non curare putatis
 Facta hominum, & nullos rebus adesse Deos.
 Scilicet aspiciunt oculis mortalia iustis,
 Pœnaq; præsentem monstrat acerba Deum.
 Ipse malos velut ignis edax consumit, & ulla
 Non patitur solida prosperitate frui.
 Impia compunctis percellit pectora fibris
 Cuncta metu pœnæ tuta timere facit.
 Eumenides torrent ultricibus illa flammis,
 Mille premunt animos tormina, mille cruces.
 Virtutisq; velut cedit pulcherrima merces,
 Sic premit adversa talio sorte malos.
 Estne opus exemplis? satum miserabile præbes,
Krezere, in Stygios præcipitare lacus.
 Sic Judas bipedum nequissimus Iscariotes,
 Qui CHRISTUM vili prodidit ære Deum.
 Cæcus avaritia, stimulis furialibus actus,
 Intulit audaces ipse sibiq; manus.
 Projiciensq; suam velana mente salutem,
 Roste perit, nigras rectè subintrat aquas.
 Hoc *Krezere* nefas primis miratus ab annis,
 Prodis semideum, prodidit ille Deum.

Hoc tamen inferior Juda, quo Conditor orbis
 Zobello CHRISTUS principe major erat,
 Ah caput infelix, Stygiq; rapina Tyranni!
 Quid tua ferali carmine fata canam?
 Huc ego Castalios poscam in mea labra liquores,
 Aoniasq; Deas in mea vota vocem?
 An quærar, an gaudebo tua super, impie, morte,
 Aut mea quod medium Musa sequetur iter?
 Non ego nunc gaudere velim, nec flere: quod illud
 Prorsus inhumanum est, hoc inuliebre nimis.
 Nil lacrymæ his prosunt, nil lamentabile funus,
 Quos fera styx novies fusa refusa tenet.
 Et quos impositos cymbæ semel horridus ille
 Per mare Lethææ navita vexit aquæ.
 Ergo iudicium Domini mirabimur, & quod
 In fontes rigido jure tribunal agit.
 Lex ea factorum est, hic irrevocabilis ordo,
 Ille tibi gnomon, hæc tibi amussis erit.
Impius exitum, fert aurea premia iustus,
Oderunt nec amant impia facta Deij.
Qui gladio pugnat gladio jugulatur eodem,
In pœnam Superi laquea contra movent.
Sanguinis effusor luit atro sanguine pœnas,
Solos felices mens sine læbefacit.
Pletere quid dubitas divinum crimina zelum?
Credo, Deos nullum posse latere nefas.
 Has tibi si potius mens consiliumq; fuisset,
 Vivendi normas mente tenere tua,
 Balthea quam magicis ne quicquam pingere formis,
 Vel tua res melior, vel minus atra foret.
 Iamq; amplis auctus *Krezerus* honoribus esset,
 Præstantes inter nomen habendo Viros.
 Seraque posteritas (quid enim vivacius illa?)
 Unica virtutis buccina, testis honos,
 Post bona perpetuæ commendans nomina famæ,
 Eterno laudes diceret ore tuas.
 Tityrus in sylvis caneret fortassis & Ægon,
 Quam fueris recto pectore Francus Eques.
 At tibi nunc perijt cum fama & nomine corpus.
 Quoq; æterna magis quam peritura valent
 Cocyti submersus aqua vastisq; lacunis,
 Tristitia projectæ dàmna salutis habes.
 Atque ita sulfureis miscens æconita culullis,
 Per piceos erras flebilis umbra lacus.
 Quid mores nunc excutiam vitamque scelestam,
 Omnia sunt vitæ tempora fœda tuz.
 Et, bene si memini, prædixit ferrea Clotho
 Talia nascenti, de tribus una soror:
 Gorgoneos pueri ecce oculos! hæc signa latronis:
 O Lachesis, turpi morte peribit, ait.
 Risit adhæc, sicamq; dedit, qua luderet infans,
 Machinulamq; globos quæ jactat igne citos.
 Quos ita dum cupidè tractaret pufio iustus
 Tisiphone applaudit, noster is, inquit, erit.
Talia nempè tuas decuere crepundia dextras,
Natura sequitur semina quisque sua:
Sic cito purpureos fundunt violaria flores.
Maturas fructus fertilis arbor habet.
 Ergo ubi polluta matris prorepsit ab alvo,
 (Nulla rosas etenim gignere squilla potest.)

icò (dirum emen) serali carmine bubo
 Edidit ignavos cum strige nocte sonos,
 Imbuerant furix cor felle, os lacte canino,
 Savitix dantes hæc alimenta suæ.
 Hiscè cibis crudis *Krezerus* crevit, alumnus
 Eumenidum, Stygij dira propago gregis.
 Inque novis vitijs semper nova linea ducta est,
 Tot scelera enumerat, quot numeratq; dies.
 Sic imbutus, eam primum imbibit ille salivam,
 Effet ut à vitijs degenerare nefas.
 Jam Vir factus erat, jam pleno robore corpus.
 Duruerat, patiens pulveris atque Iovis.
 Hic agit at secum: quid inani semper in umbra
 Vivere, & usque domi delituisse juvat.
 Præstantes animos elumbis inertia frangit,
 Arguit ignavos degeneresque timor.
 Macte animo, spirantibus eque fode calcibus armos,
 Perge ita fortunam discere velle tuam.
 Nunquam Mæonius cecinisset Homerus Achillen,
 Argolicas inter si latuisset anus.
 Præmia fulmine eo sed dum ciet impiger ense,
 Ilias æternum nunc celebratur opus.
 Et mihi sunt vires, est alea cognita Martis,
 Audeo & armatis obviis ire globis.
 De decet hoc equitem nimio torpescere somno,
 Nec famam factis velle parare suis.
 Ito bonis avibus, quò fata vocantque trahuntque,
 Præda quoque in casses ibit opinia tuos.
 Forfan in his aderit mercator Noricus oris,
 Pingua qui nostro pabula selvet equo.
 Hoc igitur pacto menti fiducia crevit:
 Hæc est egregia tessera militix.
 Sanguine sic hominum juvit, sic vivere rapto,
 Are viatores exonerare suo.
 Ceulupus impastus grassatur ovilia circum:
 Omnia sic ejus plena latrocinij.
 Nec satis, illustres animas, ut clarior esset,
 Tam crudus in cæsto funere mer sit Eques.
 Ille minister erat furiarum, is ille latronum,
 Dux, & fundendi sanguinis auctor erat.
 Illius interit *Zobellus Melchior* altu,
 Machina fulmineas dum vomit igne pilas.
 Ah cædem indignam, pro lamentabile funus!
 Heu nimis in quodvis cerea corda scelus!
 Ipse Pater Mænus præcinctus cornua mulco,
 Pallentes ab eo tempore fundit aquas.
 Ter Cereris Bachique serax Franconia mater,
 Lamentans, cheu dixit & ingemuit!
 Sed vultus refricare vetus, quod ducere callum,
 Cæpit, ab ingenio res aliena meo est.
Zobellus prostratus humi jacet, in loca latro,
 Diffugit, armipotens quæ Lotharingus arat.
 Auræ cæruleo vernant ubi lilia campo,
 Belgica qui flavus rura Mosella rigat.
 Qua juga prærupti surgunt scopulosa Vogesi,
 Errat in ignoto hic impius orbe latro.
 Quem profugum aspiciens truci Rhamnusia auctu,
 Injiciam ultrices, inquit, ubique manus.
 Alter Amyclæus non sit tibi Cyllarus iret,
 Effugeres pœnam vindicis ipse Dei.
 Sic Dea, adhuc fontes qui judicant æacus umbras
 Aut hoc, aut simili verba dedere modo.
 Jam quater imbrifera rorabat Aquarius urnas.
 Fluxerat Argolicæ tempus Olympiadis:
 Quum Pyrichalcus Eques generoso peccatore Francus
 Ulturus Domini tristia fata sui,

Per Francos, trevirosq; per indomitosq; Sicambros
 Cum Mæno Rhenus quæque Mosella strunt,
 Explorat vigili montesque aditusque Caballo,
 Sicubi latronem possiet habere tritern.
 Ut nemori assuetusque sagaci nare Molossius,
 In leporem notus quem stimulavit odor.
 Obvia perquirat celeri pede lustra ferarum,
 Spe nondum captam devorat atque feram.
 Arx jacet ad fines & serupea saxa Vogesi.
 Quales erat Caci regia nigra feri.
 Hic Pyrichalcus adest, & doctus ab indice certo,
 Ad comites alacris talia dicta dedit.
 Hic latet, ô socii, Zobelli latro cruentus,
 Ibimus, hic solidæ præmia laudis erunt,
 Nec mora, sit via vi, ferratis limina portis,
 Impellunt, ardet felle ciente furor,
 Mille fores, & mille terz clausere latronem:
 Conscia mens sceleris quæq; pericla timet.
 Jamq; atræ noctis tenebras Aurora fugabat,
 Linquens purpureis molle cubile rosas.
 Complexus hic inter agentem conjugis arctos,
 Comprendunt, turbant sædera sancta tori.
 Exoritur clamor, tene hic, teterrime latro,
 Invenio? Heus victas da mihi, latro, manus.
 Qualis aper septus venatorum agmine denso,
 Contra tela furit dentibus, ore fremit,
 Amplaq; distendens lunato guttura rictu,
 Transsiliiit obstantes, qua valet arte, plagas.
 Asperat erectis horrentia tergora fetis,
 Igne tremunt oculi, teter it ore cruor.
 Prociissisq; jacens relupinus inhorruit armis,
 Spuma cruentatis faucibus Alba fluit.
 Non ita *Krezerus* virtute minore repugnat,
 Fidere de nulla velle salute salus.
 Miscetur Francis, contraq; n. in acia surgit
 Verbera, quæq; potest arte nocere, nocet.
 Pro turbi laqueo pulchram per vulnera mortem
 Quærit & è somno nudus in arma ruit.
 Sternitur in Francis, & dura compe de vincus,
 Ludibrio Belgis gentibus inde fuit.
 Nec fuit interea multis è millibus unus,
 Qui tam diro homini condoluisse velit.
 Ergo suæ vitæ finem impositurus, Judæ
 Exemplum certæ prætulit ille neci.
 Inspirat Satanas (quid enim est altutius illo?)
 Infelix quàm te trux laniena manet?
 Sic dabis infestis lacerandos hostibus artus,
 Nil valet in propriam dextera fida necem?
 Fascia de petaso pendebat inutilis, illam,
 Arripit, & furum perfida colla ligat.
 Non id custodes propè tum sensere jacentes.
 Causa sed insoliti magna stuporis erat.
 Forte stetit medio candela accensa cubili,
 Docta sub obscurum luce fugare chaos.
 Hæc (dictu mirum) pleno pinguisissima succo,
 Ante vehens nitido pulchrius igne jubar.
 Dum se funestes *Krezerus* strangulat ausis,
 Noluit in dirum spargere lumen opus.
 Nemine speratas negat extinguente favillas,
 Protinus in tenebras lucidus ignis abit.
 Aurea quæ pulchro radiabat cynthia curru,
 Obscura bijugos nube recondit equos.
 Incutit horrorem nox insidiosa metumq;
 Omnia funesti plena timoris erant.
 Hic Franci properant extinguere luce tenebras,
 Splendet eo demum lumen, ut ante, loco.

Accurrunt, laqueumq; vident, laqueumq; resolvit,
 Krezero socius qui scelerum atque via.
 Vivus at interea calor ossa reliquerat, & jam,
 Adverso immeritam calce retundit humum.
 Vita abijt in ventos, & mens raptatur in Orcum,
 Flammaq; consumit turpe cadaver edax.
 Quæ prope busta potens scelerum Ramnussa vindex,
 Grandibus hæc sculpsit verba legenda notis.
 Cre Cerl en Cineres, non Corp Vs: tVrpiVs isthVc
 Ut fr VeretVr hVmo, teXit in Igne rogVs.
 Hoc cecidit pacto Krezeri ignobile fatum,
 Ah nimis in propriam dextra parata necem!

Cui modò nil profunt undantia sanguine CHRISTI
 Vulnera, nil hominum, Crux, juvat, una salus.
 Discite mortales, animisq; inscribite, vestris;
 A vitiis puras continuïsse manus.
 Discite magistratus reverenter habere potestas
 Est quibus à magno tradita summa D E O.
 Motibus insanis prohibe effervescere pectus,
 Affectusque malos elue mente tua.
 VIVE, PIUS MORIERE PIUS: bene vita peracta
 Nos Superis similes Cœlitibusq; facit.

DE MOTIBUS GALLIÆ, & Expugnato Receptoque Itio Cale-

torum, Anno 1558.

PER GUILIELMUM PARADINUM, BELLIOCI DECANUM.

REVER. IN CHRISTO PATRI DN. ANTONIO
 AB ALBONE, SAVINIACI, ET INSULÆ

Barbaræ Abbati,

GUILIEL. PARADINUS:

Nunquam tam perspicua vis se numinis protulit, R. Pater, quam hoc insigni rebus anno: superiore siquidem ætate potentissimus hostis, qui atroci nos clade affecerat, nonnullis Procerum in vincula coniectis, & trucidato regis stirpis, summæque spei principe, expugnata Viromandorum Augusta, nec non aliquot in collimitio arcibus, tantum terroris fecerat, ut æternam nobis servitutem importaturus videretur: & ipso nominis fulgore, reliquum mortalium genus percussurus, velut cælum cervice contingens. Cumq; nulla humana præsidia adversus tantas opes suffectura viderentur, in iis publicis casibus, in tanta rerum & temporum inclinatione, Francica pietas in preces versa, cœu ab extremis inferis, ad Deum clamorem intendit, invicta futuri auxilij fiducia. Nec fessellit. Nam Deus Opt. Maximusque qui est infinitæ misericordis, qui se etiam in tribulatione nobis ad futurum multò certissima oraculi fide est pollicitus, temporis momento, cœlestis roboris prodigia exeruit: ac nulla mortaliū ope, contulit Christianissimo Pissimoque Regi Henrico victoriam, quantam secundum magni Clodovzi tempora, nulla ætatis meminit: ac nescio, an omnium etiam seculorum memoriam superet: haud sanè dubio documento, cum maxime propitium Deum nos intueri, ad nosq; propius subsidia laturum ire, cum magis premimur, nec diu proculve à rebus adversis abesse: ob idq; nobis divinæ opis spè bonam atrocibus temporibus fovendâ esse, quantumvis circumstiliat, quantumvis incurset hostis, imò si universa etiam Dæmonum examina in nos consurgant: si mundus quicquid habet machinarum expediat, nosque omni terculamentorum genere urgeat. Nam bono nos esse animo jubet, qui se mundum subegisse proficitur. Orandus verò nobis est, ut hoc bellum rei Christianæ lugubre, quod tot jam annis terrarum orbem concussit, & assiduas clades, quibus vita hæc tunditur, componat,

vitiisque temporum corruptissimorum tollat. Cæterum cum omnes hujus victoriæ famam tanta publica lætitia acceperint, ut alii festis ignibus, alii sacris cautis gaudium suum prosequantur: visum est & mihi, hoc Epinicio, gaudium meum apud te perinde atque in sinum effundere, ut studium meum istud in te, nomenque Albonium propensissimum aliqua, testificatione proderem. Vale Hilaribus, ex arce Bellijoci.

DE MOTIBUS GALLIÆ, ET EXPUGNATO RECEPTOQUE ITIO CALETORUM.

Cæsar Carolus septimum & quinquagesimum ætatis annum attigerat, cum viribus diuturno morbo imminutis affectus, exanguisque statuit, in Hispaniam procul omni aulico strepitu, negotiorumque fluctibus secedere, affecto corpori (ut ipse quidem causabatur) consulendi causa. Sunt, qui id accidisse dicant vani vitæ splendoris satietate, an rerum adversarum pudore & metu undique imminenti discriminum aut utriusque tædio. Sed id ego valetudinis potius tuendæ (quod propius vero sit) causa effectum suspicor. Convocatis itaque Belgicæ inferioris Ordinibus, Bruxellis pro suggesto sublimis sedens, concionem habuit, deque rebus à se gestis exscripto disseruit. Summa quidem hæc fuit, se ad hoc ævi, quanta potuisset fide, rerum habentis moderandis præfuisse, operamque collocasse omnem illis ab omni calamitate regendis seque supra quam homo valet, hostes gravissimos ab illorum cervicibus depulisse: Turcas Austria imminentes bis profligasse: Bis in Africam transvectum, Christiani Imperij fines protulisse: A mediterraneum mare crebro transmisisse, ut suis suspensas ferret: plurimorum pro religione bellorum negotiis defunctum esse: Rem Gandavensem dissensionis jaclatam composuisse: Italiam quanta superum, inferumq; mare videt, pacasse: Eoq; veniunt esse, ut hic laboribus assiduis valetudinem, qua jam aliquot annos graviter confluetur, contraxerit tantumq; delicti

Crizanis adierit, ut afflictam eueri valetudinem tot subinde emergentibus Reipubl. fluctibus, haud temere possit. Itaque certum esse, omnes Ditionum omnium sollicitudines à se prosul abdicare: Reliquum, quod Deus fecisset vite; Hispanico secessu, quando Medicis ita sit visum, fovère atq; seculum tempestatibus varie jactatum in tranquillum vitæ portum affectum corpis sculum, velut lacerum procellis navigium, recipere. Dicens vocem lachrymæ atque singultus intercipientibus: deinde accidenti ad genua Filio, manû, quod feliciter precantis erat, imponit, seque in ejus humeros paternum opum, ditionumque summam reclinare effatur: seque loco & possessione opum cedere, juveni in integræ ætate, & valetudine prospere ejus officii futurum, quantum in eo sit, ne Rempublicam novi status pœniteat. Omnes deinde jurijurandi religionem, qua sibi obstricti tenebantur, se solvere pronunciat, circumstantesque rogat obnixè, atque obtestatur, ut Filium, probè alioqui indolis juvenem, rerum gubernaculis moderandis maturum colant, omni ope consilioque juvent. Illum verò ut pietatem, religionem, atque justitiam, rebus omnibus potiores ducat, seridè hortatur. Ad postremum anulum, quo publica obsignantur monumenta, tradit. Fuèret tamen, qui Philippum vivo, spiranteq; Cæsare, se agnituros pernegarent. Quibus confectis Cæsar rebus consurgit, sublevatumque Philippum in solio sedere jubens, se subducit, ad quietemque se contulit. Tum jus dicere Philippus incipit, & obsignandis publicis tabulis Belgicæ paternæ ditionis jus init. Dum hæc in Belgio geruntur, Ferdinandus, Cæsaris ipsius Frater, Oeniponte Germaniæ oppido agebat: ad quem missis Legatis Cæsar Imperio, Germanicisque rebus moderandis hominem præfecit (qui jam ante multos annos Romanorum Rex designatus esset) rogatque ut Filium Principum Germanicorum, Civitatumque Ordinibus conciliet, commendetque. Inter Principes si quid natum esset dissidij, ut pro sua prudentia protinus discutiat, nec Germaniam partibus distrahi patiatûr: atq; in hunc modum rerum statu constituto, naves paulò post conscendit, atque in Hispaniam cursum tenens, in secessum enavigat, seque voti compotem privatus effecit. Nec diu quies ab armis tenuit, ad belli consilia versus cogitationibus. Columnenses Pauli IV. Pontificatus initio, quicquid erat in agro Romano annonæ, in arces suæ ditionis (quæ latè patet) contraxerant, magnamque vim frumenti, vini, olei, & leguminum in horrea congesserant: incredibili publici commercij dispendio, adeoque arctam annonam effecerant, ut res ad famem, rerumque omnium inopiam spectare videretur. Id palàm querentibus annonæ Præfectis, graviterque communi vita laborante, Pontifex obnixè ejus nobilitatis Principes obtestatur, ut reclusis horreis annonam urbi inveni patiantur, æquoque pretio distrahi: id ad illorum virtutem, existimationemque inprimis pertinere, suaq; etiam potissimum referre, ne percitum fame (qua nullum telum præsentius) vulgus ad seditiones, secessionemque consurgat. Eam cum sæpius cautionem surdis Pontifex occinvisset, in ordinem cogendos rebelles, copiasque sibi magno conscribendas silentio paravit. Id tamen hævel clam habitum. Ex eoque Columnenses, qui Francorum partes pessimè odissent, Pontificem palàm criminari, ceu Gallicarum partium, Cæsaris etiam ipsius ex professo,

atque Philippi, Anglici Regis, hostem. Tum novarum rerum consiliis inire, paulatimque officio decedere cœperant, cum Pontifex illorum animos frustra ad quietem pacemque tum verbis, tum etiam largitionibus eblanditus, nihil intentatum relinquebat, quò sibi ejus nobilitatis Principes conciliaret, atque æquo cum cæteris jure, quoad publicæ tranquillitati venia dari posset, indulgenter haberet: eoque pertinere Paulus videbatur, ut Romæ, circumjectisque locis, turè vivere, ac citra cujusquam injuriam, liceret: ob idque quicquid esset armorum, telorumque, in unum locum conferre, ut omnibus injuriz licentiam adimeret, jussit. At illi jam inde ab initio sacrosanctæ potestatis hostes Pontificis edictis effratriones facti, incautum, inopinantemque opprimere insidiis Pontificem adoriuntur. Cum tamen parum dolus processisset, scèdumque exitum res habuisset, palàm armis consilium exequi in animum inducunt, nefarii que conatus Principes quidam ex Purpuratorum ordine inventi, in custodiam, in Adriani molem, conjiciuntur: alij consenj sceleris, urbe profugiant, sibi que voluntarium consenj exitium. Interea Pontifex, indignè ferens Columnensium pervicacem contumaciam, cæteri piorum motus, arcibus propè omnibus exiit, urbibusque aliis quor præcipuè in Latio dignationis, multat: Civem quosdam diversarum partium in vincula conjicit: alios ejusdem strenuitatis Præfetes, qui se à partibus integros esse contendeant, Romæ pedem adferre vetat, cujus rei fidei iustores, ceu obsides accepti: paucisque post diebus, re fractis Columnensium horreis, ac promericali frumento, cæterisque vili addictis pretio, laxissimum rerum omnium pretium Pontifex sanctus effecit. Cæterum Columnenses, qui Neapolim profugerant, Philippum Austrum, qui Apuliæ regno recens inauguratus fuerat, respiciunt, opemque adversus Pontificis vires implorant, ut cujus patris Cæsaris partes foverant, ejus auxilio domum reducerentur. Ille, qui rem Hispanicam gereret, inque Italiæ opes succederet, Flandricam ditionem capesseret, externaque regna moliretur, gloriam, victorias, triumphos menteolvebat, plenus spiritibus paternis, huicque decoris querendi, Romani belli obrigit materia. Et ab sacra sede oppugnanda, humanique generis parentestertum auspiciandorum sumpsit primordia: Albanumque emisit, qui validissimo exercitu, ab infano conatu premendi Pontificis, belli in Latio initium fecit: remq; Romanam seditionibus turbatam miscere, agereq; cœpit, plurimumque damni Romano agro, præ impotenti atrocique irâ dedit, Pontificis ditionis fines perpopulatus, ad postremum ad ipsam quoque urbem castra ponit. Interim tamè Columnenses in modico pontificis imperio, laribus exactos vindicare se velle pie mentis specie jactabant. Fuerat Francia ab omni ævo unicum certissimumque sedis Romanæ præsidium, & semper pietatis tuendæ Princeps præbuerat, exemplum; nullamque in Pontifices pijs officij genus à Francis Regibus prætermisum fuerat. Unde illi Christianissimi nomen sunt consecuti: quod præmij tulit sanctius culta propagataque religio, & crebris erga Pontifices sanctos meritis. Paulus igitur Pontifex ejus appellationis IV. Regis Angliæ (unde procellam semper sacra sedes iniebat) exercitu circumfessus, & indignis modis à Columnensibus vexatus, ipse externa Regiæ beneficio-

rum memor, implorat auxilium Francorum adversus vim novi Regis. Henricus verò Rex Francorum indignum ratus, religionis arcem, sacræque ditionis opes, quibus Francorum Reges sacram Ecclesiam donassent, Hispanorum libidine, & quo ejus commodum sit, circumagi, regendi Pontificis ex instituto Majorum patrocinium suscepit: & velut piis conceptis inimicitis, adversus sacræ sedis hostes Guysium, exploratæ virtutis Principem, subitario exercitu, sæva hyeme, sædisque brumæ tempestatibus occurrere jubet, ut summi pietatis nostræ Sacerdotis senectutem piè tegeret, obsidione eximeret, omnemque metum Civium Romanorum discuteret: idque magna Philippi Regis indignatione magnoque motu rerum insecuto. Sic Romanus tumultus vires, animosque Francorum in se vertit, captaque arma juris ac pietatis, & promerendæ celestis gratiæ causa. Interea Philippus induciarum à Franco violari criminabatur, cum infestiores ipse inducias, quam bellum Francis faceret. Cumque concepto verbis jurejurando fidem dedisset, fore, ut captivi conditio utrinque redemptionis pretio dimitterentur, rem trahebat, verborumque involucris responsa ludificabatur: nec ad dimittendos animum adiciebat, quantumvis constituto in capita cujusque precio. Quod satis constat, Robertus Marchianus, Bullonensium Dux, & equestris Francorum militiæ Archistrategus, summique Vir ordinis, qui Hædini excidio in hostium manus devenerat, in vinculis diu indignissime habitus, tetricæ carceris pedore propè enectus fuerat. Hic cum in morbum vinculorum tædio incidisset, missi à Franco Medici, qui ægroti curam agerent, advenère: quibus facessere jussis, hostis alium quendam adhibuit, quem pro salubri medicamento, ad cõ letale venenum porrexisse ferunt, ut dimissus, vix dum Francici limitis collimitium attingerat, cum exis vitalibus ad Guysium mortuus concidit. Accessit ad rei indignitatem, ut uxor, quæ cum filiola redimendi mariti causa, Gandavum advenerat, proque redemptionis pecuniis fidejusserat caveratque, in vincula conjiceretur, donec numeraret redemptionis pretium. Hoc nimirum fuit, non ex animam sed paulò post moriturum vendere. Ejus atrocitatis barbaricæque commercij exemplum ne inter Ethnicos quidem reperire est. Per eosdem dies Mansfeldius Comes, Lucelburgi Præfectus, corruptis aliquot manipulariis militibus, qui Mediomatrices præsidio infederant, Metum clam occupare nixus, ipse, & conatu excidit, actis in furcam proditoribus, quibus cum convenerat, ut Cæsarianos mœnibus exciperent, intromitterentque. Cæterum indicio delato, postquam de conspiratis compertum est, de fontibus supplicium sumptum. Hæc de re (ut gravi) expostulantibus apud hostem, Francorum Oratoribus, responsum tulere, *bellicorum stratagematum commercii induciarum fidem minime labefactari*, sicque violatam jurisjurandi religionem, fidemque pro aris præstitam, risu prosequabatur, bellicum stratagema vocitans quicquid hostile, præter fidem religionemque induciarum, in Francum moliretur. Vixdum mensis alter ab induciis pactis exierat, cum duos obscuri nominis milites hostis, propositis ingentibus præmiis, ex præsidio Gallico, ad se clam Bruxellas evocat, miris pollicitationibus in sui assensum illectos, traductumque eo ducit, ut Burdegala,

Galliæ Aquitaniæ regiam urbem caputque Philippi Regis exercitum intr omiffuros ad se reciperet. Illos cum à signis abessent, tanquam desertores retractos crimenque fassos, Prætor castrensis, Majestatis damnavit, atque in crucem subegit. Hæc fuit induciarum & jurisjurandi religionis colendæ apud hostem ratio urbes per insidias & prodiones à Franco avertere, quando aperta vi, & virtute imparem esse notius esset, quam ut ipse dissimulare posset. Per eosdem dies Jacobus Flectias, Architectus machinator, qui castellum Menilium in finibus Hannoniæ emunicrat, ad Feriam comprehensus est, dum regularibus funiculis ac perpendicularo, altitudinem vadumque Axonæ fluminis pertenderet: fassusque est, se ab hoste emissum, ut situm & munimenta arcium Dorlanr, Feriæ, Monstrolii, Maceriarumque clam specularetur: quarum protypos, & proplasmata jam informes duxerat: ut unde facilia captu, quibusve obnoxia insidiis forent, hostem edoceret. Inde atrox, insolens, ferumque facinus insecutum: quodque mota mentis magis, quam consceleratæ videri possit. Philippi quidam minister præsidiarium militem Gallum proposita mercede conducit, qui puteis, ex quibus Mariæburgenses aquabantur, venenata medicamenta injiceret: ut sitiens hiansque militum vulgus cælo æstuanti, & torrido sole, inde aquam per imprudentiam hauriret, statimque tentatis veneno præcordiis, torpor ac rigor consequeretur, nec consistendi vestigio, vires corpori suppedirent: futurumque erat, ut qui animo liquerentur, se opportunos hostibus injuriæque præberent. Militi comes additus erat, improbus veneficiorum artifex, qui virulentas insidias temperaret, ac proditori militi subministraret. Eadem etiam arte Grossetum, Montalcinumque Hetruriæ arces, quæ in fide Francorum permanserant, tentatæ sunt, quodam Medico, & ordinem Ductore corruptis, & ad id operam elocantibus. His turpibus nefariisque induciis hostis sibi prospexerat, ut suis finibus à Franci exercitu per inducias tutis, ipse immortalis in Francos odio, per insidias inopinantes opprimeret egregios bellatores veneficiis tollerere, captandisque dolo urbibus inhieret. En quò recidit Principum Virorum fides. Interea *Albanis*, qui egregio apparatu Romam obsederat, Pontificem sacra ditione exturbaturus erat, nisi Francorum religio, Regisque pietas occurrisset: nam quò emiteretur, perspicuum erat ex ditionis Pontificiæ captis urbibus, arcibusque. Istamen *Guyssy* adventu cessit, obsidionemque solvit: sed nec ullo virtutis factò periculo, consultò bellum trahebat, ut Gallorum in Italia distinerentur vires, ne alij aliis tanto locorum intervallo auxilio irent, dum Philippus in Belgio Regem viribus destitutum aggredere-tur, cum ad bellum Romanum omnis propè Franciæ Nobilitas abesset: omnes enim sacra causa, & studium virtutis ostentandæ, & armorum studium pertraxerat. In Belgio Philippus, qui Francum ab armis in se parandis, & rebus Italicis districtum à suis tutandis totum averterat, exercitum Hispanorum, Flandrorum, Batavorum, Nerviorum, Hannonum, Anglorum, Germanorumque validis copiis, quam numerosissimum potest, conscribit. Germania aliquot Procures se Philippi causæ adesse præ se ferentes, egregia auxilia miserant. Gnarus Philippus quanta belli moles impenderet, totius propè Europæ vires adversus Francum exciverat, ut acerrimum ho-

stem semel perdomaret: firmius enim sibi Anglicū Regnum fore sperabat, Gallicis opibus evectis. Ejus rei sibi præbitam ansam hoc Regni rudimento amplectendam esse ratus, totus in Gallicum exitum incumbit, quod ab rerum primordiis pendere discrimen & initia Regnorum rem totam trahere sciret, atque ita affectus, copias in Samarobrinum agrum educit. Hoc primum bellum suo ductu, atque auspiciis cum Franco gessit: nomenque ex eo, commendationemque in futurum expectabat: majoremque virtutem ejus Regni rudimento præstaturum militē, quam sene Patre, apparebat: ac magna spes illum habebat, tanta coacta manu, aliquid præclaræ rei gestū iri. Nec dubium erat, illum Imperij cupiditate agi: sequē jura orbi terrarum daturum propediem, subactō Gallo, sibi polliceri. Quemnam enim tam sublimi vertice, tamque elata cervicis inveniri posse, qui tantō Regi subsistat? qui latē fuis Hispaniarum gentibus, Sicilia, Apulizque ac Britanniz Regnis jura daret; qui Germaniam, Italiamque penē omnem digito temperaret: qui Patre Cæsare, totque Majoribus Augustis ortus esset. Inde insequentibus continuis diebus aliquot, ad Francum Imperium evertendum accingitur. Eodem serē, quo hæc geruntur, tempore, qui fuit annus salutis 1557. quarto Idus Augusti, Magister equitum Francorum *Mommorantius*, urbibus limitaneis Galliz ditionis, ab hostium exercitu, tantoque belli apparatu timens, cū Augustam Viromandorum suo D. Quintini nobilem urbem annona instruxisset, omniſque generis comæatum in vectum prodisset, cum hostibus tumultuario prælio conflixit: in quo magna animorum contentione dimicatum: idque agminibus magis, quam acie, quod toties fusus hostis, forte contemptui haberetur, Freta enim virtus nimia sui fiducia, velut minimē dubia victoria, quanta maxima vi potest, in hostem ruit. Verū fortuna tulit, quod antea consilium ferre, viresve haud poterant, nostrorum siquidem Ordines equeſtri Sclopetariorum procella turbati, in fugam dissipantur: atque tumultum insanamque trepidationem consternati edunt. Momento penē temporis ea pugna profligata est, ingenti hostium victoria, & Franco nomine in eam diem invictō locus Francorum clade nobilitatus, & imprimis insignem victoriam fecit capta Procerum turba. Cecidit seminis Regij & admirandæ virtutis Princeps, *Jeanes Borbonius Anguinens Comes*, dum nec à pugna divelli, nec ad deditiōem perpellic potuisset. *Jacobus Albanus, Fronciaci Marchio* equeſtris militiæ Archistrategus dum studio certaminis finem virtutis nullum facit, in hostium potentiam venit. Ad postremum tota laxata Francorū acie, fortunæ virtus cessit. *Mommorantius*, cujus virtus major, quam felicior, enituerat, cū penē ad interneconē depugnasset, tandem adverso prælio percussus, certa præsentique pernicie, necessitati paruit, & in hostium manus incidit: nec tamen hosti fuit incruenta, fortissimorumque Virorum morte ea stetit Philippo victoria. Hoc prælium inter tot Nostrorum victorias paulō minus prosperum cessit. Secundo factō prælio hostis minimē cunctandū ratus, August. in Viromandorum, pro limitis custodia in nitissimam urbem ad Somoniam flumen, diu obsessam, multique præliis & oppugnationibus fatigatam, tandem expugnat, Hannumque arcem & opere, & natura munitissimam in deditiōne

accepit, inde circumfuso terrore, tumultum, & trepidationem vicinis locis faciebat. Lutetiam quoque pavor ac trepidatio pervaserat: nec quisquam satis certum habebat, quid aut speraret, aut timeret. Perfecti tamen urbis cœpta jam antē multō munita, advocata colonorum operariorumque ingenti multitudine, magna excitant: educuntque celeritate stupendi operis propugnacula: ex indomito saxo omnibus urbis lateribus firmant, magni roboris præsidia scribunt, civiunque, qui per artem armorum patientes forent, delectum agunt. Idem in Galliz totius institutum municipiis gravi edicto, ut quibus militaris esset ætas, in verba jurarent, ut quando usus esset, telis armati, ad conditam diem præsidio essent. Magna vis hominum ad subitos tumultus omnibus locis conscripta, instructaque, provisā erat, ut quæcumque vim hostis faceret, armati occurrerent, impressioneque sustinerent. Jam diversa orbis parte, *Gysius* Brutios propē perdomaverat, Pontificique audientes effecerat. Campolim ad motis magno impetualis, & omni operum genere, tormentorum, pontium, tabularum, artis, virtutisque, perruptis hostium munitionibus expugnat. Civitellam obsidione circumvenerat, quod Samnitium est oppidum in montibus ad Libratam (quem alij Albulā vocitant fluvium) opere & natura munitissimum. Hanc obsidione eximere nixus *Albanus* propius quæ accedens, pugna decernere velle magis præ se tulit, quam quicquā operæ pretij executus est. In hūc cum signa inferre nihil *Gysius* cunctatus ultrō hominem ad manus conferendas, multis indignitatibus provocaret, ille instructa Nostrorum acie, liliatisque signis conterritus, abscessit, nullo loco nisi quantum necessitas cogeret congressurus: modicoque à Franco intervallo ducens, munitissimis sese castris continebat: ac tantisper Francorum ferociam ludificabatur, dum in Belgio aliquam insignem cladem Regi Philippus inferret. Interea *Gysius* Turtureto assidentem hostem expulit, circumiectumque sociū oppidum gravi obsidione liberavit. Quum bellū in Samnio diutius spe trahitur, Pontifex, qui rem Christianam salvam veller, longeque aliter affectus, quam qui per cædes atque incendia, diræptionesque sibi propagarunt imperia, nihil magis habebat in votis quam ut re Romana in tranquillum restitua, metuque discusso, quies ab armis orbi Christiano esset, nec prius desistit quam Philippi nomine *Albanus*, dicto sacrosanctæ Potestati sacramento, secum pacem jungeret. Cunque multa ambiguo jure jactarentur, tandem in conditiones descensum, ut Philippus constati belli, scelerisque adversus humani generis parentem concepti, veniam expolceret, diras, quas in ejus caput detestatus fuerat, supplex deprecaretur: Pontifex retexto inductoque execrationis decreto, *Philippum sacræ Ecclesiæ prolem* agnosceret. Convenit insuper eisdem virisque socios hostesque fore: Pontificem armorum societatem Gallo renunciaturum, utrumque Regem ex quo, ceu communem omnium Parentem, filiorum loco habiturum: *Albanus* fidem jurejurando daret, Pontificis rebus temperatum iri, Palianum placuit tradi fidei Bernardi Carbonis, utriusque impendiis tuendum. His legibus pax Pontifici data, quo ab injuria indignitateque vindicatoreportat *Gysius* in Galliam exercitum. Jam curæ in Belgium versa, ubi magno in motu res erant, ingensque belli metus mortalium animis proponebatur.

Nam *Henricus Rex* vinci insolens, tacita cura animū incensus, suum tempus operiebatur: nec tanta accepta clade, quieturum apparebat, nec commissurum, ut qui de magno *Cæsare*, *Philippi Patre* tot trophæa retulisset, totque urbibus Ducem summum exuisset, à Filio quantumvis Regnorum accessionibus aucto, ignominiam acceptam æquo ferret animo. Et *Philippus*, cui victoria animos fecerat, recenti rerum Viromanduarum ingens visus, Anglorum animos sibi alioqui parum æquos, & externi impatientes imperii, captabat, Francorum audaciam se in ordinem coegisse vendicans. Itaque tota Europā in expectationem rerum novarum erecta erat, cum *Emanuel Philebertus Allobrox*, inferioris Belgicæ ditioni, & *Philippi Regis* exercitui Præfectus, cujusque nutu Flandricæ res circumgebantur (quo semper Austriæ imperij fuisset) ratus recipiendæ Allobrogum ditionis occasionem rebus Francorū adversis oblatam, suæq; tandē reductionis diē affulxisse, illuxisseque, quod Francū multiplici affectum clade, totque circumventum bellis, vim minimè laturum suspicabatur: Regemque ad eodē virum in opem condidisse, ut in spem veniret, Gallica præsidia Allobrogum arcibus munitioribusque Sabaudicæ locis imposta, nullo negotio exigi posse: sibi que ultrò deditioem incolas facturos, & suas quemque ultum iri injurias, & obveniam sibi processuros populares, seque ut cælo missum suscepturos, persuaserat: Burgi etiam Secusiani copiam fore, ubi prodiret qui bellicum caneret, exercitumq; adinoveret. Idque Principis in mentem miserat *Grægerius Myonius*, ex Secusianorum Nobilitate transuga: cui prius Majestatis, & adulteratæ monetæ crimen intentatum, sed inultum fuerat. Itaque improvidè habitæ perfugæ fides, efficit, ut Princeps omnia acturus moliturusq; videretur, ut quod tam diu appetierat, consequeretur. In cam itaque spem erectus, duodecim plus minus Germanorum peditum magna ex parte loricatorum, & duo sclopetariorum equitum millia, cum tormentis duodecim castrensibus in Secusianos emittit, Duce *Nicolao Pulvillero*, mense Octobri, anni hujus seculi septimi supra quinquagesimum. Quibus copiis fretus *Pulvillerus* ad repetendam Secusianorum *Bressiam* vocant ditionem processit, omnibusq; instructis *Castrocarlino*, *Leonfalino*, *Bello forte Fano Amoris*, *Sequanorum oppidis*, vicisque iter habens, omnē vim à Regis *Burgundicæ oppidis*, agrisque abstulit, nec quicquam intulit vastitatis, quod regem in *Cæsarem* ante aliquot annos, in magnam Helvetiorum gratiam, convenisset, *Heduorum* atque *Sequanorum Burgundias* à bellis utrobique quieturas, nec quicquam ab alterutris moturas: qua in re & *Pulvillero* fides constitit. Fanum *Amoris* ingressus, à *Montefalconio* exceptus convivio, cultusque est. Sedebat aramis refulgens, equo defultorio, instratoque sublimis *Pulvillerus*, castrensi more præcinentibus signis. Inde *Trifortium* versus castrum movens, dierum illic paucorum stativa habuit, dum exercitus reliquæ circumjectis vicis superflue ad signa convenirent. Quarto idus Octobris sub signis iter ingressus, haud procul Secusianorum foro (*Burgum nostra atas vocitat*) constitit. Ea urbs regionis gentisque caput est, palustri loco sita, & solo præpingui, & inprimis foecundo. Fanum ab Antiquis appellatum, *Fustillarius Matiscensis con-*

tendit, sed *Burgum Secusianorum* propius vero esse Docti existimant. Qua orienti soli obvia urbs est, amœnissimos Iuræ colles habet, primo ab urbe lapide, ubi in longum porrecti collium tractus vinetis jucundissimè virent, spiratq; aer quidam fragentius, quam in reliquis Secusianorum locis, ut mirum non sit, *Cæsarem Dictatorem* illis stativis confedisse, dum Helvetiorum gentem Rhodani transitu prohibere constituisset, quod Mons *Julij & Cæsarea* agrestes vici satis indicant: quorum substructiones etsi jam ævo cesserint, tamen constans tama & sensus propè omnium conspirans, & refossa pluribus locis vetustatis monumenta, & situs *Cæsareæ* prærupto ac præcipiti loco, & integra etiamnum locorum nomina, haud dubiam fidē faciunt. Quanta est à Septentrionibus, *Sequanis* occurrit, versa in meridiem plaga *Lugdunum* despicit: ab occidente & Borea excipit planicies, quæ se in laxissimum sinum pandit, & ad *Ararim* usque porrigitur. Ea pars densis, nemoribus inhorrescit, partim arvis pinguibus excolitur: frumento, siligine hordeo, milio, panico, fructibus, & id genus annona abundat: vites nescit, & in collibus illis vindemiam agit. Cæterum illic ubertim est, quod uspiam comparari queat. Nec admiratione caret, quod cum hostes tantum damni dederint: Regium exercitum superiore autumno regio ad urbis præsidium aluerit: annona tamen in urbe semper eodem tenore nihilominus præstiterit, laxiorque inde es evaserit, tot flumina, tot rivi ex collibus illis effusi, se in eam planiciem proruant, ut piscosos lacus creberrimos efficiant, tantamque macerato solo uliginem, ut ædificia in urbe modicè ab humo sublata incolere cogantur, editioribusque locis habitare. Ea urbs suburbanum Cœnobium habet, *Broacium* fatu dignissimum, substructionibus ex candidissimo saxo visendum opus, Principum Secusianorum sepulchreto dicatum. *Digonius* qui urbem tutabatur (nam *Guichaus* ejus regionis Præfectus, gravissima valetudine implicatus, & domestico funere avocatus, *Matiscone* in latus fuerat magni que vitæ discrimen adierat) castris hoste metandis intento, expeditissimam *Vasconum* veteranorum manum mœnibus emittit, qui in agris hosti solitudinem facerent, comœatus congestos corrumpere, & agrestium domos subditis facibus incenderent. In urbe evolantes, plusquam cuiquam credibile sit, damni intulere, gravesque omnis generis prædas in urbem, in ipsis hostium oculis egerunt. Ineratturina *Chenaj* quinquagenaria cataphracti equitatus, delectorum immensi roboris equitu. Accesserunt alæ sclopetarij equitatus aliquot, auxiliorum Helveticorum signa octo, septē cohortes expeditissimorum peditum, qui subalpinis semper bellis meruerant, consinuerantque: atque ij omnes sclopis manuarijs instructi Viri fortes & invicti habebantur. Idque subsidij *Guyssus* eodē destinarat, nequid Secusiana res detrimenti acciperet. Ad famam venturi hostis in urbem advolarant complures summi genere, factisque Viri vulgusque Nobilium, quos *Rurebanos* vocitant, aliæq; magnarum Virium intromissa auxilia, & longissimi temporis provisi comœatus, cæterique tolerandæ obsidionis apparatus, inveci fuerat. Porro Civium bona pars ad primum belli terrorem alij aliò concesserant, remque familiarem magno suo dispendio reliquerant: siquidem præsidarius miles, qualdam

quosdam magni pretij opulentia refertas ædes diripuit, nullo vim prohibente. Omnia circum oppida Transaratica, saltus omnes, cavaque vallium, & summi montium vertices, abditque vicini recessus, pleni undique refugientium agrekium, & imbellis sexus erat, qui rerum suarum dissidentia, suæ suorumque vitæ consulere dicebantur. Cæterum *Pulvillerus*, qui ad Sarderiam, Chalasque castra posuerat, qui locus paulò editior Septentrionem inter & Orientem urbi imminet, delictum equitatum mittit, qui urbis situm oculis atque animo metirentur, locumque metandis inveniendisque ad obsidionem castris specularentur. Id illos tam licenter atque impunè audere non tulit *Valbrissinus* rei tormentariz Præfectus impiger: in eisdem displotis insignis magnitudinis tormento, cuneum illum speculatorum equitum dissipavit, atque edita cæde in castra magna consternatione compulit. Eo assultu cecidit magni quidam Vir nominis: at cuius gentis, generisve, nondum constitit: nec tamen sepeditatus vallo continuit, sed paulò longius ad mœna progressus, nocte opprimente vi tormentorum in castra rejectus est. Postridie, qui fuit dies Octobris XIII, hostis instructa acie, rhedisque instructus tormentariis, ad roseas usque molas processit, & rivo transmissio, atque circumducto exercitu ad Joannis substitit (loco ad viam nomen est) è regione Matisensis portæ ubi delecto castris loco, leniter refossa terra, castrorum ambitum vallo temere emunivit. Quo tempore veteranz præsidij cohortes facta in hoste eruptione, cæca nocte, castraque magno ingressæ silentio, cæsis vigiliarum custodibus, eadem trepidationemque in medias usque stationes intulere. Accesserunt & imbrium tempestates, quæ locis palustribus, & oppidanis assidua igne tela ingerentibus, erumpentibusque, opus facere prohibebant. Pridie Idus Octobris oppidanis rursus se ad corumpenda igne, armisque prohibenda opera parantibus, *Chenajus*, qui, ubi præstantiori ope res cogere, eo plus animadvertibat, quid facto opus esset, eruptionem ex urbe in hostes facit, effusisque habenis palantes ad vallum usque persecutus, quo ruere fugientium turbam videbat ferebatur, plusque fugæ quam cædis fecit. Hostes suorum cadavera stramentis obvoluta in flumen nocte provolvebant, ne cæteris strage deterriti, animis linquerentur. cæterum cum minus ex animi sententia obsidione procedere, remque diutius spe trahi viderent, omniaque circum infesta esse, Nobilium ejusque Regionis incolarum neminem subsidio ire, quod futurum ante expeditionis susceptæ apparatus Myonius spopoderat: scriptum *Emanuelis Philiberti* nomine edunt, ac præconio circummissio passim disseminant. Sed & alterum *Pulvilleri* nomine edictum prodit. His Reges Francos, Franciscum Henricumque proscindebant. Allobrogum gentem & Secusianos blanditijs à respiciendo Franco avertere, & ad defectionem impellere conabantur. Cum id quoque frustra esset, jam spe potiundæ urbis destituti, nulloque populares in suas partes illectandi indicio, reditum irritò negotio parabant. Licet eò ejus spectare consilia viderentur, ut adhuc speraret partium suarum quosdam in seditionem exarsuros, nullus tamen se Nobilium aliorumve commovit: nec minus fuit *Pulvillerus* mortalium studijs, quam fortuna & viribus inferior. Dum in re desperata Duces con-

silium non expediunt, nec præsens difficultas aliquo exitu discutitur, ab necessitate consilium mutati abscedunt, aliò conatus consiliaque vertunt. Accidit eo ipse die, quo discessum meditabantur, ut densa contorum, strissarum, lancearum, hastarum omnique generis hastilium strues & congeries, quæ in castris agresti cæca innitebatur, impacto in medium globo, quem tormento oppidani emiserant, in multa fragmenta undique dissilverit, magnamque hostium stragem ediderit. Quo percussis, omnibusque rebus adversis decedentibus, nocte Montem Julium & Cæsaream versus, castra movent, nullam rei cuius causa venerant, fortunam experti. Porro cum eodem loco quinque continentur dies sedissent, illosque Nostri excursionibus in assiduo præcipue metu tenebant: maximè quod per indices speculatoresque nuntiaretur *Albimalum Gnychaum*, & *Villafrancium*, cum Ducibus Matiscone de ejus pernicie inisse consilia: exercitum, qui ad montem Revellium in castra jam convenisset, ad se profligandum ire: Lugduni atque Matiscone copias cogi, & undique convenire, undique Araris ripas militibus infestas, qui ad se opprimendum, quanta possent celeritate contenderent, ob idque tanto discrimini se obicere, non admodum consultum videri. Per eos dies *Johannes Boherius Matisconensis Tribunalis summus Præfectus*, Vir fidei & virtutis perspectæ, haud minus de salute urbis, quam dicendo jure sollicitus, coacto urbis Senatu, cum Decurionibus de summa Reipublicæ egit, Tribunos plebis legit, qui singuli singulis urbium regionibus præessent, omniaque præsidia firmarer, omnes in officio continerent, darentque operam, ne quid *Pulvillerus* detrimenti afferret. Nec enim ullam deinceps moram interposuit, perque montium anfractus, faucesque elapsus: ob idque agri Sequanici (quem optimum totius Galliz Cæsar esse asserit) viros nonnullos diripuit, quod Cæsarianæ ditionis homines re malè gesta, nec forum rerum venalium, nec comæatus in castra comportarent, difficilibus per juga montium subvectionibus. Cæterum non prius pergere hostes deserunt, quam sedis suæ securi, & sociis agris consistere tutum existimarent. Sed nec ababeuntibus. *Chenajus* abscessit, donec ultra Sequanos fines emotus. Forte ita res tulit, ut sub id temporis *Maria Anglorum Regina* per facialem Henrico Regi amicitiam renuntiaret, bellumque indiceret. Id autem agi videbatur, ut cum acceptæ in Viromanduis cladis recens terror esset, Rex tot undique partibus impeditus, totque insurgentibus bellis, telisque in caput unius prolantibus, obrutus succumberet. Feciali demum Francus respondit clementer, nullum factum suum penitendum esse, propter quod sibi bellum suo fieri merito debere existimet. Delatum tamen se, quando ita visum esset, accipere: ita gesturum, ut Regina brevi intelligat, se a que secundo eventu arma Galliz intulisse, atque ipsius Majores: & quorum facta imitetur, exitus quoque pertimescendos. Ideo dictum, quod semper *Angli Francia finibus multis conatibus irritis, pulsati sint, nihilque unquam in Gallia, nisi domesticis bellis ruenibus, occuparint*. Inde Comiter appellatum donatumque Rex teacialen demittit. Franciz tempora summum Regem postulabant, qualem divinitus obtigisse rei exitus loquitur: qui tot hostibus capitali Franci nominis odio irruentibus obistere, totiusque Europæ armis appetitus,

vim impressionemque sustineret, & imminentem procellam, cœlesti fretus auxilio, in hostem averteret. Primum omnium Reipublicæ prospecturus, *conventus Gallicorum ordinum* Lutetiam (qui mos per multos jam annos intermissus fuerat) indicit urbiumque Apocletas, quibus agendi potestas esset, evocat. Qui cum Nonis Januarij in atrium divi Regis convenissent, instrato liliis aureis folio, Rex confedit: nec procul ab eo in aureo peristromate, constitit Franciscus Delphinus, augustæ indolis, speique summæ adolescentulus. Supremis subsellis latus undique Regis claudabant summi Proceres aulici, Regij seminis Principes, concyliantique ordinis Equites, circumfusa Episcoporum purpuratorum, atque Albatorum, Nobilium, Apocletarum, Decurionumque multitudine. Indictoque Præconis voce silentio, *Rex exorsus*, quantum bellorum, ex quo ad Regium culmen divinitus fuisset evehctus, gesserit, docet: quamque feliciter cesserint omnium expeditionum eventus, quibus Anglos Bonnaia disturbavit, aliosque subinde hostes finibus submoverit, nihilque prætermiserit, quod ad arcendos undique a Francorum cervicibus hostium gladios facere videretur. Quantum verò in ea re impendiorum exhausserit, perspicuum ex eo esse, quod Regij fisci vectigalia, atque Regiæ ipsius proventus pretio publicè addiderit, distraxeritque, ne suis gravis esse cogere, quos pensitationibus jam immodicis prope exhaustos sciret. Cæterum nulli rei magis jam inde ab initio incubuisse, quam ut facta tandem pace Gallia frueretur: mentem verò hostium male sanam efficere, ut bella ex bellis serantur: qui si unquam aliàs Franciam bello atrocissimo etiamnum insectentur: adeo ut prope discrimen summam rem venisse ipsi hostes suspicentur. Quibus arcendis, maximis opus esse viribus, ignorare neminem: rei bellicæ nervos nummariam rem esse. Rogare itaque atque oblectari omnes ordines institit, ne difficillimo Reipublicæ tempore, patriæ desint: futurum brevi sperare, ut submotis hostibus, & pace parta, oneribus gravium vectigalium leventur, omniaque in integrum restituantur. Huicque rei data Principis fide cavere, pignore atque promissi Regij obside. Quod si fidem liberare morte prævento non liceat, Delphino in magnam gentium & rerum potiendarum spem nato negotium dedisse, ut eam rem primo quoque tempore exequatur, fideique debitum luat, Patriisque manet cœu noxa evolvat. Tum *Franciscus*, puer sicut ad cætera regius, ita lenitate, & mansuetudine præcipua, & popularium amore incensus, aperto capite consurgit, & clara voce testatur, ita facturum sicut Pater mandasset, & ad se ita futurum recipit. Ejus ultro in ordinem se cogens civilitas, comitasque admirationi fuit. Tum *Carolus a Lotharingia*, purpurati ordinis Pontifex Gallicanæ Ecclesiæ, & sacri sacerdotii nomine verba fecit, gratiamque Regi quam potuit maximam habuit, pro sic affecto in Reipublicam animo, pro navata enixè opera, quo jactatam rem Christianam in sua tandem sede salvam susteret, quantum provideri humana ratione potuisset. Pro liberato & ab hostium injuria vindicato summo Pontifice, futurum ut ejus rei brevi gratiam Numen referat. Sacerdotii porro ordinem paratum pro ejus gloria, imperio, salute sanguinem, si ita reserferat, vitamque profundere, nedum fortunas prodigere. Excepit *Franciscus* Ci-

vensis Nivernensium Dux illustrissimus, qui militari brevi illa quidem, sed ad effectum efficaci oratione, omnia expectare jubet à fidissima, & Regis amantissima Nobilitate, cujus in se animum, fidemque tot antè bellis perspexisset. *Andreas* supremi Galliarum Senatus Præses summus, Vir omnium, quos nostra vidit ætas, cordatissimus, æquissimusque Tribunalium juris, & ordinis Jureconsultorum, qui recens in hunc Reipublicæ Senatam, Ordinemque allecti fuerant, causam egit, omnia à se suisque pollicitus. Plebis promiscuæque multitudinis causam agendam suscepit *Guillardus Mortarius*, libellorum supplicium in Regia magister, summæ Vir ut in aula gratiæ, atque eloquentiæ, ita rerum usu, atque omnis generis conditione singulari, hic professus est, plebejorum Ordinem Regis atque Reipublicæ nomine, non tantum charissimos liberos, sed seipsum etiam si ita natum negotium ferat, hostium furori, & carnificinæ mactandos objecturum: tantum abest, ut quicquam Regi, sublevandæ fisci inopiæ, & juvandæ renummariæ gratia denegatum velint. Postremus *Joannes Bertrandus*, Senonum Archiepiscopus, purpurati & ipse Ordinis Antistes, sacri Annuli custos, ad pedes Regis procubuit. Deinde dicere justus, mandare Regem ait, ne quis evocatorum se prius Lutetia subducatur, quam quid ab omnibus, singulisque faciendum videretur, ex sanctioris Concilii sententia Rex constituisset. Ita Rex totam curam in belli apparatus intendit, cogitationesque in Anglos Gallia arcendos convertit, indomitam & insociabilem gentem. Eoque magis enixè, quod cœli solique cupiditate capti, alia atque alia loca in Gallia identidem appetere: idque sibi factu facilius futurum persuaserant, quod Philippus Rex in Belgicâ latè dominaretur, & Belgicam Anglorum Coloniam facturum videretur, nullusque bellorum finis, infida semper inter Anglos Francoque societate. Primum igitur & antiquissimum erat, illos navalibus Gallici Oceani exuere, quæ illi tot antè ætatibus occupaverant: ut adempto maris usu, Gallicis littoribus abstinere. Et apparabat, si ea cura Gallis dempta esset, eostuta ejus Regionis loca præstaturus. *Ingens captum, sed pertinax virtus, nihil Francorum armis relinquet inaccessum.* Ad hanc igitur suscipiendam consiciendamque provinciam, præficitur *Franciscus Lotharingus* Guyfix Dux clariss. quem Dictatorem Rex rebus in Picardia corruptis dixisset: qui que tot bellis præclare gestis, pulsoque Mediomatricibus Cæsare inclaruisset, & ut qui in vindicanda sacra sedè administer fuisset, ejus quoque opera in referenda Regi gratia numen uteretur. Hic autem, qui nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut acceptam ignominiam aliqua insigni hostium clade elueret, *Itium Cælorum* (à quibusdam navale *Gessorsacum* vocatum) tentare instituit, & re cum paucis omnino communicata, summa silentij religione, ne in vulgus ea res enunciatetur, operam dedit. Cæterum ad credulitatem hostium inelcandam ratio simulatæ expeditionis vulgata est: *Guyfixum* Italia ad domesticum bellum evocatum non solum in Gallia esse (qui illis ingens terror erat.) sed etiam Augustam Viromandorum propediem receptum iri. Idque compositio jactabatur ut quicquid haberet hostis virium, in unum tutandum oppidum conferret. In hunc modum duces, qui Guyfixo agendæ communiter rei fidem, silentioque tegendæ præstiterant, in

quæ consilium dedissent, nec infidelem, nec segnem, oeram polliceri: atque omnibus præparatis ad proposita exequenda, ne cunctando senescerent consilia, & ad hostes emanarent, feliciterque cœptum everteretur, ut copiarum præstò essent quò Rex censuisset, edicit. Jam multò antè comæatus exercitui provisos, pontes factos, & ut non scalæ modò deficerent, sed etiam machinarum vis suppeteret, castrorum præfecti operam enixè dederant. Deinde satis omnibus comparatis, quæ usui obsidioni futuræ, agi ferrique possent, quantum accelerare potuit, ad exercitum proficiscitur. Intercè clàm admonetur rei maritimæ Præfecti, ut classem, quæ in navibus Armoricæ, Britannicæ, Neustriæ, Santonum, Picardicæ in anchoris stabat, contractam ad littorâ Itio vicina, silentio & quàm minimo fieri posset strepitu, circumagerent; piraticæ exercendæ magis, & navium Anglicarum excipiendarum, si quæ mari deerrassent, quàm Itij obsidione circumveniendi specie: speculatorias navés ad omnia explorandâ circa insulas dimitterent, ut si quid subsidii à mari pareretur, protinus expedita classis profligaret. Neque enim mari minus, quàm terra pollebant. Gallica arma. Dum terra marique obsidionis agitantur consilia, *Guyssus* ut quod iter insisteret ignoraretur; exercitum per Hannonum fines ductare, augere simulando errorem, modò hos, modò illos territare jam *Rentio* imminere; inde *Menilio* castello excidium minitari. Dumque nullo substitit loco, quid potissimum aggredieretur, quibusve locis vim faceret, non satis constitutum habere, præ se ferebat. Eares suscipionem deimplis novare cum quicquam velle. Ita dum diverli hostes agerentur, nec oculis ab exercitu nostro abscederent, & substituta illos undiq; comparare fama pertulisset, magis accelerandum atque anteverendum *Guyssus* censuit quantoque maxime potuit impetu visam celsitate expedit, Itiumque repente divertens, obsidione circumfedit. Calendis Januarij anno salutis humanæ 1555. sava hyeme, scædisque tempestatibus, & forte incidit, ut per eos dies esset plenilunium, quo inarissimi aestus maximi; jactationesque fluctuum majores sunt, & navigia tempestate & procellis ut plurimum afflicta. Idque perincommodè Anglis accidit, quòd ex Anglia transportandi in continentem; mittendique Itium subsidij facultas adempta videbatur. Ita eodem tempore & arctissima obsidione Itienses circumclusi, marinis auxiliis intercluduntur. Jam tentari Itium fama ad hostes pertulerat: quòd amentiam magis, quàm audaciam plerique omnes existimabant. Nostris obsidio magni diurniq; operis, reliq; in longum ductum iri, & magni proclivis certaminis futura videbatur: cœu nihil in terris firmiter conspici posset. Est *Itium* conjunctum regioni *Orimansacorum*, inter *Morinos*, *Airebatesq;* *Caletorum* oppidum, ad promontorium *Sangasium*, portum habens nobilissimum, ab Anglia, passuum millibus triginta, nodico interlabente freto, brevissimoque trajectu junctum. Eo ex Britannia, Hispania, aliisque præculgentium semotis regionibus navés decurrere solent, *Mutui* causa commercij: siquidem, ut *Itium* totius occidenti Oceanis frequentissimum emporium evaserit. Id *Eduardus* ejus nominis III. Angliæ Rex *Philippo* *Valesio* Regi Francorum, accisis *Gresciaca* clade regni viribus, ademit, magisque fame (undecimum jam mensem circumfuso Anglorum exercitu) domuit, quàm expugnavit: huicque ducentis jam decem annis Angli incubuerat: cui tantum undique arcium, castello-

rum munitioque hostes circumdederant, tantasque aggerum moles tutando portui objecerant, ut nullis viribus humanis excindi, evolique posse viderentur. *Oppidum* ipsum non quadrata forma, nec procurrentibus angulis (quòd structura genus magis hostem tuetur, quàm civem) sed circuituibus, & sinuoso anfractu, in theatri speciem propmodum exadificatum est. Occiduum mare tergo fere excipit, ad Orientem continenti jungitur: & eorum concursu portum firmissimis arcibus utriq; tutum efficit: opportuna appellentium statione, & idoneo advenas ab tempestatibus naves loco. Curvatura muciones, qui portum sinu complectuntur, alter in Septentrionem *Gravelingam* vergit, alter magis in meridiem obversus *Boniam* spectat. *Eduardus* primùm; & ceteri deinceps Reges jactis molibus, cæmentis, calce & arena, progressus in ipsi portus faucibus, illamq; aggerum continuatam seriè excitavit, stupendis septem munimentis, undè aquas maris atq; aestu emissario in urbem, fossasque per spiracula & specus derivarunt. Urbs undique difficilis aditu, palustres lacus, quibus maris aestus infunditur; & loca in via uliginoso limo habet, adeò ut paludes illas pedes ægre præterire, equites nullo possint modo. Propterea cingi obsidione non videbatur posse, quòd hinc mare; illinc limosæ voragines Principis conatus arcerent: tantumque munitiones illæ hæcenus Gallis formidolosæ fuerant, ut ex novem Francorum Regibus, nullus Itium nisi irritò incepto tentasse feratur: cujus solus conspectus pavorem, silentiumque torpens etiam audacissimo cuique injicere potuisset. Nullis tamen difficultatibus *Guyssus* deterreri potuit, nec illum in via Francorum vestigiis loca, nec tot eductæ ad aquarum divortia arces; nec tot repagulis ab ejus exercitu disclusum oppidum, submovere poterunt, quin testerentur se nullo moræ radio, nec savissima (quæ media incederat) hyeme, ab ea provincia, nisi confecta, obductum iri: sed nec donum respecturum, nisi arce & specula rerum Britannicæ in potestatem redacta; ne ad Regem nullo operæ pretio reverteretur. Ceteri Principes autem, cum æmulatione virtutis in eam rem conspirassent, eandem cum Principe fortunam subituros; nec sibi quenquam privatim consilium capturum profitentur: Anglum Gallia pellendum per aqua, per iniqua evadendum, claustra refringenda, omnia vel vi, vel metu edomanda, frenandum Oceanum, summam denique victoriam quantumvis summo discrimine reportandam. Tum demum omnes navales ac terrestres copias accersitæ, & opus fieri cœptum, nihilque quòd militaris operis esset, aut muneris, ad urbis obsidionem omissum, in ipso crepidinis aditu (quòd Francia venientibus nusquam aliàs temere patet accessus) Angli jam olim castellum firmissimum munimentum, licet ita procul oppido, objecerant. Id aggressi sclopetarij impetu expugnarunt, alamq; equitum defectorum, cohortemque præsidariam inde exturbant: atque in arcem usque Nebulanam redigunt. Id inunitissimi operis propugnaculum erat, caputque pontis, qui ex aggeribus in urbem ducit, tuebatur. Eum locum *Guyssus* *Thermesque* divortii ad speculandum oppugnacionis aditum circumvecti explorant; ac sub noctem (quando in celeritate omnia constituta habebat) Princeps *Risbanum* pro faucibus portus munitissimum propugnaculum, & ipsum ad explorandum qua parte tormentis quassandū, qua captū facilius esset, ivit: ubi turres undique propugnatoricæ assurgebant, loco opportuno.

tuno ad arcendos appulsi hostes. Mirum est, quam atroci tormentorum fulmine, in propius accedentes utraque arx detonerit, sed nemo afflatus: nam & euntem profecti fuerant summi Proceres, equitesque *Albimalus*, ejus frater, Dux armis inclytus, *Strossus* novis semper casibus caput objectare solitus, *Thermes* Italicis bellis & Doricæ navalium expugnatione clarissimus, *Tauanius* profligata ad Rætium pugna nobilis; alijque complures; acerrimi ordinum Duces ingenij, & animi robore, mentisque magnitudine suspicendi; quique in certam ruere perniciem pro Republica præclarum ducebant. Porro *Princeps*, qui nihil ad consilia capienda dandum spatij hostibus existimabat; *Randano* atque *Alegræo* equestrium alarum Ductoribus; dat tentandi vadl negotium; quod non procul abesse indices detulerant. Et incredibili celeritate; multis rebus confectis, postridie utramque arcem tormentis subire, & eodem tempore summa vi oppugnare omnibus copiis institit. Qui Nebulanam infederant, excussis propugnatoris speculis; atque tormentorum spiraculis terri, & flammarum effusarum & late micantium strepitu, repente deserta statione; in urbem cursu incitati feruntur: de sua potius in futurum salute solliciti, quam de Philippi imperio. Qui Risbanum præsidio tenebant, plus ferocia, quam constantia præstitere. Nam cum illos oppugnatio atrocior adorta esset, Nostrosque fragorem cæli tormentis imitantes; ad aliquot horas sustinissent; ad postremum seu metu virium, seu spe venia; arcem dedunt, cumque Principe agunt de obtinenda sive furoris sui, sive erroris venia. Sic arcem illam eodem die, egregiis alioqui munitionibus oblecta; sine certamine deduntur: & facile apparuit, quam cum inertihosteres esset, cui nullodum inito certamine; nec illo facto virium periculo; nec mens, nec virtus constiterit: sed solo æneorum tormentorum fragore petulcus, trepidus rerum suarum, hinc in urbem effuse fugere intēdisset, illinc libito se Principis arbitrio traderet. Redactis in potestate suburbanis propugnaculis, ne feliciter cœpta *Princeps* cessatione everteret, qui in integro haberet expeditas copias, repetē ad urbem admovendas censuit, ut jam pavore cōsternatis hostibus facilius expugnandæ urbis consiliū exequeretur. Dūcere tū porro ad urbem cœpit, Veritus tamē, ne hostes, traductis per Sangatij promontorii angustias copiis; obsessis subsidio accederent, *Borbonium* *Rupetionis* *Principem* ad promontorii fauces cum parte exercitus consistere jubet, ne qua vis ea parte ingrueret; ut omni spe auxilij Itienses interclusi, consulendum sibi privatim ex usu præsentis ducerent, oram maris Franci classe ingenti tenentibus (nam jam tunc portū proxima, hæud procul ab urbe; Anglicas naves portū prohibere poterat) & ab continenti undique circumfessos aditus cernerent. Nam *Borbonis* peditem Francorum cohortes viginti, Germanica Ringravii legio; cum octingentis equitibus Iclopetariis; ac turmis aliquot gravis equitatus attributa fuerant. Quibus constitutis rebus, tum demum ad motis ad muros plus minus viginti æneis tormentis, urbem ingenti strage murorum oppugnare aggreditur. At Oppidani, quibus sua omnia satis permunita, præsidis que firmata, videbantur, summa ope parabant se ad urbem propugnandam; & turres, speculæque; & ut aquæ circumfusa, lacusque ad mare usque pertinentes, se tuerentur, satis provisum præcautumque videbatur: simulque ferreos globos sa-

gitrasque (quibus id genus plurimum depugnat) velut nimbum grandinis, ex turrium pinnis, spiraculisque jaculabantur, qua peste multi Nostrorum temere subeuntes afflati transfixique sunt. Jam calorum multitudinem ingentem *Princeps* submiserat; & plerosque omnium ordinum milites; qui aggeres refererent, convellerentque futurumque sperabatur; ut opere perfecto; revulsoque omni genere machinationis aggere; aquæ, quæ ingenti progressu, terræque aggressis tumultus interseptis specibus; fossisque continebantur; repente effluerent; ac ceu emissario patefacto dilaberentur: qua ex re exhaustis fossis; militi ad urbem per murorum stragem peteret aditus. Jamque processerat opus, cum magnam moram ac difficultatem eam rem habituram *Guyssus* animadvertit; quod hæud dubie in longum ductum iri appareret. Itaque ejus consilii obliviscendum ratus; longe aliam oppugnationibus sibi rationem incundam proponit; magisque vi; (*quod omni spes in armis & audacia erat*) quam operibus oppugnare institit. Itaque tormentorum e vestigio subvectionibus imperatis; & muros circumvectus, atque eminus contemplatus omnia, quæ noscenda erant; arci, quæ ponte urbi jungitur; triginta ænea tormenta præcipua magnitudinis, quam proximè feripotuit, imperat admoveri; simulque quassare mœnia aggressus, tantam fulminum, pilarum, globorum, grandinem in arcem profusam, ut paucis horis mœnibus late prostratis, aditum suis in arcem patefecerit. Ita incredibili celeritate, omnibus ad irruptionem comparatis, corpora milites curare, armaque expedire jubet; dum se æstus in maris alveum contraheret; quod occasionem bene gerendæ rei amittendam non esse omnes conclamarent, & ut quam minimum spatium ad se colligendos hostibus daretur. Dilapso itaque maris æstu antequam rursus ex alto se incitavisset (quod bis semper accidit horarium duodecim intervallo (*Gramonium*; *Strossus*que mittit, cum delectis peditem loricatorum cohortibus; ad muros rursus prostratos tentandæ in arcem irruptionis causa. Ii per fossas transgressi, & pectoribus in aquis extantes, gravique armati in muros connixi, ad pugnam accinguntur. Angli per multas horas intenti, jam futurum impetum expectare, murices undique spargere; missiles ignes in pestem Nostrorum parere; tormentorum omne genus in ipso aditu disponere, quibus irruentes Francos exciperent. Atque ita magnis utrinque animis initum certamen; dubiamque diu pugnam Angli sustinere, dispositis utrinque majoribus minoribusque tormentis; & ingestis in Nostrorum ora facibus, flammisque variè composito igne missilibus, fumus, vapor, caligo; adeo densam excitavit nebulam, ut ad quæ quisque signa consisteret, ignoraretur. Angli furentes desperatione ac rabie, plurimum stragis, cædisque edebant. At *Franci*; qui nisi expugnarent, pro victis discessuri erant, redintegrato impetu prælium restituerunt; ac vesana prope insania in ferrum nullo mortis metu ruabant; atque eo magis; quod in Principum conspectu res gerebatur; qui virtutis ejusque atque ignaviae testes aderant. Exitus tandem fuit, ut magna cæde hostes alii in mortem sopiti, alii afflati concisique sint. Cæteri loco moti, scædeque in fugam dissipati, captam Nostri arcem relinquunt, seque in urbem, velut ruentis cæli turbine cōsternati, subducunt. Expugnata arce; & præsidio strage fugaque oppresso, venit

Princeps loco abscedi, & ut illic milites more castrensi vigilias agerent edixit. Cæterum suspicatus id, quod usu venit, hostem sibi conscium, quam grave scelus designasset, quod arce excessit, in prælium, quando reciprocans æstus refluxum annem inflasset, descensurum, quo nostri vi aquarum circumsepti, à reliquo exercitu intercluderentur, ac pauci à multis opprimerentur: cui rei *Princeps* consilio occurrit. Nam *Albimalum*, *Marchionemque Helbovij* fratres, fortissimos Viros, veluti fidei suæ obsides, ac mutæ erga milites amicitia pignora in arce relinquit: ut scirent, senon Anglico furori objectos, sed auxilium in tempore adfuturum, modò paucarum horarum congressum sustinerent. Porro cum recurrentem æstum undique lacuna fossæque exceperent, *Angli* ad furorem revoluti (sicut *Princeps* futurum præviderat) ac suæ ignavia pertaxi, cum robore præsidii rursus in arcem irruunt, atque atrocissimum prælium cum nostris committunt, qui magna fiducia, patenti bus foribus, hostem pugna excipiunt: quando ambitio ad pericula exarserat, ubi magna contentio incruduerat, utri primum se hosti objicerent, nec propugnantiū, nec irrumperere eminentium ardor remittebatur, utrinque vulnerum oblivione, mortisque contemptu. Atque hinc rursus in urbem ferro redacti hostes, tormentis ad pontis caput advectis, in Nostros detonabant, globisque tormento emicantibus portam arcis converberabāt magna militum nostrorum clade, qui velut injecta rabie pericula subcuntes, omnem procellam in Anglum effundebant. Tandem magna suorum jactura in urbem hostes compulsi, foribus obstructis arce excluduntur. Ad postremum omnibus vel vi, vel metu edomitis, Nostrorum deinceps conatibus ex urbe contravit nemo, nec amplius quisquam pugnandi causa restitit. Postquam hostium ira resedere, tum quantus nullus antè terror Itientes invasit: nec deinde animus illis, mensve, aut consilium suppetebat: atque hic labare animi cæpere. Deinde victi malis præsentibus, veriti, ne in corpora sua sæviretur, neu vi captis, nulla apud victorem venia esset, Cives aliquot primi nominis (sunt sum res calamitosorum) in caltra legatos ire jubet, qui de deditioe cum Principe agerent. Poterat illorum adentia atque perveracia cruento in illos exemplo satiri. Verum *Princeps* quem naturæ lenitas, & magnitudo animi, placabilem maximè faciebat, memor rerum humanarum, ut fortuna suæ moderabatur, ita nec alienam urgere in animum inducebat: nec minus adversantibus asperum, quam supplicibus facilem se præbuit, quod & illum misericordia innocuæ infelicisque multitudinis cæperat, qui in omnibus majora clementiæ benignitatisque, quam crudelitatis & impotentis exempla reliquisset. Tandem in conditiones descensum, pactumque, *ne quid hostile Itientes paterentur: omnes ad unum urbe excederent: neque deinceps agerentur desiderio veteris Patriæ, ceteris velut vilibus capitibus omissis, quinquaginta tantum in custodiam conjecti, donec pro salute sua, quam plurimum quisque auri posset penderet.* Cæteri se quo visum commodumque foret, reciperent, prosequentibus illos præsiidiis Gallicis, quoad tutum esset. *Angli*, quibus Franci Regis Majestas jam & antè propè vilis fuerat, cujus conditiones essent, tandem sentientes, ingethuerunt sortis suæ, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, biduo urbe populariter excesserunt, rem laemque familiarem æteram valere jubentes. Atque ita mise-

rabili agmine alii aliò dilapsi sunt. Nec dubium erat, si in urbe relicti forent, ad consuetum imperium brevi se averfuros fuisse. Nam nova sobole tot jam seculis aucti, eodem semper animo in nos erant, quod qui Londini, aut Cantabrigia nascuntur. Fama erat, *Eos, qui se in Angliam contulissent, à suis jurgio exceptos maleque multatos fuisse: quosdam etiam in carcerem ad supplicium raptos.* Annus agebatur decimus supra ducentessimum, ex quo infelicibus auspiciis à Francis olim Itio demigratum fuerat, & ex eò id oppidum tot circumvallatum munitionibus, hætenus sollicitam Franciam habuerat: non minus Anglis Francicos fines incurfantibus, quam Nostris indigna patientibus; eoque facilius, quod Anglia Gallia propè concurrens, modico dirimenti fretò, paratam Itii descensionem, tutamque navibus stationem haberet. Profligato ad Cresciacum Valesio, Calcos fame domitis, oppidum, (undecimum jam mensum tanto assidente Rege) in potestatem Anglorum concessit. His nostris diebus, invictissimus Dux *Guyssus*, septimo die quam Itium venit, viribus atque armis expugnavit: totamque eam regionem vi temporum occupatam, paucissimis omnino diebus recepit. *Guynas* oppidum munitissimum magna contentione, magnaque hostium clade impetu expugnavit, Itio tamen munitionibus hequaquam comparandum. Capta ea circum regionem gratulatio facta: præda, quantam non ante ulla urbium expugnatione partam meminimus, inventa: eam militi concessa, non tam ab ira & odio, quam ut fructum victoriæ, tot exhaustis laboribus, idque diverso anni tempore sentiret. Recepto Itio, & Oroinacorum regione, tota Gallia gaudium ingens nuntiatur: quod adeo præter spem accipit, vix ut compantes mentium præ gaudio essent. Et primo quidem id auribus eò magis, quam animis accipiebatur, quod expugnabile minus humanis esse viribus Itium audiebatur: donec Principum literis allatum est, *pudorem flagitii Viromandua cladis abolitum, Itio armis recepto, viribus oppresso, Anglos, marisque, possessione pulsos, frenata maris claustra Francorum virtutem peruruisse, perfrangisse, omnia, in unum deinceps corpus Franciam: colle, jam finem laborum futurum.* Accepto nuntio Rex pia erga Deum beneficii recordatione, in preces verlus, publicè habendâs Numini gratias decrevit, gnarus, *plus favorem Superum, quam virtutem artemque Ducum in bellis valere, & divini iustitiam victoriam esse.* Tum *Guyssum* Principem omnes in cælum ferre, qui pro Republica, & Gallia in omne ævum securitate, res humanis majores consecisset: felicemque tantæ expeditionis eventum, cujus fortitudinem cum virtute certantem, necessitatem quandam ineluctabilem devicisse sciebant. Alii à Numine relatam Regi gratiam asserabant, quod factæ Sedis vindicem egisset, tantique superis visam Francorum pietatem, ut pro præstita opera ingens præmiū reponerent. Hac via translatus olim è Thracia in Gallias Imperium. Nemini autè obscurum esse potest, rem Francicâ Numini hoc tempore curæ fuisse: quod nullam pravæ hæresis monstrum genuerit, nullos peregrinos ritus, amiserit, nihil de sacris unquam dimoverit, omniaque post pietatē ponenda seper duxerit, nec unquā impedimento fuerit, quo minus religioni suus tenor, suaque observatio redderetur: meminerit etiam rebus averfis, ac premete non mundi infesti panoplia, nec ulla spe humani subsidii affulgere, clamandū ad dominū, non ad mundi præsidia.

VARIA DOCTISSIMORUM

Virorum Gallia Poemata de capto

Caletō.

ADRIANI TORNEBI DE PROVENTU

POETARUM GALISIO CAPTO.

Calissimum quidni possit Heliconā vocare?
Quo capto vatū est tantus in urbe chorus?

Quae modō vix tacitis mussabant tectā susurris.
Undique cygnō carmine pulsa sonant.

Ipse loqui possum qui vix sermōne soluto;

En conor certis nec tere verba modis.

Si natura negat, facit exultatio versum:

Pesque sua nobis sponte sub ora subit.

Corye Poeta canes, fiesque poëtria pica.

Altera, si laudem laurus honora ferat.

Hoc meritum est, Errice tuum, tua laurea linguam

Erudit, & versus docta Magistra venit.

PANEGYRIS DE GALISIO CAPTO.

Certus inoffensa vitæ cum ducitur ordo,

Nec titubata tenor constans v. stigma ponit;

Adversis nec læta labant, rubigine virtus

Obduci solet, atque situ squallente notari;

Perpetuis torpere bonis & hiescere facta;

At ubi latorum seriem transversa repente

Interrumpit atrox sævo fortuna tumultus,

Se virtus animosa movet, segnemque veternum

Excudit, & tergo tandem splendere nitore

Incipit, & verâ sese ostentare figura:

Exiit & lenium, viridem reparatque juventam;

Anguis uti primo posuit qui vere senectam;

Insultusque graves evincit tortis iniquæ;

Ista sub invicto lætat quæ pectore virtus

Bellipotens Errice tuos, quo clarior esset,

Elicienda fuit damnis, ut facia toto

Conatu connixa, ferox assurgeret omnes

Protinus in vires, armisque ut frangeret hostem.

Vidimus infando percussis vulnere Francis,

Dissimulare metum Proceres, & fingere vultum

Non potuisse, suo signare sed ore pavorem.

Conternata viis totis diffusa salutē

Agmina communi, conspeximus urbe migrare.

Iustitio indicto puteal sanctumque tribunal

Vidimus orbatum turba caruisse togata.

Adventare hostes, lituosque sonare canebat

Indulgens falsi tanto in discrimine rumor.

Aspera quis verum non ultra finxit? & illis

Prona fides ultra solitum fuit; auctor habere

Is verus meruit, quisquis deterrima dixit.

His tua non dejecta gradu, *Rex Maxime*, virtus

Inconculsa locum tenuit, seque omnia contra

Intulit obnoxio animis & pectore firmo.

Hosti tunc acies intus, tunc bella coquebas:

Ingentesque iræ tua tum præcordia flammæ

Intus anhelabant, majoraque cœpta parabant:

Lætitiâque brevem diuturna que damna movebas

Hostibus. Annus abijt tunc ista strage cruentus:

Æquior at propriis aperit tibi tempora fastis

Janus, & in votum clades convertit acerbas.

Crimen & invidiam, meliori deesse putavit:

Nec cœptis favisse tuis, fovisse que partes

Dum nihil infractum bella instaurare tuerur.

In longum nec spem mittit, nec pendula torquet.

Corda mora: imatura tibi sed sistit opima

Præmia, quæ cupijt primis conferre Calendis:

Nec fecisse piget meritum, nec luce dedisse,

Romuleos trabæ solitæ quatollere fasces.

At tamen ipse paræ anni ut nulla vacaret,

Occupat auspiciis ipsis ut inaugurer ejus

Prima rudimenta, atque ut Francæ consecret aulæ:

Oceani segnes è gurgite purus Eoo

Extulit annus equos brumali sydere vernus,

Et sudum ostendens alieno mense serenum.

Prodierant pigris hybernis agmina tota,

Crispaque per patulas undabant signa novales:

Clara dies hilarat penitus mavortia corda.

Imbuat ut miles nascentis protinus anni

Primitias virtute parat: tua *Vistis* aula

Concipit, Errice, & tua fortia iussa capeffit,

Atque agmen rapit, ut quid proxima spondeat æstas,

Tum proludat hyems, spemq; hostib. auferat omne,

Indicatque metum, diroq; sub omine mergat.

Est locus, extremis quæ sunt confinia terris

Picardi & Flandri, Thetys quæ refluat ponti

Ambiguis vel inundat aquis, vel inundat arenis:

Et controverso toties quæ limite cedit,

Vindicat alterais, seq; in sua jura reponit:

Calissimum haud prisca notum dixere minores.

Hic angusta freti dirimunt discrimina Belgas,

Anglorumque latus, mediis quæ dividit oras

Interfusus aquis pontus, compendia nautis

Trajectus monstrat brevis, & commercia mundi

Citrò ultrò jungit, strictas & plurima fauces

Mercibus Hesperis onerata carina pererrat.

Terreus hic olim campus, dum præpete cursu

Iccius adversæ transmittit carbala terræ

Portus, & ad reduces exporrigit ora faelos:

Dumque sinu Gessoriacum penetrare reducto

Longius, immisum penitus salis alluit æquor:

Nunc cava cæruleo quæ gurgite sæpe tenebat

Pinus iter, sulcos infindit durus arator,

Exercetque solum, glauces regnataque divis

Possidet arvâ Ceres, campi quæque antè natabant,

Turrita Audomarum muri cinxere corona.

Calisij sedem post optavere coloni,

Et legere locum Laribus: tum paupere cultu,

Et temerè extructis, rudibusque mapalibus illum

Insedere, casisque & agresti culmine vicum,

Anglos dein veritus pinnis atque aggere firmat

Francis, & æquore o noluit confidere clastro.

Proh pudor, obscœnum posthæc incesta maritum

Uxor Aquitanis dotalibus invehit arvis,

Et te *Pictò* dica; propriumq; adjudicat Anglo:

Colliditque domos, jurataq; bella quietis

Inspirat populus, regum communis Erinnyis

Non sic tartareis Aleæto emissa cavernis,
 Armaret gentes odiis & bella ciceret.
 Anglum etiam proavita movet Normannia : namq;
 Ejectum graviter *Franci* se vindicis armis
 Patronique dolet : potiore jactat iniquo
 Assertore pium tam longa sanguinis esse
 Hæredem serie, repetitque à stemmate jura.
 Ille etiam *Francæ* cupit aspirare iatæ :
 Testaturque genus maternum, humanaque jura,
 Pollutam queriturque fidem, legemque tuetur
Francus, lanificis quæ dextris regia sceptrâ
 Abnegat, & molli vetat elangue' cære sexu.
Calisum hinc longa capit obsidione, suoque
 Fertilis uber agri Normanna novalia Saxo.
 Adjicit imperio : solio tunc imminet ultro :
 Et conjurato Burgundi Marte juvatur,
 Burgundi, qui patricia tum cæde cruentus,
 Proditor ad seros commissa luenda nepotes
 Transtulit, & cæde hac & proditiione profanus :
Carolus ut tantam videt impendere ruinam,
 Has disjungit opes. *Burgundaq;*, fœdera sancit :
Virginis hinc Anglos ductu (mirabile dictu)
 Normanni depellit ovans & Vasconis agro,
 Hæsit in extrema celebris victoria meta;
Calisum tentare timet. Tu causa timoris
Angle, quod undenos sese repararet in orbis
 Luna prius, posses illa quam sedè potiri.
 Cinxerat & vallo *Burgundus* & aggere frustra
 Ista Erricè tibi Prœvincia dura, relicta est.
 Hanc tamen hyberni cum pulsant æquora Cauri;
 (Auspice temperies sed Numine verna refulsit)
 Cum nemorosa feras villoso tergoe produnt
 Frigoribus sua lustra, mari dum navita cedit,
 Rura gelu dum claudit hyems, dum segnis arator;
 Omnia naturæ dum fœdere bella quiescunt,
 Lucè urbem decima recipis felicibus armis,
 Quam vix undecimo mense expugnaverat hostis :
 Luciferos nec tot numerat tua laurea felix,
 Hostica quot lunas prior imputat : & tamen illum
 Munierat natura locum, manus arte Cyclopuum
 Obvallarat, & à terris abstraxerat æquor
 Immissum fervente lacu : sed alveus æstu
 Illabente maris, pleno se gurgite tollit.
 Qualiter Euboicis exundat litus in oris,
 Cum tumet Euripus revocatis concitus undis :
 Cumque annus rapidi sentit monumenta leonis,
 Nilus ut æstiva se mole superjicit arvis.
 Censeres terris Neptuni avulsa tridente,
 Cæruleis transmissa vadis fundamina cingi,
 Urbem telluri limes nisi jungeret arctus.
 Hunc scopulum quis quælo capi sponsore putaret
 Posse Deo? certusq; fidem quis nam auctor haberet?
 Expugnare Duces tibi, quorum nota Gradiivi
 Militia est virtus, Erricè necesse, priusquam
 Urbem oppugnares, multis fuit usque diebus.
 Tendebant contra, quodq; haud promitteret æstas,
 Credere nolebant hyemis glacialibus auris,
 Quæ fovet obsessos, obfessoresq; fatigat.
 Cæsareis fortuna favens conatibus, urbis
 Mediomatricum deprensa est mœnibus, ac se
 Inclementi hyemis tum tempestate repulsam
 Indulgere suo nequicquam sensit alumno.
 Ille suas afflixit opes, dum provocat amens
 Concretam glaciem, nimbosque nivesque lacessit.
 Is sapit, hostili quem facta pericula damno
 Erudiunt, *Erricè* ad hæc, se fidere capiti,

Augurioq; animi quodam se impellier, inquit.
 Degenerem se scire hostem, quem effæminer illa;
 Qua regitur male fortis annus, tristisq; *Megara*,
 Supplicis qua sava suos immanibus olim
 Fregit, & ingenita quod erat virtutis ademit :
Summaq;, decussit tondeute papavera ferro :
 Exiliis vel dira solum mutare cœgit,
 Fæminea reliquum quod sese emancipet aula,
 Vulgus iners, vilesq; anima, cadig; parata,
 Ceu pecudes, conferre manum & pugnare perosa;
 Quos proavi vicere mei duxerit puella,
 Hos ego rugosa vetula regnante timeterem?
 Ille Gynæcœo pensisque assuetus Iberus;
 Deliciis qui totus hebet, luxuque liquefcit,
 Faxo sua mihi cum Cleopatra Antonius amens
 Expendat pœnas, & supplex arma recõdat
 Ille levi afflatu fortunæ, credo, beatum
 Se putat esse, tamen sit ei victoria faxo;
 Non minus ac conjux sterilis, quo pendat eadem
 Conjugium & palmam trutina; nec speret utrinque
Carolus asseruit, qui victo Saxone Francum,
 Saxona Burgundumque jugo disjunctis amico :
 At me rapta juvant geminato ex hoste trophæa;
 Conjunxisse placet, semel ut defungier uno
 Marte mihi, & gemino liceat clarere triumpho.
 Frigore nec moveor : mediis aquilonibus alpes
 Gentibus innumeris stipatus, & agmine Pœnus
 Annibal immenso, superavit, & obvia rupit.
 Turc passa est natura jugum, celoque minantes
 Cælo submisit scopulos, & jurâ recepit :
 Atque infesta hominum statione cacumina vidit
 Ardûa, pennigeris volucrum vix pervia scelis.
 Quem populum terris imponere fata parabant,
 Concussit : labor ille *Ducis*, populique ferocis
 Pulsa loco est virtus, stratiq; cadavere campi.
 Lydia Achæmenio sunt subdita regna tyranno,
 Frigoribus dum sævit hyems, non ipse serenos
 Alcyonum despero dies, quibus æquora mulcet
 Juppiter, egelido cœlumque tepore relaxat.
 Nec Nostros prohibere leve ac reparabile damnum
 Successus valet : offenso illi quippe tenore
 Fortius insurgent majore mole cohorti :
 Annis uti rapido qui crevit plurimus imbris,
 Obice sistit iter, mox eluatur, inertes
 Perrumpitque moras, secumque in prona volutat;
 Quicquid obest victor, cursuque citator exit.
 Acrior est virtus, quam suscitât ira dolorque :
 Irritata venit, quæ morsu saucia damni
 Angitur, & quærit collectis viribus hostem.
 Quare agite, & rapto; potitur quo perfidus *Anglus*;
 Ceu spoliūque ostentat, & hac ceu vindice gleba,
 Mancipij esse sui contendit *Francicæ* sceptrâ,
 Vos hostem spoliare Duces, ætosque profundo
 Reddite jam toto divisos orbe Britannos.
 Maxime *Francigenum* cœlestia, *Vsuis* inquit,
 Cujus in arbitrio sunt lilia, terror Iberi,
 Saxonis horror, amor patriæ, cui cedit iniquæ
 Sortis acerba manus, se purgabitque nocentem
 Quod tua deseruit, diversaque castra secuta est.
 En ego, quæ mandas, præsto sum ut justa capeßsam :
 Auspice te Divosque tuos mihi dante secundos,
 Aspera militia haud fuerit, non si agmine celsas
 Ipse remetiri cogis brumalibus Alpes
 Frigoribus, trepidamque armis obsidere rursus
 Italiam : si regna jubes in Daunia bellum,
 Serviet hæc devota manus; felicibus armis

Quæ sceptris adjuncta tuis regna illa dedisset:
 Ni temerata fides illic, pollutaque turbi
 Fœdera sancta forent caupona, & perfidus hospes,
 Æquato velut ancipites examine lances,
 Inclinaffet eam to partem, propensus unde
 Auri pondus erat, nam dum ferit ille morarum
 Innectitque dolos, dumque insidiosa susurrat
 Dissidij commenta, fidem & disjungit amicam.
 Inspiratque odium, & socialia distrahit arma,
 De manibus fortuna meis elapsa recessit:
 Nec tamen interea campo se comminus hostis
 Opposuit, claususque suis in mœnibus hæsit:
 Degeneres veluti fovere cubilia silvis
 Et latuere feræ. Nunc quæ mihi præcipis, illa
 Exequar, extorem irans & mare Saxona mittam:
 Victorem & te *Calisto* præstabo recepto:
 tempus erat, quo brumâ rigens grave frigus anhelat,
 Threiciusque solum Boreas atque asperat utidas,
 Et quo constrictis dure scunt flumina crustis,
 Calcanturque rotis, insultanturque pedum vi,
 Congerie quo signa focis conjecta cremantur,
 Et vix horrentem defendimus, æra tectis:
 Sed simul ac campis crispi fulsere dracones,
 Et legio egressa est, quæ milite cingeret urbem:
 Ipsa repens desavit hyems, frigusque remittit,
 Vernaque temperies non sueto sydere ridet.
 Ille sator rerum reducem qui temperat annum,
 Qui novat ætates, revocat qui verna serena,
 Qui rigidas hyemes, aut æmnum qui que nocentem
 Certa lege refert, mutavit fœdera rerum,
 Atque vices, properata tibi qui verna reduxit
 Tempora, & ante diem brumalia frigora solvit.
 Hunc cœptis favisse tuis non ulla fuisset
 Ætatis tam certa fides, nec signa dedisset
 Tam manifesta tuis, rigidas ac quando pruinas
 Corpore semifero semper Capricornus anhelans,
 Lenior incubuit terris, aurasque nivales
 Discussit, latumque afflavit veris honorem.
 Auguriis aliis quid opus? præsgia divum
 Quæ nam alia explorare cupis mage fida fœventura?
 An defixa polo solis rota clara, diemque
 Longius extendens, stantesque experta jugales,
 Cœrtius affirmet Rex Numina rebus adesse
 Faulta tuis? Horrenda gelu tibi bruma remisso
 Ecce tepet, sternitque tuæ placida æquora classis:
 Et venit ad partes ultro, invitaturque morantes,
 Frigora dedidit, tempestatesque removit.
 Non tam præsentem potuisses noscere Divos,
 Commoda legisses si tempora: militat æther
 Auspiciis, *Errice*, tuis, mundique sequuntur
 Ipsa elementa Deos, & conjurata favorem
 Commodat insolito moles operosa sereno.
 Hæc animos hosti frangunt: tibi cernit amicos,
 Quos timet adversos Divos: & sperat iniquos,
 Quos æquos videt esse tibi: præjudicat annum
 In reliquum tam mitis hyems decurrere votis
 Tempora grata tuis, si quid tentaverit hostis,
 Obruet aut pelago naves nimbosus Orion,
 Aut hærebit iners legio pluvialibus hædis:
 Signa movere loco nec erit, nec vellere plantam:
 Ænea volventi nec agetur machina curru.
 At legio pugnam, cosli defessa procella
 Sit tēter, tibi terga dabit cædenda, necique
 Marte tuo data sterneret agros, & clade notabit
 Profligata locum, serisque nepotibus edet.
Vissus, ut justis, crebris stationibus urbem

Obsidet, Euripi quaque unda reciproca cingit
 Arcem, tormentis murisque atque aggere firmam,
 Verberè crebra quatit: tum rauca tonitrua vicit
 Murales torquens immani pondere glandes
 Machina: fulminea non sic se lampade vecors
 Salmonæus jactavit ovans, talemque fragorem
 Non dedit, æthereos quando affectavit honores.
 Illicet ingenti muri patuere ruina.
 Corripiunt aditum duo mox fortissima belli
 Robora, restantem cupidi expugnare cohortem,
Strozius Aumalusque, loco mox pellitur *Anglus*,
 Cedit & arce: manu qui si contenderet hilum,
 Mox maris illapsus vel nostros mergeret æstus:
 Aut interceptos divisosque obice ponti,
 Hosti mactandos miseranda morte dedisset,
 Tempbris hoc de te breve decernebat & hoste
 Momentum: articulo hoc victor victusque dabatur.
 Propugnasset enim ad veria pro parte tumescens
 Pontus, & evectæ labem sarcire ruinæ
 Impressa fossa licuisset & aggere jacto:
 Spes & adempta foret potiundæ funditus urbis,
 Si quæ animo virtus Anglo roburque fuisset.
 Hora sextantem qui si durasset in hostem,
 Vicerat: adversum sed enim duo fulmina Martis
Strozius Aumalusq; loco pepulere feroces, (que
 Arceque præcipitem exturbant, funduntque fugant.
 Postmodo flagitij tanti, sed pœnitet Anglum,
 Præsidiumque, animis pelagi fervore receptis,
 Diltractum mediis interlabentibus undis
 Acastris, tentare parat, pugnamque lacescit.
 Merlerat Oceano futilum nox humida solem:
 Sublultri sed clara polo Diana micabat:
 Illa acies (ævi mutata sorte pericli,
 Sublimi è specula coeli concurrere cernit:
 Qualis Olympiaca sedet olim in gymnade iudex,
 Solennes referunt lacra cum quinquennia Ludos:
 Qui prius obsessi fuerant, obsidere certant.
 Sed potior *Francus* quæ sita laude locoque,
Anglus at inferior concessa laude locoque:
 Saxone Franci animos attollit ad ore pulso:
 Attamen irritant nihilominus acriter Anglum
 Natique, uxoresque, laresque, aræque, focique,
 Atque abolere parat deserta: dedecus arcis.
 Illam multa Viri per noctem fortia miscent
 Vulnèra: tormentis volucris pila nulla quiescit.
 Non validis excussa toris lætalis arundo
 Livida tartareo non glans explosa boatu,
 Non tela aut ignes cessant, non mucro coruscus,
 Plura refers tamen *Anglo* loco congressus iniquo
 Vulnèra, *Francorumq;* tui sub Marte manipuli
 Multa cæde cadunt, vultumque avertis ab hoste.
 Interea prodit tenebris aurora fugatis,
 Albescitque dies, refugusque relabitur æstus.
 Tum verò haud dextra Saxo defendere filius
 Urbem, velatis manibus, modo vivere pactus,
 Omnia *Vissade* divina humanaque dedit.
 Regna ut captam mox nuntius attulit urbem,
 Regalem laceravit amictum, & pectora planxit,
 Perdita, damnavitque diem, velcique negavit,
 Et coetum averfata hominum penetrale petivit
 Multa gemens, diro peregrinas omine tædas
 Execrans, pepigit quas Nobilitatis iniquis
 Infestisque animis plebis, tum perhda misso
 Juratum violasse dolens interprete belli
 Fœdus, & Hispanis intervenisse periculis,
 Hæc Furiæ malè sana vocat, quibus a cæca duellum

Indixit: vocat & Bellonam; Erebumque chaosque
 Ingeminat, miseram cupiens abrumperé vitam.
 Tres illam perhibent secretam ex ordine lúces
 Et totidem noctes potu caruisse ciboque:
 Jejunis quarta vix faucibus admovet elcas
 Lucé: quod at vitæ reliquum est exhauriat, opat
 Nobilitas plebesque & fontem devovet Orco:
 Quæ rupto infaustum contraxit fœdere bellum.
 Exteraque indigenis sprætis connubia legit,
 Regia ut Hispanis enuberet Anglica sceptris,
 Contempta gente externo transcripta colono.
 Sapius ista fremunt: paulatim gliscere cruda
 Seditio, & favire animis ignobile vulgus,
 Atque orbes glomerare, odii que accendere causas,
 Regibus & multis cæsis gens illa cruenta,
 Principis & superis consuevit morte litare,
 Publica in exitium convertens damna potentum:
 Dedendum esse neci clamant, ejusque piandam
 Interitu cladem: hic quorum scelera propinquos
 Sustulerat, stimulos addunt, acuuntque furorem.
 Dij facerent una caderent ut compare plaga,
 Conjugio juncti Rex & Regina sinistro:
 Fœmineus ferrum cruor haud satis imbuet: ille
 Accedat jugulus, quo fœmina capta noente est,
 Ad bellumque impulsa: caput luat illud Iberi,
 Quod patravit opus: Si non pote, fœmina saltem
 Caliso inferias funesto sanguine mittat.
 Quæ Divos, Errice, tibi pietate secundos
 Tam meruisse potes, faciles ut vota quod ultra est
 Donent? *Calisum* sat erat tibi Marte receptum:
 Hoc cumulant meritum Anglorum civilibus armis,
 Et Regina odio, Burgundum & fœdere rupto
 Exarant, pronum vinci minimeque rebellem,
 Confociet nisi castra, suo tueatur & auro
 Anglus, qui lociis abscedet protinus armis.
 Eventura loquor, firmabunt omnia Divi.
 Fortè novis ingens animo successibus Astur,
 Prospera cui lætos tulerant æstiva triumphos,
 Inferiora Diis ut non sentiret & ultro
 Stellanti jaceret maledicta minacia cœlo,
 Ocia fallebat lusu, Francosque protervis
 Usque jocis amens lacerabat, & usque rogabat.
 Nonne pruinosis gelidoque sub ætheris axe
 Hybernis positus algeret *Francus*? & ejus
 Stiria in impexis duretceret horrida barbis?
 Quem vapor æstivus duræque, offensus pugna
 Percalescisset, glacies nonne ureret æque?
 Quanquam tum insolito vernabat sydere cœlum.
 Is simul ac captam, dum luderet, audiit urbem,
 Percussus stupuit, gelidusque per ima cucurrit
 Ossa tremor, steteruntque comæ, & vox faucibus
 hæsit.

Dein ad se ut redijt, dissecit ludicra, & ægro
 Pectore crebra gemens mœstus suspiria duxit:
 Et singultanti querulam vocem edidit ore.
 Armis depositis depreñsam & milite missa,
 Improba destituit fortuna, atque objicis hosti?
 Siccine de manibus nostris elapsa repente est
 Laurea? sic Francum nec belli incommoda fran-
 gunt,

Sæva nec horrentis reinorantur frigora brumæ?
 Meque hyememque pari traductos ille triumpho
 Victor aget: non ex facili certamine laudem,
 Non æquo petit ille jugo, qui tempora victus,
 Victor emque parat communi clade notare:
 Hisque triumphatis memóri se traderé fame

Saxonibus quid dico? meæ quid dico Britannæ?
 Quos ego composita felices ante quiete,
 Invitos placidam temerando rumpere pacem,
 Jure profanato & Divum pietate coëgi?
 Ista manet merces illos, queis chæra fuere
 Commoda nostra magis, quam sanctum fasque bonumque?

Religio nostris quis vilior usibus? ecquem
 Inveniam posthæc facili qui peieret aulo,
 Imputet atque mihi violatæ pignora dextræ?
 Jamiam perfidiæ *Parmensem* pœnitet actæ,
 Venit in Hesperiam si præpete fama volatū,
 Talia quæ pernix momento remige pennâ,
 Nuntiat auroræ populis, solisque cadentis
 Qui Mauro stridere globum nugantur in undâ:
 Nec paria eventis narrat, sed guttura mille
 Solvit, & in majus damna omnia semper acerbât,
 Etsi vix poterit lingua superare loquaci
 Dedecus acceptum, & captæ infortunia sedis.
 Hæc pelago imponit frenos, hæc cerula Nerei
 Regia, ceratas cui fas parere carinas.
 Imminet hæc Flandro, in cervice & faucibus urget,
 Hæc diti exuviis raptis ex hoste superba,
 Primitiis delubra Deum ditabit opimis,
 Curvabitque tholos, ædesque relinquet inanes
 Quæstori, & nostri minuet compendia filci:
 Avertetque tuas lembis *Antverpia* merces,
 Prædatrixque avidi dirimet commercia mundi:
 Treicio ceu qui metatus littore sedem,
 Angustum bovis accoluit de nomine pontum.
 Huc & ab Hesperio qui fueri & cardine Eo
 Tendere navigiis, sistit iter, atque quiescet
 Orbis opes solitus Flandris portare catapulus.
 Nec mihi consultum est exhausto sumptibus, unde
 Pugnaces reparare manus ad prælia possim,
 Venalesque tuas Teuto conducere dextras.
 Gens conducta ineres adversis hospita castris:
 Quæque gerunt alii pia, tu civilia bella
 Sola facis, ferrumque in civis viscera condis:
 Dumque aliis vincis, tibi vinceris: atque juventus,
 Quæ melius sancta pro religione periret,
 Lucro animam impendit, pretioque pacificetur
 hostem,

Testaturque hominum nunquam se deesse furori,
 Aula phætrato non cominus ire tyranno:
 Virque in *Christicolas*, in Turcam fœmina pug-
 nat.

Hæc ille immani consumptus corda dolore:
 At parte ex alia, festis gaudere choreis
 Francorum populus, vitis innectere Divos,
 Et celebrare, Deum delubra, & limina fronde
 Spargere, & in cunctis ignes accendere vicis:
 Lætitiamque agitare epulis cantuque jocoque.
 Tum de te *Visi* quis non est grata locutus?
 Burgundum quoties equitem memorare juvabat,
 Præcipiti dare terga fuga turmalibus alis
 Antè coëgisses: Metis sub mœnibus usque
 Ipse triumphalem fregisses *Cæsar*is axem.
 Tu formidatum mundo, vincique negatum,
 Posse caput primus superas: Tu frangis equestres
 Victor Scopolorum cuneos ad *Rentia* castra:
 Te Belgæ timere truces, te fortis Iberus:
 Te prope *Cæsar*ea fugit statione relicta
Carolus, ut trepidas vidit notare cohortes:
 Tu quoque in Hesperiam magnam non agmine
 magno

Per medios hostes penetras, & salva reportas
 Signa domum, iusto luctatus cum hoste, tuq;
 Cum capitis se & ore, fidem qui prodidit auro
 Perfidus, & socium nudavit milite pacto.
 Nunc etiam extrema restantem in calce Britannum
 Littorei Belgæ, majorumque ora notantem,
 Stigmaq; inurentem, atq; ut cōpede regna prementē
 Gallica, *Dux* victum trans æquora glauca remittis,
 Impingisque vadis patriæ: Nunc naufragus *Anglus*
 Eiectusque miserq; suæ est illius arenæ.
 Qui vasti à nobis aberit discrimine ponti.
 Præclare fines *Visti* regis arbiter æquus,
 Sæpius hæc iterant, fatias nec carminis ulla.
 Nec fratrem, cui purpureo velata galero
 Tempora prætereunt hilares, patriamque beatam
 Esse pari fratrum celebrant, quorum arma tubasq;
 Alter obit, victor patriæ decus atq; reportat:
 Consiliis usuque togæ præstantior alter
Errici relevat curas, & corde capaci
 Sufficit & Musis, & rerum sustinet actus,
 Partitumque vigil tempus dispensat utrisque:
 Squallida Barbarico nec secula nostra veterno
 Esse finit, castas nec mendicare Camænas,
Vistus hinc pergit, raptoque citatius omni
 Agmine, turritas ingenti mole Vinarum
 Arces circumdat pluteis, & verberare multo
 Tormentorum, apices pinnasque & mœnia pessum
 Deijcit, aggestumque solo mox æquat acervum,
 Junctus erat muro qui terreus, hinc tuba cantū
 Signa dat, atque acrem ciet ad certamina pubem.
 Primus ibi ante omnes juvenum comitante caterva,
 Infers, *Andelle*, gradum, atq; invadis in hostem:
 Et cōmes accedit *Memorantius* inclitus, ambo
 Felices, si non desideret iste parentem,
 Tu fratrem, indignos duri quos alea Martis
 Importuna ferro captivos traderet hosti.
 Hos rapidus Rhodanus, vitreis hos Sequana limphis,
 Hos liquidus Ligeris, sterunt hos marmora ponti.
 Mox ruit his Ducibus tanto impete fervida pubes,
 Quantum Hyperboreis Aquilo prolapsus ab antris,
 Incumbit pelago, campisque natantibus instat,
 Et possessa aliis sibi vindicat æquora ventis:
 Quaque dedit sonitum; maria inclinata propellit
 Non hostes sufferre valent, metit efferus ensis
 Saxonaq; Hispanumq; truceq; ad Barbara Belgam
 Sternitur omnis humus, cereali ut mergite passim
 Stratus ager, frugum expositis per rura maniplis,
 Unus vix tanto è numero tu, *Græe*, superstes.
 Servatum lucro quam cœlum impendere ferro
 Maluit, & prædam quam miles inane cadaver
 Optavit potius: tu salvus vindice nummo.
 Ista bifrons expensa tulit tibi munera lanus.
 Atque tuis annum ceptis *Errice*, sacravit,
 Qui te tam largè donavit pignore strenæ.
 Successus urgere tuos & adesse favori
 Cœlicolum sis quæso memor: nunc hostis inermis
 Militibus caret & nummis: occurrete Divis
 Quid lentus cessas fautoribus? anne relinques,
 Quos faustos precibus votis & emacibus antè
 Obtâsles, fibra & pecudum censuque mereri?
 Esse duces cupiunt, comes hosut passibus æquis
 Ipse sequare, vide: tibi si, dum sæva procella
 In regnis grassata tuas everteret urbes,
 Hanc aliquis Divum certò promitteret horam,
 Credere vix posses: sed si tamen illa veniret,
 Hostis pervinciam jures, contigit illa:

Inijcienda manus, ne mox prætervolet, hostis
 Ille tuus ducit dum segnia tempora victor,
 Se vinci sensit, lapsasque refurgere partes.
 Funestæ Latio manarant sanguine Cannæ,
 Et Pœni modios cumulaverat annulus auro:
 Dum tamen ille sedet, dum cunctaturque vocanti
 Fortunæ præsto esse comes, Romamque jacentem
 Respirare sinit Divum irrita munera sensit.
 Nam velut exacto collo numerosior hydra,
 Multiplicata suis damnis, violentior hostem
 Crevit in adversum, decus illi & frondis honorem
 Eripuit, victrixque Diis solennia solvit.
 Imperium est mundi juvenis Pellæus adeptus,
 Dum victus instat, dumque omni à parte timetur
 Creditur & terris hædere fugacibus, & dum
 Hostibus improvisus adest, nec nuncius illum
 Adventare serit rumor, venisse sed hostis
 Conspicit oppressus, nec fudit ad arma vocare.
 Bella Dionæus quoque fulminis ocyor alis
 Cæsar, ut excussus balearis verberare fundæ
 Gessit, vincendusq; mora, fuit impete victor.

AD HENRICUM II. FRANCORUM
 Regem invictiss. de Calero
 recepto.

NON parca fati conscia, Lubricæ
 Non sortis axis sistere nescius,
 Non siderum lapsus, sed unus
 Rerum opifex moderatur orbem:
 Qui terram inertem stare loco jubet,
 Æquor perennes volvere vortices,
 Cœlumque nunc lucem tenebris,
 Nunc tenebras variare luce.
 Qui temperatæ sceptræ modestiæ
 Dat, & protervæ frena superbiæ,
 Qui lacrymis fœdat triumphos,
 Et lacrymas hilarat triumphis,
 Exempla longè ne repetam: En jacet
 Fractusque & expes quem gremio suo
 Fortuna fotum, nuper omnes
 Per populos tumidum ferebat.
 Nec tu, secundo flumine quem super
 Felicitatis vexerat æquora,
 HENRICE, virtus, nescijsti,
 Imbriferè fremitum procellæ.
 Sed pertinax hunc fastus adhuc premit,
 Urgetque pressum, & progeniem sui
 Fiducia pari tumentem
 Clade pari exagitat Philippum,
 Te, qui minorem te superis geris,
 Culpamque fletu diluis agnicam,
 Mitis parens placitus audit,
 Et solitum cumulat favorem:
 Redintegratæ nec tibi gratiæ
 Obscura promit signa: subalgido
 Nox Capricorno longa terras
 Perpetuis tenebris premebat:
 Rigeat auris bruma nivalibus,
 Amnes acuto constiterant gelu,
 Deformis horror incubabat
 Iugeribus viduis colono:
 At signa castris Francus ut extulit,
 Ductorque Franci *GUISTUS* agminis
 Arrisit argenti sub arcto
 Temperies melioris auræ:

Hyems retuso languida spiculo
 Vim mitigavit frigoris alperi,
 Siccis per hybernum serenum
 Nube cava stetit imber arvis.
 Stravit quietis æquora fluctibus
 Neptunus, antris condidit Æolus
 Ventos, nisi Francas secundo
 Flumine qui veherent carinas.
 Per arva nuper squalida, & igoibus
 Adhuc Britanni penè calentibus,
 Cornu benigno commeatus
 Copia luxuriam refudit.
 Idem ut reductas condidit oppidis
 Francus cohortes, mitis hyemis modo
 Serurus armavit procellis,
 Et per sitas renovavit iras.
 Stant lenta pigro flumina marimore,
 Causæque campi sub nivibus latent,
 Diverberatum sævit æquor
 Horriferis Aquilonis alis.
 Ergo nec altis cinctæ paludibus
 Tulere vires incœnia Gallicas,
 Nec arcibus tutæ paludes
 Præcipientem tenere cui sum.
Lorene Princeps, præcipuo DEI
 Favore felix, præcipuas Deus
 Cui tradidit partes, sperbos
 Ut premeres domitrice dextra:
 Unius anni curriculo, sequens
 Vix credet ætas, præmeritas tibi
 Tot laureas, nec si perauras
 Pegæa veherere penna.
 Cessere saltus ninguidi, & Alpium
 Inserta cœlo culmina, cum pater
 Romanus oraret, propinqua ut
 Subijceres humeros ruina.
 Defensa Roma; & capta Valentia
 Coacta pacem Parthenope pati,
 Fama tui Segusianus
 Barbarica face liberatus.
 Æquor procellis, terræ paludibus,
 Armis Britannus, incœnia sæculis
 Invieta longis, insolentes
 Munierant animos *Caletum*:
Lorena virtus, sueta per invia
 Non usitatum carpere tramitem,
 Invieta devincendo, famam
 Laude nova veterem refellit.
 Ferox Britannus, viribus ante hac
 Gallisque semper cladibus imminens,
 Vix se putat securum ab hoste,
 Fluctibus Oceani diremptus:
 Regina, pacem nescia perpeti
 Jam spreta mœret scœdera, jam DEI
 Iram pavet sibi imminentem,
 Vindicis & furis flagellum.
 Cives & hostes jam pariter suos
 Odit pavetque, & civium & hostium
 Hirundo communis, cruorem
 Æquè avidè sitiens utrumque.
 Huic luce terror Martius a sonat,
 Diræque cædis mens sibi conscia,
 Umbræque nocturnæ quietem
 Terrificis agitant figuris.

La. B. Te.

AD FRANCISCUM LOTAR-
 RINGUM, GUVISIORUM PRINCIPEM,
 EPISTOLA.

A Ut tu rem nobis convulso cardine lapsam
 Unus restitues, primæque in sede locabis:
 Aut certe nullis unquam fortuna resurget
 Gallica temporibus: sed humi despecta jacebit
 Æternum, Manet illa, manet te lauria, *Ductor*
Maxime Francorum. Quis enim se comparet alter?
 Quemvé Duce[m] potius Rex tanto opponeret hosti?
 Illius expulso nuper genitore triumphum
 Egisti: pulso veniet par gloria nato.

Est illud vestro Generi fatale, tuæque
 Virtutis proprium, magnos compescere fastus
 Burgundæ gentis: quæ nunc sociata Britannis
 Rege novo exultans, nostris in sinibus agros
 Præsidii vacuos populatur, & oppida capit.

Ut conjux peregrè redeuntem casta maritum,
 Ipsa domi longo cum tempore sola fuisset,
 Excipit amplexu tenero: volvuntur obortæ
 Lætitiæ lachrymæ perque illius ora genasque:
 Haud minus adventu Rex ipse *Erricum*, & omnis
 Visa domus gauderet tuo: per rura, per urbes
 Festa celebrantur plenis convivia mensis.

Ut Sol exoriens concussas grandine silvas,
 Depressos & humi flores, languentiaque arva
 Erigit, & cœlum radijs terrasque serenat:
 Sic perculsa gravi tu vulnere pectora plebis
 Nobiliumque animos reficis, speque arduus imple.
 Et modò noster Eques sævo concisus ab hoste,
 Te *Reclere*, diu non se fore sperat inultum,
 Et spolia Hispanos ereptaque signa reposcit.

Hæc hominum de te spes vulgò est: irrita ne sit
 Illa, vide. Per multa potes numerare trophæa
 Hostibus à domitis, multos numerare triumphos:
 Quos tamen una dies, unusque evertere casus
 Et fortuna potest: laudemque abolere priorem.

Annibal & Pompeius item duo lumina gentis
 Quisque suæ, multas bello retulere coronas,
 Collatis ausi toties decernere signis:
 Victus uterque, fuit documento, quàm nihil usquam
 Perpetuum solet in terris fixumque manere:
 Humanis quàm nulla subest constantia rebus.
 Quid, domitorum Asiae *Cyrum*, non una subegit
 Fœmina, & abscissum caput illi sanguine merfit?

Nam cur ipse tuos exempla domestica ponam
 Ante oculos? Cur Parthenopes tentata beata
 Regna tuis atavis, infausto Marte, per annos
 Centum continuos, *Errici* post quoque Regis
 Auspiciis, ductuque tuo? Fuit exitus idem
 Penetibi: nisi quòd servatus cum Duce miles
 Incolumis salvusque domum patriamque revertit.
 Hoc *Ducis egregii prudentia* fecit, ut illos
 Quos adeò servare salus nec si velit ipsa,
 Posse videbatur, cunctos servaret ad unum.
 Parva manus, sed enim gravibus defuncta periculis
 Sæpius, & multos quondam perpeffa labores.
 Nec tibi prætermissa tui pars muneris ulla,
 Tantùm displicuisse Deo mihi causa videtur:
 Aut nimia hæc totum jam penè Vagata per orbem
 Ambitio, aut cives aliquid peccavimus ipsi.

Si gaudet rerum vicibus Fortuna, diuque
 Stare loco nescit, si nos huc versat & illuc,
 Arbitrioque suo spoliat, vel honoribus auget:
 Idque aliis belli Ducibus si contigit ante

Innume-

Innumeris, tibi si contingere posse putabis,
 Noli præcritis nimium: confidere factis,
 Neve feras cælo caput altius; aut tumidum cor;
 Neu' metue eventus dubios, tristemque futuri
 Temporis invidiam; levis aut opprobria vulgi:
 Sed quæcunq; dabit finem Deus accipe grato
 Præsentique animo: Causas mortalibus esse
 Ignotas voluit; tua sit modò culpa, caveto.
 Quid si nec populo, quæ tot victoria votis
 Expetitur, Regi nec sæpe sit utilis ipsi?
 Implevit variis Asiæ victoria Romam
 Deliciis, & quam non Punica bella tot annos
 Continuata prius, non Regis & arma Philippi
 Contuderant, peregrina severam perdidit urbem
 Luxuria, hinc cædes, & publica furta, rapinæ;
 Direptæque urbes, sociorum, & dira cupido
 Regnandi in patria, civilia denique bella:
 Insubrum captò duce nuper, & ubere campò
 Felicis nimium populi, scædeque peremptis
 Helvætiis Francisco ausis concurrere Regi;
 Plus damnique malique accepit Gallia, captò
 Quàm post Rege suo Ticini ad fluminis undas:
 Itipèrium Francorum & gloria nominis aucta est:
 Sed mores abire boni: Vix octò Loisi
 Regis ab interitu numeramus lustra fuisse
 Dicas mille, Viris tantum distamus ab illis;
 Prima quibus tum cura fuit servare paternum
 Prædiolum, servare lætè vigilanter avitum:
 Tum desiderii fines adhibere; modumque
 Sumptibus, & proprio contentis; jam nihil ultra
 Appetere; & nullas vicino intendere lites:
 Castra sequi & pulchràm bello sibi haurere lætè:
 Rarò in conspectum Regis procerumque venire.
 Scire nec obsequiis animos captare potentum.
 Nec blandò sermone mereri præmia Regum:
 Scire famem perferre; sitimque & frigus, & æstum:
 Scire equitem mediò peditemq; laceessere campo.
 Horum de numero procedat si quis in Aulam;
 Horrìdus, & sudore fluens, & pulvere plenus;
 Quos istis auro fulgentibus & bene lautis;
 Commoveat risus: ut præter sibila secum
 Nil prorsus referat. Quid nos victore putamus
 Aequius imperium aut melius sub Rege futurum?
 Pauci adeò Reges fortunam ferre secundam
 Aequa mente sciunt: & jam securus ab hoste
 In sua Rex strictum convertit viscera ferrum:
 Sæpe vel incautos conficta calumnia Reges
 Auribus apprehendit, turpive inscitia rerum;
 Arguitur sceleris, villam qui fortè propinquam
 Hic habet, & videt usque sui quam Regis amicus:
 Ornantur testes, miseroque redempta parantur
 Judicia, ò saltè redimat se Castoris instat
 Castoreo, & salva jactet patrimonìa vita:
 Sed vivis ferum dominis aliena tenere
 Nec tutò se posse putant: Ea nos bona stulti
 Ducimus, exitio multis quæ sæpe fuere.
 Mille cadunt populis ducibusq; incommoda vicis:
 Multò plura cadunt etiam vicioribus ipsis:
 Interitusque ferunt animorum & corporis unã.
 Corrumpunt hominum felicia tempora mentes
 Avèruntque Deo sensus; nec tollere cælo
 Ora sinant. Quis enim lætis cælestia rebus
 Cogitat; advertis, quam sit miseranda monemur
 Conditio nostræ, quam vilis & infima, vitæ:
 Tunc opis humanæ dejecti præsidio, spem
 Vertimus ad Superos trepidi; veniamque precamur

Mutamus mores, ea nos via lenis in altum
 Ducit, ubi sedes animis æterna beatis.
 Miramur si quando præces non auribus æquis
 Accipit, aut hominum reddit contraria votis
 Sæpe Deus: durumque inclementemque vocamus.
 Ut pater infanti puero si dira venena,
 Sive micans ferrum, aut aliud quid fortè petenti
 Mortiferum, tamen ille negat: tibi durus & asper;
 Non patrio indulgens potius videatur amori?
 Ergo tu referre putas nihil, hostibus utrum;
 An gesti nobis accedat gloria belli?
 Non ego. Sed primum jubeo nos querere pacem!
 Si pax nulla datur; nec conditionibus æquis,
 Contestare Deos invitum accingier armis:
 Auxilioque voca: non illi tempore longo
 Numina passuri sua sunt contempta jacere.
 Si necdum melior belli fortuna sequetur:
 Rursus & averi placanda est Numinis ira.
 Nec pecudum fibris; sed pura mente litandum est;
 Syncerisque animis: Cum sit *Deus optimus ipse*
Non amat ille præces, non impia vota malorum.
 Tu plenus stupri, plenusque libidinis intus;
 Et furax, & avarus, & ambitiosus honorum,
 Impetrare putas aliquid te posse, priusquam
 Ablueris sacra vivi te fluminis unda:
 Quem foribus templi sapiens arcere sacerdos
 Debuit; atque reos inter plorare jubere.
 Tu prima si luce genu curvaveris aras
 Ante Deum, tibi deinde putas extrema licere
 Omnia: *rideri non vult Deus, & videt intus*
Quid rectum vel fronte geras, vel pectore clausum
Et pietas odit lacrymas, simulatque verba.
 Jactabat Legis studium Pharisæus, & ore
 Decantata suo Mosis mandata ferebat,
 Displicuit Domino: Manceps, quia turpia coram
 Læcra fatebatur; venia donatus abivit.
 Nos etiam adversæ nuper cum nuntia pugna
 Fama repens nostras inopinæque venit ad aures;
 Consternati animis; quibus arma virique deessent:
 Cumque putaretur portæ jam proximus hostis,
 Ad delubra Deum confugimus, & prece multa
 Suppliciter pacem veniamque poposcimus illos:
 Continuit se quisque dies vix quatuor, hostis
 Cum subito regredi, vel non procedere, fertur.
 Illicet excussa formidine protinus omnes
 Advomitum redeunt, & vitæ probra prioris.
 Ut pueri lusum repetunt, abeunte Magistro.
 Nunc peccant homines pejora prioribus illis;
 Nec dilata putant, sed tempus in omne remissa
 Supplicia: elusisque Deis impunè jocantur.
 Hostis abit. Qui scis an vere ineunte redibit
 Fortior & melior? nobis sunt omnia victis
 Inferiora. Ducis Roma Latioque remissi
 Non ferat aspectum Germanus miles: & ora
 Vertet ob os illius. Ea ipse ducitur omnis
 Gallia: nec quisquam est alius, quo fidere tantum;
 Quo ve magis ductore animos at tollere possit.
 Verum multa cadunt inter duo tempora, multa hoc
 Ne duce pugnetur possunt existerè causa,
 Aut quisquam Superum fatis iræque resistat?
 Mutemus mores igitur, veniamque precemur;
 Imprimisque Deos & totamente colamus;
 Et totis animis: exin nos inter amemus;
 Sit bene facta velut multorum gratia fratrum:
 Nec minor alterius quam nostræ cura salutis:
 Quæ si fixa animo penitus mandata geremus;

Mortes, exilia, atque fugas, & damna bonorum,
Quæque solent alia adversis accedere rebus,
Haud magni faciemus erunt neque tristia nobis
Aspera, nec vel amara nimis, vel dura ferendo.

Scilicet extinctos merces uberrima cælo,
Et promissa manent æternæ præmia vitæ.
DE CALETI ET GUINÆ, OPPIDORUM
proximo hoc bello captorum,
expugnatione, Carmen longè
doctissimum.

SIC mutat Fortuna vices, & ludit atrocem
More suo ludum, nunc his, nunc æquior illis.
Nos ad eò fusi, & magno certamine victi
Nuper ab Hispanis, fortes modò vicimus Anglos:
Ereptas Patribus tandemque recepimus urbes:
Oceano in medio jussis regnare Britannis.
Illi cum lacrymis terra cessere retenta,
Possessaque suis Atavis jam tempore longo,
Namque erat in fati rediturum haud antè Caletum
Ad veteres Dominos, quam se Regina marito
Traderet externo, veterumque propagine Regum
Posthàbita, novus hic succederet advena regnis.
Ipse, Valefina venturum è stirpe nepotem,
Merlinus yates multò prædixerat antè.
Sanguinis ultorem nostris, cladisque futurum
Cresciacæ, cecidit qua Francica penè juvenus
Omnis, & extinctæ sunt longa in tempora vires.
Non magis ille suis (quanquam verissimus auctor)
Creditus est, Trojæ Priami quam filia Regis.
Quinetiam tantum his animi victoria duplex
Addiderat, tantus nostri contemptus, ut arcis
In foribus luminis legeretur marmore duro
Incisum Carmen (valet id sermone Latino)

TUM DEMUM FRANCUS PREMET
OBSIDIONE CALETUM,
CUM FERRUM PLUMBUMVE NATA-
BIT SUBERIS INSTAR.

Barbara vox, supraque hominum fiducia morem.
Sed neque tot circumductæ, fusæque paludes,
Totque objecta vias passim castella per omnes
Præfidiis incesla Virum, potuere morari
Nostrorum turmas equitum, peditumque cohortes,
Ipse feros secum diversis partibus orbis
Adductos rapiens comites, sublimis in alto
Lotareus equo, prius est conspectus ad urbem
Designare locum castris, & cingere vallo,
Quam miseri cives illum potuisse putarent
Angustos aditus, arctosque evadere calles.

Hic labor exoriturque novus, majorque priore.
Murus erat latere è cocto firmissimus, alta
Incinctus fossa, verum post aggere nullo
Subnixus, lapidis jactu vix æquore distans.
In medio littus, Nerei quod proluit unda,
Bisque die resluo terris illabitur æstu.
Tum me ludentem nemo, conchasve legentem
Viderit, ac siccam postquam mare liquit arenam
Discedens, pedibus tamen hic constititur ægre.
Nec patiens onerum locus est: & sæpius altè
Subsident, injectoque fatiscit pondere tellus.
Hac regione, levi subjectis eratibus alno,
Exponenda fuit tamen omnis machina belli,
Ingens præterea, suspectuque ardua turris
Missilibus portumque globis, littusque premebat.
Omnia quæ tam multa ferox incommoda noster
Miles, & unius vicit Ducis incluta virtus.
Expugnata prius turris: mox Regia muro

Juncta domus, primos aditus patefecit in urbem.
Armatis data pax, & inermibus: urbe relicta
Illæsi cives aliò concedere jussi.

At in *Guina* ferox, Domini clementis & æquæ
Audires potius leges, & mollia jussa,
Quàm Rex experiare, manu quid possit & armis.
Non tua nunc everfa, soloque æquata jacerent
Mœnia: non domibus lapsis inducat aratrum
Agricola, inque novo sementem præparet arvo.

Quis furor, aut quænam rabies hæc, strage *Viro-*
Non contenta, simul nisi totas hauriat urbes, (rum
Integraque addictis cum civibus oppida sacret
Diis Erebi? Nuper Teruenam vidimus urbem
In Morinis, Edinique superbam vidimus arcem.
Vix in utrisque locis hodie vestigia parent
Tectorum, quæ sint fortassis in hoste ferenda.
Id verò, manibus propriis sua mœnia cives
Dejicere, incensasque faces supponere tectis,
Parcere nec Patria, victor cui parceret hostis,
Quale fuisse putas, hominum magis, annè ferarum?
Sed nostris Ducibus præclaro munere Divum
Intentata prius cælo victoria venit.

Cum mare, cum glacialis hyems, & cum vetus urbis
Gloria, cumque recens adversæ infamia pugna,
Et nimium Fortuna diu contraria, possent
Talibus, audaces quamvis, abducere cœptis:
Mens *Errice* tamen semper tibi constitit una:
Te solum referunt animos firmasse tuorum.
Scilicet ut Regum cœlesti Numine mentes
Impellique, trahique, Deis quocumque videtur,
Et quò mortales nequeunt pertingere sensus,
Addiscant homines, mirari cur ita fiant
Plurima, factorumque abstant quærere causas.

Ac Deusis, quicumque tibi fuit istius author
Consilii, monstravit iter, Ducibusque præivit
Idem *Errice* tuis, donec res ordine gesta est.
Idem, multorum cum posceret æra dierum
Miles inops, & signa sequi se posse negaret,
Exhausto penitus belli per tempora fisco:
Hunc animum in Patriam dedit hanc tibi *Carole* mentem,
Ut Tu vas, sponsorque rei communis, in urbe
Parisiæ, biduo omne bonis à civibus aurum
Acciperes: quæ mox divisa pecunia fratri
Morigeros comites, & ad omnia jussa paratos
Reddidit. His opibus passis cessere Britanni
Littoribus nostris maria ultra cæcula Ponti.

Quas ergo tot opumque, Deo, tantæque datoris
Lætitia, nobis fas est persolvere grates?
An delecta boum, pecudum vel corpora centum
Illius ante pias grati mactabimus aras?
An lætum Præana canemus, Ioque triumphæ?
Quodque solet dici victorum carmen honori?
Usurpata malis cultoribus ista Deorum.
Nos hanc gloriolam potius, laudemque sinamus
Invictis, fortique Deo: turgentia Regum
Colla superborum qui proterit, & pede calcat:
Subjectos, humilesque ipsique accepta ferentis!
Omnia, tollit humo supera ad convexa polorum,
Qui nos successu nimio, rebusque secundis
Inflatos, ideò castigat more paterno
Casibus exercens variis, ne nostra putemus
Quæ nos ille frui securamente sinebat:
Ut rerum & columen nostrarum, spemque salutis
Privati, Regesque, Deo ponamus in uno.
Nec fracti nimium, dura cum sorte gravamur:
Nec rursus elati, veniunt cum prospera nobis,

IN REDITUM FRANCISCI LOTARENI,

Guiforum Ducis.

ITE coronati, festinoque agmine Cives:
 Ite, novis quam mos Regibus ire viam.
 Ite Magistratus cum fascibus, ite Ministri
 Sacrorum: ite minor turba, Senator, Eques.
 Omne forum sileat: clausa sint urbe tabernæ
 Artificum: locus hoc nullus honore vacet,
 En vobis erit ad primum, lapidemve secundum,
 Obvius in niveo *Dux Guifanus* equo:
 Victor ab indomitis qui nunc redit usque Britannis
 Quæ maris angusto cogitur unda freto.
 Multos ille armis populos, multa oppida cepit:
 Gallorum fines protulit Oceano.
 Quis Guinam potuisse capi, potuisse Caletum
 Credat, ut adversus stet genus omne Virum?
 Ipsa suis opibus fidens, & Rege marito,
 Hoc longè veniens speraverat ante malum:
 Arguerat vanique suos Regina timoris:
 Nulla sed invitis sat loca tuta Deis.
 Aspice, nec gemmis volitat, nec splendidus auro;
 Captivos hominum nec trahit ille greges.
 Et tantis spoliis, prædæque ingentis acervo,
 Nil tulit, hunc albo corpore præter equum.
 Hunc tamen, ut quoties gradietur, nobilis hujus
 In patriam toties memor officij.
 Cætera pro meritis socios divisit in omnes,
 contentus laudis præmia ferre domum.
 Ergo prætereunte Virò, bona dicite verba,
 Et manibus plausum congeminate pijs:
 Atque Deos orate, sinant *hunc*: Principe nostro
 Incolumi, longos ut superesse dies.
 Hoc ego nec flavos metuum Rectore Britannos;
 Nec Batava gentis Vangionumque minas.
 Sperem etiam magni superato flumine Rheni,
 Lilia Pannonico fixa videre solo.
 Talibus inceptis moliri, *Errice*, decebat
 Regna tibi fati debita, spemque nurus:
 Imperiumque tuum media regione subacta,
 Extremis hominum continuare Scotis.

IN REDITUM EJUSDEM DUCIS

Joachimus Bellaius.

Ut Quondam in patriam retulit cum signa Camillus,
 Spectandum niveis se dedit altus equis:
Guifus è domitis nuper sic ipse Britannis
 Signa refert, niveo sic quoque vectus equo.
 Equo præda Duci prædæ melioris avaro
 Albus cessit equus: cætera miles habet.
 Hæc ille ex capto retulit spolia ampla *Caleto*,
 Hanc prædam victo victor ab hoste tulit.
 At non parva tulit virtutis præmia, victor
 Hostis qui rediit, victor & ipse sui.
 Multorum præda est, miles quam quisque reportat.
 Unius est magni præda sed ista Ducis.

AD CLARISSIMUM VIRUM

M. Hospitalem, Hel.

Andreas.

Sint emissa licet suppresso nomine Patris,
 Continuo agnovit pignora quisque tua,
 Incessu gravitas, procerò in corpore candor,
 Cumque sale ardua mens, ingeniumque pium.
 Dotibus est amplus, clarusque Philoxenus istis:
 Talis Musa recens edita clam, ergo tua,

Tom. III

DE THEAVILLA CAPTA, MICH.

Hospit. Carmen.

UT gravis & senio confectus miles ad arma
 Cum Patriæ res poscet, inutilis ipse, vocabit
 Florenteis alios quantum contendere nixu
 Et laterum & vocis poterit, seseque paratum
 Ostendet ferro Patriam defendere & armis,
 Amissæ quondam superent in corpore vires:
 Sic ego, cui tenuis puero, vel nulla facultas
 Antè fuit, nullus scribendi carminis ulus,
 Et si quid fuerat, veniens tamen abstulit ætas,
 Hortari assidue nostros haud desino vates,
 Argumenta sibi præclaris sumere digna
 Quemlibet ingenii, Patriamque ornare, Virosque,
 Sive pares illis, seu non virtute minores,
 Quos aut Virgilius, quos aut cantavit Homerus,
 Ni Danaos ea major erit laus, mille profectos
 Navibus à patria, decimo vix segniter anno
 Unam Asia cepisse dolis & fraudibus urbem:
 Aut magnum Æneam Rutulos superasse colonos
 Fretum opibusque suis, socialique agmine fretum
 Arcadis Euandri, tria quam fortissima bello
 Oppida ter denis (summum) expugnasse diebus.
 Nec verò Phrygio conflatum milite molli
 Præsidium intus erat. Sed defensore Britanno
Guinæ tenebatur, cellisque arx *Caleti*.
 Hic quoque plus operis, *Theavillam* namque
 paludes

Undique cingebant, gelidique profunda Mosellæ
 Flumina, delectumque ex omni milite robur,
 Præstantesque Viros incluserat urbe Philippus:
 Quam Metis fabricas & ahenea multo parari
 Audisset tormenta, pilasque ex ære, simulque
 Ingentem valde numerum mixti sale nitro
 Sulphuris, hæc secum haud frustra provisa putabat.
 Hisque velut claustris sperabat, & obice tali
 Nostra moraturum se, jam gradientia campo
 Agmina: dum vocat ipse suos male parcos eunteis
 Tardius, & segnes cogit sub signa maniplos.
 Obsessi interea media plus parte suorum
 Amissa, cum murum hostis turremque teneret,
 Nostrorum (superest via quando hæc una salutis)
 permiserunt Ducum fidei res, arma, Virosque,
 Omnia, quæ illorum præcibus concessa benignis,
 Et Medici morbos curareque vulnera jussi,
 Pertulerant toto civis quæ plurima bello:
 Adjuti que inopes & equis & navibus, utrum
 Carpere iter mallet: tum si quis in urbe manere
 Vellet & in Patria, non ægre facta potestas.
 Hæc demum *insignis pietas, ex regia virtus*,
Ut bello premere armatos, sic parcere victis.
 Nec tam se fortes animi generosaque monstrans
 Pectora, dum vertunt imis a sedibus urbes
 Complent cæde vias: nec tantum laudis ab illa,
 Strage domum referent: quam cum miserabile vulgus
 Illæsum servant, illibatamque pudorem
 Virginibus, trahit hæc quamvis aliena stupentum
 Corda Virum, & sævos clementia mitigat hostes,
 Ipsis sæpe suum facinus victoribus, ipsis
 Displicet hoc iterum quam nolint vincere pacto:
 Aut quis Marcelli, quis non audit inanes
 Corneli gemitus, admistaque gaudia luctu:
 Dum duo diversis regionibus oppida vertunt
 Maxima, nec cohibere valent jam militis iras,
 Quin ruat, & rapidis permisceat omnia flammis?

Ipse

ple ferus quamvis sedique *assuetus Achilles*
Vix, puto, vix teneat lacrymas, si versa videret
Pergama, si pulchris subiecta incendia tectis,
Ante Virum matres, & matrum ante ora puellas
Prostitui, capita illidi puerilia muris,
Sinullo etatis, nullo discrimine sexus
Per vicos passim projecta cadaver aernat,
 Et capta si quid gravius tum contigit urbi.

Nos unum & commune quibus nomen dedit una
 Religio, ritusque pares, moreinque sacrorum
 Quanquam divisis caelo, terraq; marique,
 Quanquam sub Regum positis ditone duorum,
 Nos tanquam fratres uno genitore creati.
 Complures, nos unius quasi corporis artus,
 Indorum vel more Scytharum bella geramus?
 Qui neque dicuntur pueris, senibusve caducis
 Parcere, nec tenera quamvis etate puellis.
 Ipsa (nefas dictu) captorum viscera torrent
 Ignibus, & diris epulanda apponere mensis
 Haud dubitant. Quin haec potius crudelia, Fratres,
 Bella relinquamus, nostris contraria votis,
 Bella adversa Deo, qua si quandoque coacti
 Suscipimus, bellum nobis cum fratribus esse
 In mentem veniat, quibus aequum, lege, paremque
 Ac nobis, ipsi praestare jubemur amorem.

Haec animo reputans, nec pacem poscere Duces
 Turpe: nec oranti pacem concedere turpe.
 Ergo nec Patria, nec Regis nomine quicquam
 Indignum fecit, pueri qui nuper eunti
 Traditus ad matrem ductor custosque fidelis,
 Conventu in medio sermonem iniecit honestum
 Aeterna de pace prior: nec protinus hosti
 Plus aliquid iusto tribuit, fassusve timorem est.
 Nempe aliud potius quid poscat & optet, ab illo
 Rege suo veniens aliis qui Regibus anteit
 Omnibus, & pietatis habet cognomen in illis
 Praecipua, quae vox potuit magis ulla decere
 Pontificem? Nimis ille ferox avidusque fuisse
 Sanguinis humani legatus ab urbe videtur
 Ad Poenas Fabius, qui cum mandata Senatus
 Effari iussus Tyriis praesentibus esset,
 Facto e veste sinu, bellum hic pacemque tenemus:
 Sumite de medio vobis utrumlibet, inquit:
 Tu, vero acclamant, utrum places elige. Bellum
 Effuso simul ille sinu se tradere, dixit.
 Mallem equidem pacem, non tot post nominis Afri
 Italicique malo periissent millia letho.

Attamen est nostri sermo rejectus ab hoste
 Pacificatoris. Quid non ignavus arma,
 Cepimus, ejeti spe pacis, an acrius, ipsos
 Auxilio nobis sperantes affore Divos?
 Semper enim *Superi Reges odere Superbos.*
Supplicibus parcunt, pacemq; peitibus ultro:
 Quid? qui praesidiu capta dimisit ab urbe,
 Emisit cives cum matribus atque puellis
 Salvos incolumesque, fidem servavit, & omne
 Praestitit officium charis quod luevit amitis,
 Non tibi major erit, quam si jugulasset inermes
 Armatosque simul, venum aut captiva dedisset
 Corpora, & in cinerem vertisset tecta domosque?

Quare magnificis, fratrum celebrandus uterq;
 Laudibus, ille quidem mihi semper & omnibus horis
 Huic servatori Patriae, finesque regenti
 Francorum veteres, vos o quibus aurea pleno
 Egregii vates fundit se copia cornu,
 Concinite aeternos meritis pro talibus hymnos
 Nec Tu Rex *Henrice*, tenax & parcus honorum

Erga illum fueris, tibi qui diversa trophaea
 Hostibus a victis statuit duo maxima, paucis
 Mensibus. Hic *Te Rege* fuit dignissimus uno:
 Hunc fortuna Ducem meruit tua: respice quantum
 Terrarum ditone tenes, quas finibus urbes
 Ille tuis, qui rura vel agros addidit: omnis
 Oceanus tibi servit, & omnis ripa Mosella:
 Proxima Treveris, Germanique hospita Rheni.
 Hoc Duce, praeterito recreati corda timore
 Incipimus sperare etiam, nos posse recentem
 Aspersam maculam Quintino abstergere bello,
Dij Te longævum nobis Henrice, Ducemq;
Hunc tibi longævum servant: ut & ipse requiras
 Extinctum nunquam, te nec desideret ille.

JOAN. AURATI REGII GRÆCARUM
 literarum Professoris, Poemata.

IN GUIII DUCIS REDITIONE
 ex Italia.

Solvant Camœna triste silentium;
 Solvant: & acri *Guisfadeni* lyra
 Cantent, remoto jam Britanno
 Mœnibus a patrijs tumultu:
 Nuper secundus dum terere Annibal
 Factus superbos tenderet Alpium;
 Auli feroces tum Britanni
 Gallica sunt penetrare rura
 Orbata tanto praeside, tot virum
 Cum caesa caede millia, proh nefas!
 Tot vincita Ductorum pudendis
 Brachia nobilium catenis.
 Jam gloriari quidlibet insolens
 Jactabat Anglus, celsa Lutetia:
 Se templa fundo diruturum
 Sacrilegis spoliata dextris:
 Sed *Guisfani* fama ferociam
 Gentis superbae contudit ocyus:
 Vix ductor auditur redire
Guisfani, & fugitant Britanni:
 Ut forte viso cum tunc Thessalo
 Immanis ausi conscius au fugit
 Agna lupus laxis remissa
 Faucibus horribili que deente:
 Nec mirum, agebat non stinulus Ducem
 In bella simplex: mixtus erat dolor
 Acer pudori, capta signa
 Gallica, se revocatum ab ausis.
 Ut Poenus olim, Scipio cum ureret
 Arces Elisæ, jam Capitolio;
 Cuncto timente jam Senatu;
 Signa domum revocare iussus:

DE CALETUM URBE NUPER

a Gallis Guisio Duce recepta,
 Carmen alterum
 Aurati.

Louuntur inter se

NUNTIUS ET VULGUS
 GALLICUM.

CLamate Galli nunc ter io io.
 Quae læta Gallis instat ovatio?
 N. Capri *Caletes*. V. Multa paucis
 Digna novis memoras triumpho:

N. Vice-

N. Vicere Galli, sed *Duce Guisio*:
 V. Io triumphe, nunc ter io io.
 N. Vicere victores Britannos:
 V. Nunc ter io, ter io triumphe:
 N. Annos ducentos lerva Britannia:
 Urbs liberata est. V. Nunc ter io io:
 N. Migrate jam prisca coloni.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe:
 N. Illinc Philippus pulsus Ibericus:
 V. Pulsus Philippus ante Valesius.
 N. Ut nominum, sic fata rerum.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.
 N. Rex pulsus Anglis ante *Valesius*:
 Rex nunc repellit ecce *Valesius*:
Henricus Anglos. V. Est nepos, est
 Ultus avos: ter io triumphe:
 N. Medi feroces Ecbatana ob sua:
 V. Angli minaces ob sua Risbana:
 N. Sed capta Graecis illa, Gallis
 Viribus haec. V. Ter io triumphe:
 N. Non jam Britannos ardua mœnia
 Servant *Caleti*. V. Nunc ter io io.
 N. Non zstuarij fossa clausi.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe:
 N. Quâ nuper Anglus oppida Gallica
 Trux assiliebât liberius vagans:
 Hæc assilite nunc Gallus Angla:
 V. Nunc ter io, ter io triumphe:
 N. Nunc præda Prædo factus. V. io io:
 N. Victusque victor. V. Nunc ter io io:
 N. Nunc Provocator provocatur:
 V. Nunc ter io, ter io triumphe:
 N. *Henricus* auctor tam subiti boni,
 Qui *Guisium* cum fulminibus suis
 Misit *Caletes* territurum
 Igne suo. V. Ter io triumphe:
 N. Hispanus hostis non semel *hunc Ducem*
 Sensit valentem. V. Tuncne *Valentia* est
 Cum capta? N. Et ad Rantina caltra,
 Atque Mosellica. V. Io triumphe:
 N. Olim puellæ vis Lotharingicæ:
 Pellebat Anglos (mira, sed acta res)
 A Gallia: nunc Gallia Anglos
 Vis iterum Lotharinga pellit.
 V. Fatale quoddam jus Lotharingæ est
 Gallos ab armis asserere Anglicis
 Quondam puellari, virili
 Marte recens: ter io triumphe:
 N. Rex, anne Dux est ipse beator?
 V. Ambo beati, *Rex Duce, Rege Dux*.
 N. Amboque ergo ambo canamus:
 V. N. Nunc ter io, ter io duobus.

AD HENRICUM VALESIIUM

Regem in vicissim.
 DE CALETICA VICTORIA, ALTERNIS

loquuntur duo de plebe

Gallica:

GALLOS I.

Audax Iberus conjugio novo,
 G. II. Dotalis audax imperio Insula;
 G. I. *Henrice* te tentarat ultro:
 G. II. Nunc timet ante tuos *Caletes*.
 G. I. Sic ultro At ridem voce laceffere
 Ausus superba uxoris ille Phryx:
 G. II. Sic mox laceffitum refugit
 Conjugis in gremium recurrentis

TOM. III.

G. I. Jurgavit uxor tunc reducem Parin:
 G. II. Jurgabit uxor nunc reducem Virum:
 G. I. Quod turpiter cessisset ille:
 G. II. Quod modo turpiter iste cessit:
 G. I. Ergo (inquietabat tunc Helene suo)
 Victus redis tu semivir a viro:
 G. II. Ergo redis tu (dicet Angla)
 Victæ Viris vir Iberæ Gallis:
 G. I. At non eras id pollicitus tua:
 G. II. Non, sed subacta jura Lutetia:
 G. I. Et sceptræ regni Gallicani:
 G. II. Pollicitis leve pondus amplis.

DE REGE HENRICO IN EQUO

veredo ad *Caletes* vecto, Duo
 Viatores.

V. I. **Q**uem tam citato fert levis impetû
 Sublimem in auras *Persea* *Pegasus*?
 V. II. *Henricus* est quem fert volantem
 Nunc equus ad domitos *Caletes*.
 V. I. Nunquid refectæ Gorgonis in manu
 Colla, & cruentas exuvias quatit?
 V. II. Non colla, sed raptum *Medusa*
 Ille, quatit spoliū Britannia:
 V. I. Quis junctus illi purpureo volat
 Fulgens galero, & purpurea stola?
 V. II. Non tu sacrum nosciscis galerum
 Mercurii similesque vultus?
 V. I. Num *Perseo* iste *Mercurius* dedit
 Falcatum & ensē, & verba salubria?
 V. II. Quidni? dedit, sed fratris ensē,
 Ipse suos monitus salubres.

DE DUCIS PARMENSIS COPIS;

à Ferrariano Principe nuper fuis
 & fugatis.

DUM *Guisiani* fervet adhuc recens,
 Plausus triumphi, plausus adest novus:
 Ferrarij quem dextra nuper
 Martia Marte tulit secundo.
 Ergo trophæum Dux geminus duplex
 Uno excitavit tempore, de domo
 Una: jugalis namque tæda
 Una duos sociat penates.
 Ferrarianam, Laurea filiam
 Duplex coronet: quam meruit suus
 Illinc Vir, hinc frater, receptis
 Ille *Caletibus*, hic *Iberum*.
 Cæcis virorum tot modo millibus
 In montium radicibus, oppidum
 Ad *Rhegi*: quos infidelis
 Parma Ducis male protegebat,
 Ferrariani ð ferrea dextera:
 Quæ tot cruores sparsis *Ibericos*
 Uno sub ictu: ut lata campos
 Sanguinis obrueret procella.
 Qualis frementi murmure proruit
 Torrens supinis collibus in cavas
 Valles: horrendi propinquæ
 Diluvium trepident coloni.
 Unis beata ð Gallia sat novis
 Esse opimis: sed cumulat Deus
 Præne Prænem, rependens
 Dammalucris tuæ sceneratis,

E 3

Hic

Hic exiabit annus (ut incipit)
Anni prioris dedecus: accipe
O Gallia omen: sed Deum quis
Vestra trophæa Duces ligavit?
Idemne qui vos antè ligaverat,
Connubiorum nexibus aureis,

Nunc ferrei junctos triumphi
Infragili religat catena?
Tam forte quæ vis solvere vinculum
Possit? quis diruere impetus?
Est magna vis affinitatis,
Major erit focij trophæi.

DAVIDIS GEORGII

Holandi Hæresiarchæ Vita & Doctrina, quandiu Basileæ fuit: Tum quid post ejus mortem, cum cadavere, libris, ac reliqua ejus familia actum sit.

PER RECTOREM ET ACADEMIAM
Basiliens. in gratiam Amplissimi Senatûs ejus
urbis conscripta.

Ad Ampliss. Christianaque Professione Clariss.
Coss. & Reip. Basiliens. Senatûm, Dominos nostros
Clementiss.

RECTOR ET ACADEMIA BASILIENSIS.

SI, quod Socrates optasse videtur, Amplissimi Viri, hominum pectora essent aperta, aut ita facta, ut quemadmodum in vitreo globo, si quid inclusum sit, ac si inclusum non esset, ab omnibus cernitur: nullis imposturis, nullis fucis & dolis, ne simplicissimi quidem homines circumveniri possent. Nam, si ita esset, omnes animorum habitus, sive boni, sive mali, tam digni laude, quam vituperatione, statim abs quovis perspicerentur. Atque in hunc modum neque improbis laudes præmiaque bonorum; neque bonis ignominia, pœnæque malorum; quod sæpenumero etiam ab æquissimis judicibus accidit, statuerentur. Verum, secus humani generis auctori atque parenti Sapientissimo visum est, ut in hominibus prudentia, quæ longo usu rerum malarum ac bonarum, conjecturisque colligitur, locum haberet: & hoc uni sibi reservaret: videlicet, intimos mortalium sensus pervidendi, atque, ut Vates loquitur, *Corda renesq; scrutandi: hominibus autè inter se, pravum, ut idem Vates ait, & inscrutabile cor hominis esset.* Quod aut in hac vita interdum & bonis malè, & malis bene fit, id altissimo Dei Sapientissimi consilio fit: ut ipsum metuamus, ab ipsoque, non à nostra prudentia pendeamus: qui hæc omnia temperat, & ab hominum insidiis, si ei ita videatur, tueri, eruereque potest solus: utque cogiteremus futurum aliquando judicium, in quo omnia aperta forent, omnibusque merces factis condignè tribuenda sit: ita ut bonis bene, & malis malè, cum illi ad beatam vitam, hi ad sempiternas miseras; Jesu Christo, cui Pater omne judicium dedit, sedente, transferentur. Quamobrem prudentissimè à Vobis factum est, Magnificentiss. Domini, quin placere Vobis significastis, ut Davidis Georgii mores, vitam, mortem, & quæ post ejus mortem acta sunt, colligeremus: ut quando hominum pectora, quod

Socratem optasse diximus, fenestratam non sunt, hujusmodi exemplis mortalium animi ipsi fierent perspicaciores, attentiusque advigilarent, ne mala pro bonis: & contra pro malis bona, specie aliqua falsè deceptique probarent, & agnoscerent. Votis Vestris annuimus, Amplissimi Viri, & quod Vestrae pietati placere intelleximus; dedimus operam, quantum in nobis fuit, ut perficeretur. Itaque, ab adventu ejus hominis in hanc urbem, usque ad hujus tragediæ exitum, quicquid potuimus, utileque putavimus, brevissima narratione complexi sumus. Vos autem, Vestra divina Sapientia judicabit; an omnia ex Vestra sententia, perspicacique judicis executi simus. Voluimus quidem, sed quantum præstitimus, Vestrum erit judicare.

DAVIDIS GEORGII HISTORIA.

DAVID GEORGIUS, qui se postea JOANNEM & BRUCKVO-
luit appellari, Delphis, quod est Cata-
norum oppidum in Hollantia, natus esse fertur. Is cum quadragesimum ferè ætatis suæ annum in Germania illa inferiore, sectæ suæ annos aliquot Princeps egisset, anno Christi M. D. XLIV. Calend. Aprilis Basileam cum aliquot comitibus venit. Ibi de toto Civitatis statu edoctus, (sciscitatus enim à quibusdam diligenter erat) singulisque perspectis, laudare summopere & commendare cœpit: suas calamitates prædicare: se patrijs sedibus Evangelii causa profugum esse: nusquam tutum locum invenire: cupere se Basileam quasi in tutissimo portu, familiam suam satis copiosam, omnesque fortunas collocare. Quibus verbis cum sibi jam aliquorum animos conciliasset, tum ad Senatûm supples accessit, petivitque,

ut **CHRISTI JESU** atque ejus *Evangelij causa*, in Civitatem reciperetur. Quod si facerent, scirent, **DEUM** hujus hospitalitatis rationem habiturum: se præterea paratos fore pro Civitatis Reique publica salute & commodis non modo fortunas, verum etiam vitam ipsam impendere. Hac oratione miserabili, atque ut videbatur, æquissima, pius & ad hospitalitatem propensus Senatus, commotus, respondit: *se bonis, honestis, & piis Viris, qui sinceræ religionis causa ad se venirent, nolle Civitatem suam denegare. Itaque facere ipsis potestatem, quando eunq, eis videretur, Basileam commigrandi, suosque adducendi.* Quid enim faceret? Erat homini dignitas quædam, & species liberalis, qualis esse probis viris solet: corpus quadratum, barba flava, oculi glauci & micantes sermo, gravis & sedatus: totius corporis, motus, status, incessus decens, & ad omnem (ut videbatur) probitatem compositus. Accedebat ejus & comitum ornatus, quodam cum splendore moderatus. In Summa, magnum aliquem & honestum Virum apertum, & candidum diceres: tam apposite omnia inter se consentiebant: causa, persona, sermo: animus ipse alto in recessu latebat: ante acta vita ignorabatur: patria procul erat: quæ narrabat, verisimilia esse apparebant, præsertim cum quæ sibi accidisse dicebat, eadem multis aliis bonis & notis Viris, quotidie accidere, constaret. Senatus igitur & civium optimorum voluntate perspecta, ejusdem anni VIII. Calend. Sept. adest *Joannes à Bruck* (sic enim diximus se tunc appellari voluisse, qui in secta *David Georgii* diceretur) cum satis numerosa familia, uxore, liberis, clientibus, & servis, reliquoque comitatu: sacramento de more obstricti, in Civitatem recipiuntur: quo facto, domicilium in urbe, extra urbem arcem & prædia quædam optima coemere: connubia contrahere: amicos humanitate, affabilitate, aliisque rebus sibi comparare: Magistratum colere: in civium consuetudinem qua possent, sese insinuare, nihil non facere, quò boni & religiosi Viri viderentur. Nam quamdiu quidem ipse Basileæ vixit, ita se cum suis, omnium oculis auribusq; civium probare conatus est, religionis ritus servando & obeundo, egenis benefaciendo, ægros consolando, calamitosos sublevando, reliquaque hujusmodi officia præstando; ut nemo de eis sinistra quicquam suspicari posse videretur. His igitur artibus, facile fuit homini callido & vafro, atque in omnem partem intentissimo multorum animos sibi conciliare; efficereque ut talis actantus à plerisque crederetur, qualis & quantus videri volebat, atque à suis habebatur. Hanc falsam de eo opinionem multum & sustentabant & augebant, magnus auri numerus, & pretiosæ res; quas secum advexerat, quotidieque ex inferiore Germania apportabantur: præterea regalis prope apparatus & splendor, & rei familiaris magnifica quidem illa, sed composita & tranquilla administratio. Sic namque erant singulis officia in tam ampla familia distributa operaque, ut singuli quid sibi agendum esset, scirent: nec quisquam ultra vires, & præter voluntatē ad aliquid obeundum faciendumque cogebatur. Dū ita viverent, remque suam communem administrarent, quò magis magisque sectam suam perniciosissimam celarent, actegerent, tria sibi perpetuò servanda proposuere: *primum* ne *Davidis Georgii* nomen quisquam proderet in vulgus: *deinde*, cujus nam

in patria conditionis extitisset: hinc factum est, ut alii cum quempiam claro genere Virum existimarent: alii magnum aliquem mercatorem, qui terra marique per quosdam suos procuratores negotiaretur: ex quo ei tantæ opes provenirent: alia de eo opinarentur: cum nihil certi vel ab ipso, vel à suis familiaribus & domesticis sciri cognoscique posset. *Postremo*, illud summopere caverent, ne dogma suum apud quemquam Basiliensem, sed ne Helvetium quidem ullum, effutirent, aut ad sectam suam pellicere tentarent. In quò nobis videtur *Vir ille Martes Mustela* se imitatus, quas ferunt, *eorum parcere gallinis, quorum utantur hospitio*: hanc nimirum gratiam suis hospitibus referentes; nisi potius ea de causa abstinent, quò tutius habitent, habentque latibula, ad quæ sese cum aliis nocuerint; recipient. Sic ille suam sectam in Germania inferiore aliisque longè remotis locis, literis, libris, & nunciis fovere atque augere non cessabat: Helvetios non tentabat, nisi fecisset, aliqua ratione proderetur. Nam cum annos circiter undecim hic in summo vixerit ocio, nec unus quidem inventus est, illius implicitus secta, aut ullo ejus errore imbutus: tam alto omnia sua silentio potuit occultare. Verum qui alienorum judicia tantopere vitare studuit, domesticorum subterfugere non potuit. Nam fuerunt inter ejus familiares & affines qui de ipsius doctrina & secta ambigere cœperunt. Quod cum ad Aures ejus pervenisset, unum ex eis, quem Antesignanum semper existimaverat, cuique ob fidem singularem, aliaque dotes, multum tribuebat accersit, quem ubi in conspectum ejus venisset, non sine stomacho rogat: *quid illi in mentem venerit, ut de re compertissima incipiat dubitare? Annon persuasum habeat, se verum illum esse Davidem à Deo missum, ut extremis hisce temporibus regnum Israelis restitueret, Iacobique tabernaculum instauraret?* atque in hanc sententiam alia, quæ longum esset recensere. Hic ille, ut est Vir eloquens & animosus, nihil jam celare, sed mentē suam aperire, aperteque fateri, *Israelitici regni restitutionem, atque alia quæ Vates de Davide & Christo prædixere, omnia per JESUM CHRISTUM esse perfecta: se alium nullum Messiam Christum de agnoscere, sive is David, sive alio quovis nomine vocetur.* Hoc ille tam aperto responso commotus, hominem indignabundus dimittit, diraminatus, ni ab illa perversa opinione discederet. Id cum quidam ex propinquis viderent, veriti, ne res in deterius abiret, à Domino impetrarunt, ut rursus ille ad amicum congressum admitteretur. Conveniunt igitur in certum locum, ubi habebant amoenissimum secessum, ibi de *Davidis Georgii doctrina & libris* aliquandiu est disputatum, præsertim super opere quodam magno, *Mirabilis opus* appellatur, in quo capita ferè omnia perversissimi dogmatis continentur. Verum diu altercando nihil plus effectū est, quam ut ille diceret tandem *si qua eo volumine complexus sit, quæ difficiliora atque altiora videantur, quam ut abs quovis intelligi queant: Deo, à quo essent profecta, committenda*: atque illinc ita discessum est, ut sua cuique salva religione conquiescerent. Sunt qui affirmant, illum, qui ejus dogma in dubium vocare ausus esset, ab eo congressu, à reliquorum consortio, & familia, ob pertinaciam exclusum fuisse: nec ullam postea cū Davidicis consuetudinem habuisse: quin etiam ipsū literis absentes, & suscepta peregrinatione, multos monuisse,

mouisse, eis errores indicasse, ut sese à perniciosissima secta, quam primum liberarent, & ad verum Christum Jesum, nimirum Dei & Mariæ virginis clementissimum Filium, redirent. Hæc autem ejus tã conjuncti Viri cum uxore ab eo defectio primum mutata fortunæ signum haberi potuit. Secuta sunt & alia ejus non modo inclinata fortunæ, verum etiam instantis mortis prodigia. Nam & domus una (binas enim ædes in urbe habent) Basileæ fulmine tacta est; itemque altera, quam in pascuis magnificè extruxerat, cum pretiosa suppellectile conflagravit: non multo etiam post, Domus in qua ipse habitabat, tabulatum repente concidit: Sed nihil ei accidisse gravius ferunt, quam quod ex inferiore Germania Basileam venisse quendam Virum, fide atque auctoritate præstantem, qui civibus quibusdam Basiliensibus, *Davidem ipsum, totamque ejus familiam* descripsisset: unde facile se prodi paulatim Vir acutus cognovit. Hoc audito nuncio primum ejus uxor mox ipso quoque in morbum inciderunt: ex quo prius ipsius conjunx, interit: non multo post, & ipse, qui se Christo Jesu diviniorem majoremque fecerat & immortalem, mortuus est anno salutis Christianæ M. D. LVI. octavo Cal. Septembris, atque solito Civitatis more, atque pro eâ, quam tunc gerebat, persona, honorificè in Divi Leonhardi æde sepultus. Funus secuti sunt ejus Filij, Filiæ, nurus, generi, clientes, & servi cum civium utriusque sexus multitudine. Atque ita tandem Deus Optimus Maximus non modo hanc civitatem, verum etiam Ecclesiam suam totam, hoc monstro extincto & paulo post etiam (ut dicemus) patefacto, liberavit. Illius morte valde perculsi sunt ejus discipulorum animi, qui eum nunquam moriturum existimarent. Quanquam eorum spes sustentabatur, quod ab eo dictum ferunt, *se in annorum spacio, revicturum hæc, perfecturum, quæ tam amplis promissis, responderent.* Ejusdem quoque interitu, eorum confirmata sententia est, qui jam antea illius dogmata non modo suspecta habere, verum etiam explodere paulatim & refutare cœperant. Itaque vehementius instant, ut & alij eadem diligentius expendant, & excutiant, & quæ cum Filij Dei doctrina & oraculis certissimis non consentire viderent, ea cum ipsis exploderent & detestarentur. Quæ adhortatio, à quibusdam (erat enim inter eos, qui Davidica illa non planè intelligerent, nec latens venenum persentirent) nec recepta omnino, nec rejecta est: qui dicerent, se ejus rei diligentiorè cogitationem in aliud commodius tempus rejiceret. Cœperat interea fama mutati nominis (de quo antea dixi) & suspectæ religionis, quæ ad id usque temporis visâ erat intra privatos parietes delitescere, latius evagari atque inter doctos Viros dissipari & paulatim ita augeri, ut plerique eum, qui se falso *Johannem à Bruck*, & ab arce, quam Basileæ emerat *Johannem à Binningen*, appellabat, *Davidem Georgium* illum esse impostorem perniciosissimum, sectæ omnium, quæ nunquam fuerint, perversissimæ autorem, & Principem: qui se Regem, & Christum, magna atque inexpressibili veri Christi contumelia, faceret. Hæc fama atque hujusmodi sermonibus Senatus Basiliensis pietate & prudentia singulari admonitus, sibi non cunctandum esse putavit: quare pro Dei & Christi Filij ipsius Jesu Christi gloria & majestate asserenda, consultationem gravissimam suscepit. Existimabant enim

homines prudentes, rumoribus non esse temerè credendum: sed de tanta re, certis testimoniis, indicis & argumentis, atque adeo ipsorum Davidicorū confessione, esse cognoscendum. Itaque IV. Idus Martii, anno Christi Servatoris M. D. LIX. *Joannis à Binningen* jam mortui, Filij, generi, & quot quot erant virilis sexus, in tota familia, quidam etiam extra familiam clientes & amici, jussu Magistratus, incuriam se ipsos sistere jubentur: parentilli. Quos ubi in Senatum sunt omnes simul intromissi, sic Tribunus Pl. est allocutus, ut diceret: *Eos non ignorare quemadmodum ante annos aliquot ex inferiore Germania venissent, asserentes se Evangelij Dei causa perterritos esse, atque id circo supplices rogasse, ut eos Senatus pro sua clementia in civitatem recipere dignaretur: quorum precibus, cum fidem Senatus haberet, misericordia vehementer affectus, eos humaniter receperit, & collegerit. Verum nunc Magistratum satis intellexisse, & ex parte etiam nunc compertum habere, eos aliam ob causam, nimirum propter Sectam Davidicam, quæ tunc impliciti essent, & nunc etiam sint, huc se recepisse: quomodo ita dissimulaverint semper ut in speciem, non alicujus Sectæ, sed verè Jesu Christi religionis esse viderentur.* Hoc exordio præmissis, interrogat eos, an Joannes à Bruck esset verum ejus Viri nomen, quod veniens primum dederat civitati. Nam quod Joannes à Binningen postea vocatus fuerit, cum sit novum, verum & antiquum ejus nomen esse non posse. Deinde, an unquam sive privatim, sive publicè docuerit: & quæ ejus doctrina, quæve institutio fuerit. Adhortatus quoque est eos prius Senatus, ut quicquid illud esset, fatentur non vererentur, se paternè cum eis acturum. Ad hæc Senatus rogata, respondent quidam, quod venientes dixerint, se propter veritatem patriæ profugos huc venisse, quo liberè possent in verâ religione vivere, id verum esse: quod autem ibi egerint, propria eos secta & religionem habere, id verum non esse. Hæc sperantes, clementer Magistratum hac responsione fore contentum: idque se ab eo petere, atque obicere. Sin vero aliud quidpiam eos agere vellet, rogare se, ut ex Dei verbo quid illud sit, prescribat. Fuere etiam, qui responderent, se propter Evangelium, cuiusmodi hæc se suggestu audiretur, & quæ Apostolico Symbolo conveniretur, nullam aliam religionem tenere. Quod autem ad Domini sui nomen attinet, se nullum aliud esse Viri nomen nosse, quam quo hic palam vocaretur, quod à patriâ, ubi ille natus erat, accepisset. An autem unquam elam palam ve docuisset, se ignorare, nisi quod inter suos domi coherendi magis & admonendi, quam docendi causa interdum aliqua diceret. Eâ vero non alia esse, quam quæ in templis à concionatoribus iraderetur. Solitum namque fuisse illos hortari, ut ad conciones sacras & publicas diligenter adirent: utque innocentia integritateque studerent. Hæc cum audisset Senatus, eos paulisper secedere jubet: paulo antè post, singulos revocat, & rursus pro se, singulos audit: Sed cum videret, eos in sententia persistere: nec paternis admonitionibus, se quicquam efficere: jussit omnes (undecim enim erant) è curia in carceres abduci, atque in vinculis haberi, donec melitis de tota causa cognosceretur. Interea Senatus undique viri confessionem adduci posset & quoniam scripta non parum momenti in hujusmodi reb. habere jute censebatur, Senatur ad hoc idoneos deligit, qui scripta diligenter

Diligenter inquirant, atque inventa in Curiam illicò comportari curent: & singulis scribas comites attribuit, qui omnia, quæ exportarentur, monumenta in tabulis notarent. Hi ergò eodem tempore diversi ad omnia eorum domicilia (nam diversi in locis habitabant, etiãsi ad unum locum, arcem nimirum Binningensem, ubi Dominus ipse consuevit habitare, receptum haberent) de improviso eunt, inquirunt, magnum librorum & literarum cumulum auferunt, cum imagine ipsius, quæ eo vivo depicta fuerat. Quæ omnia Senatus delectis ex Theologorum & Jurisconsultorum Viris eruditis & probis diligenter inspicienda atque excutienda tradit, ut quicquid ad religionem spectare viderent, discernant, & in his, siquid sacræ sanctæ receptæq; Religioni adversari compererint, aut alioqui suspectum, diligenter notent, atque ad Senatum referant. Munus demandatum obeunt summa cura & attentione, delecti Viri: atque ad Senatum, quæ invenere Davidica referunt: quibus Senatus instructus, ulterius progreditur, ac pro Reipub. Basiliensis more; Septem viros rerum capitalium ad eos mittit, qui ab eis aliquam confessionem elicere, aut etiam extorquere si opus sit, conentur: Ab his summa verborum severitate interrogati rei, plerique eorum idem, quod Senatu responderant; & hic respondet. Verum cum quidam inter eos in sua responsione vili essent non nihil titubare, exquisitiori quaestioni locum dederunt. Quare iterum conquisiti, ceperunt quidam fateri, qui Joannes à Bruck sive à Binninge diceretur, eum Davidem illum Georgium fuisse, cuius nomine tot & tanta verba in Germania inferiore fuisse excitata. De doctrina vero & secta decretis quibusdam propositis capitibus interrogati, responderunt, se talia ab eo nunquam audivisse, nec in ejus scriptis animadvertisse, aut eodem modo intellexisse. Ceterum se hujusmodi doctrinam, cuiusmodi illis capitibus contineretur, tanquam perniciosam & ab inferis excitatam, non è Cælo demissam, detestari, & omnibus modis execrari. Quod si aliquo modo tamen errarint, vel nunc etiam errant, veniam deprecari: cupereque in quo errant, rectius institui. In his tamen unus fuit inter primos Davidis Georgii amicos, cuius nomini parcendum esse ducimus, qui se aliquando ejus sectæ fuisse ingenuè confessus est: verum agnitum errorem divitiò beneficio olim jam damnassee; & nunc quoque dammare, atque ex animo tanquam pestiferum, unà cum tota secta; detestari. Fuerunt etiam inter eos, qui eum Davidem Georgium tantum Basileæ novissent, sanctè affirmabant, se nunquam talia ab eo audivisse: & hi quodque dogma, quod proponebatur, tanquam impium, atque in Christum Jesum contumeliosum rejiciebant. Hæc ad Senatum Septemviri illi Quæstiores, singula distinctè ut erant, referunt. Senatus ergò audiens, esse inter eos qui, si errant, culpam deprecantur, atque ad sanitatem redire cupiant, certos ex Concionatorum & Theologorum ordine mittit ad carceres, à quibus singulorum fides diligenter exploretur. Quod si quid erroris in quibusdam reperirent; id sincera institutione tollere? omnibus modis conarentur. Adeunt Viri pii; & Christiana lenitate pleni, Viros captivos; & coram duobus de Senatu ad hoc destinatis, cum eis accuratè & amanter de fide & religione agunt: rogant; audiunt; nihil aliud auditum est, quæ quod auditum erat; cum à Septemviris conquirere-

tur: se videlicet illud dogma, quod certis capitibus comprehensum, tanquam Davidis Georgii inventum proponeretur, tanquam à sincera Jesu Christi religione alienum, dammare: & eam doctrinam formulam, quæ Basileæ traditur, sanctique Symboli Apostolici fidem, sincera animi persuasione complecti. Idem quoque cum mulieribus ejusdem familiæ omnibus fieri voluit pius Senatus. Verebatur enim, ne illæ aliquo errore irretitæ tenerentur: quas pro sua pietate atque paternæ in omnes sollicitudine, in viam reduci cupiebat. Adeunt igitur illas cum selectis Viris Concionatores ac Theologi: quæ singulæ eadem ferè attestatione usæ sunt, quæ Viri: nimirum se nihil tale, quæle proponebatur, nec ab ipso Davide Georgio, nec ab aliis unquam accepisse: se autem simpliciter in ea fide persistere, quam Basileæ in publicis concionibus didicissent. Addunt preces, quibus & se & Viros & Fratres suos profluentibus etiam lacrymis, commendent: Senatum orant, cum ipsis pro solita clementia agere velit. Interea temporis, rumor in Civitate percrebuit; Joannem à Bruck sive Davidem illum Georgium in sepulchrum elatum non esse: Verum pro ejus cadavere, porcum aut vitulum, aut hircum, quidpiamve aliud feretro inclusum fuisse. Verum autem ipsius cadaver, conditum occultari ab hæredibus & singulari veneratione colit. Sed falso eam excitatam fuisse famam, postmodum re ipsa, sicut mox patebit, compertum est. His rebus, uti retulimus, peractis, nihil aliud expectabatur; quam extremus judicij actus. Erat enim Civitas tota hujuscæ expectatione judicij suspensa. Hoc videns Senatus, rem maturare cogitavit. Itaque, ne quid temerè facere videretur, atque ut, quantum in ipso erat, hominum calumnias evitaret, cum Basileæ non sit contemnendus eruditorum & piorum Virorum numerus, quæ Davidica doctrinæ capita quædam à delectis Viris (ut antea diximus) collecta crant, eà Academiæ & concionatoribus censenda, per Scholarchas proponit: qui sexto Calend. Majas, convocato per Rectorem Academiæ consilio unà cum concionatoribus omnibus, in Collegium veniunt: & super singulis capitibus; singulorum judicium sententiamque exquirunt. Illi, singulis accuratè auditis, lectis, & expensis, uno die atque una voce pronunciant: quæ illis capitibus proponerentur, ea esse à recta fide Christi aliena, sacræ sanctis literis prorsus adversa, perniciosas, contumeliosas in Dei & Jesu Christi Majestatem; atque à tota Christi Jesu Republica exterminanda. Quod cum Senatus intellexisset, de captivis primum agere constituit, post, de ipso seductore. Ergo, quando quidem videt captivos partim nihil aperte confiteri, quod dicerent, se ejus dogmatis ignaros esse: partim in viam redisse: omnes autem una voce Davidicam hæresim detestari. Quinto idus Maji omnes è custodia in qua jam alterum ferè egerunt mensem eximi ac dimitti decrevit; ea tamen lege: primum ne qua in posterum extra urbis mœnia bona, & possessiones coeant sine Senatus consensu & autoritate: peregrinos illos ex inferiore Germania hospitio accipiant; ne conlanguineos quidem: sed si qui venerint, ad publica diversoria mittant, Davidicos libros omnes sive typis, sive manu scriptos, qui illo modo Davidicæ fermentum redolent, quos apud se habeant; mox domum reversi; in curiam ferant: librum nullum lingua Batavica conscriptum, apud se retineant habeant:

beantve: nihil veræ ac receptæ in publicis Ecclesiis nostris religioni contrarium unquam scribant. Liberos suos nulli præterea nisi Basiliensi Scholæ, erudiendos tradant, cum nullo nullave ex inferiore Germania, qui quidem nunc in eorum sunt familia, connubia contrahant. Familiam præterquam ex hac regione acceptam, nullam domi in prædiisve, habeant. Multam pecuniariam, si quam Senatus irrogaverit (id quod optimo jure potest) pendant & persolvant. Ac demum, se cum mulieribus, & familia reliqua certo die in summo urbis templo, sistant: ibique coram Ecclesia, veram Christi Jesu religionem constentur: atque ex diverso, *Davidis Georgii* sectam universam, ejusque decreta distinctè damnent, ac detestentur: ita ut cum ejus sectæ hominibus nullam in posterum communionem, aut familiaritatem habeant. In his omnibus: atque aliis honestis & licitis obsequentes se præbeant: & uti bonos cives decet, se ubique gerant. Hæc illi se præstitutos esse, religiose promittunt, gratias multas prudentissimo Senatui agentes submissè pro cællato clementer in se beneficio: atque ita domos quisque suas ire permittuntur. Biduo post, quæ dies fuit ejusdem anni tertia Idus Maji, Judices rerum capitalium, de *Davidis Georgii* cadavere in sepulchro existente, libris, & reliquis ad eum pertinentibus in arcam productis, extremum judicium instituunt. Itaque ubi Judices consedere, qui fisci nomine causam agebat, ita accusationem adversus eum intendit ut primum objiceret, ejus in urbem hanc adventum Evangelii prætextu, cum tamen ob suam perniciosam ac turbulentam sectam, doctrinamque ex inferiore Germania profugisset: ob quam non parva multitudo utriusque sexus, tum etiam propria ejus mater vita multati fuerant, tum totius temporis quo hic fuit, simulationem veræ Religionis: tamen clam ibidem suam sectam, editis etiam libris qui coram essent, foverent, eorum qui etiamnum *Davidici* vocentur. Adhæc mutati nominis crimen, ut qui *David Georgius* antea vocaretur, postquam huc migrasset, *Joannes à Bruck* palam voluerit appellari. Atque ita recitatis aliquot, ejus perverſi dogmatis, locis, quibus summa ferè ejus doctrinæ continebatur, quos jussu Magistratus antea collectos diximus, atque ab Academia universa condemnatos, petiit Actor, ut de ejus dogmate Judices, quid jure agendum censerent, pronuntiare vellent. Ad hanc Actoris postulationem, Judices censuerunt, ejus scripta omnia ubicunque invenirentur, ejusque dogmata, tanquam in divinam majestatem impia, & pestifera (ut sunt) flammis absumenda esse. Hanc ubi latam sententiam audivit Accusator, postulavit secundo loco, quid de ejus imagine, domi ejus inventa, quæ hominem ad vivum mirificè exprimeret: deque ejusdem cadavere, quod in Divi Leonhardi inter Christianorum corpora conditum esset, faciendum statueret: præsertim, cum nefas esset, tam impii seductoris, & totius violatæ Sacrosanctæ religionis, rei, corpus in eo loco quiescere, ubi tantum qui veram Christi fidem confessi sunt, jure conquiescunt. His auditis, Judices de *Davidis Georgii* imagine & cadavere ita decernunt: quoniam *David Georgius* perniciosissimæ sectæ author extitisset, quique Majestatis divinæ, & violatæ religionis Christianæ reus, ut ejus cadaver, sive ossa, & quicquid reliquum in ejus sepulchro fuerit, effodiendum: extra

Portam Lapideam in locum ubi de condemnatis extremum supplicium sumitur, unà cum libris & ejus effigie in hasta altè, ut erat suspensa, curru impoſita à Carnifice, trahantur: atque omnia simul rogo imposita, in cineres redigantur, haud secus ac cum ipso *Davide Georgio* ex Jure Cæsareo fieret, si ipse superstes esset. His duabus petitionibus, addit & tertiam Accusator, quæ ad condemnati hominis bona pertineret. Itaque hac postrema Accusatoris postulatione audita, censent omnes impii hominis bona, quæcunque & ubicunque sint, esse publicanda, atque in ærarium publicum inferenda. Hoc judicio more Majorum omnique Cæsarei, & municipalis Juris forma servata, proclamatum est: Si quis contra rectissimum hoc Judicium verbo factoveierit, is eodem Judicio, eadem pœna tenetur. Atque in hunc modum, *Davidis Georgii* memoria in universum damnata, atque deleta est. Mox currus cum libris, imagine, & effosso cadavere, in locum destinatum per carnificem productus, & rogo impositus: ubi à carnifice locum solutum est, cadaver ipsum, ut erat, apparuit: quod carnifex humeris & capiti subjecta in latus tabula, ita erexit, ut omnibus qui *Davidem* vidissent vivum, agnosci facile posset. Nam satis adhuc integrum, erat, præsertim barba, quæ ut erat flava satis hominem indicabat. Erat autem ornatus in hunc modum. *In capite villosum è serico pileum purpura suffultum habebat, & è roſo marino corollam: caput puerini non ignobiles sulciabant, ipse induluta toga, quod carzelatum vocant, vestitus: ac sindone munda involutus.* Hoc enim modo illi heredes sepeliendum adornarunt. Sic postus inter sua impia scripta, subjectis flammis, exustum est *Davidis Georgii*, qui se Regem & Christum fecerat, corpus, biennio & selqui ferè postquam est mortuus. Ad hoc spectaculum tanta confluit mortalium utriusque sexus multitudo, ut vix tanta in urbe tota esse crederetur. Permirum enim erat & novum, hominem, qui tanta cum dignitate & vixisset apud eos & sepultus esset: nunc ex ipsa terra effossum, ac publico judicio maxime in Deum & Christum impietatis, condemnatum, comburi. Fuit certè *David Georgius*, quod negari non potest, magno ingenio vir, licet sordidis natus parentibus a mirum (ut est) parte Ludione ipseque in prima ætate pingendi vitæ artem sit sequutus, sed, ut nobis historicus de *Catilina* scribit, malo pravoque: id quod ex ejus scriptis plurimis, quæ sua, hoc est Holandica lingua scriptæ (nam latinæ linguæ & omnium aliarum nisi patris, prorsus fuit ignarus) qui intelligunt, videre possunt. Sic hoc ferè magnis ingenii, nisi vero *Deum* tanquam freno cohibeantur, plerumque solet accidere: ut dum aliis præstare volunt, in maximos errores incidant: id quod omnibus ferè seclorum Autoribus evenire videmus. Quare saluberrimum est Divini Pauli consilium, ne videlicet, animo elato nimis, si mus: sed timeamus nec cum superbix parente illo, de Cælo deturbemur. Jam tempus est ut narrationis hujus extremum actum, qui cum *Davidis*, in templo fuit, persequamur. Ergo pridie nonas Junii, quatuor urbis Pastores in concione diem indicunt. VII. Idus Junii, quo die *Davidis* sectam sint palam abjuraturi: & veram Jesu Christi fidem doctrinamque professuri. Erat autem non sine causa ea defecta dies: nam primum ea est publicis istius civitatis ad Deum precibus dicata: Deinde, pridie ejus

ejus diei convenerant universi ex agro & ditione Basiliensium Pastores, ad synodum sive conventum celebrandum, ubi de Ecclesiarum Disciplina agi solet: idque factum quo plures tam celebris atque pietatis postredie essent testes: pluresque erudirentur. Eo igitur die bene mane, confluit ex omnibus urbis Regionibus multitudo tanta, ut vix amplissimo templo caperetur. Adfuerunt etiam non postremi Davidici ipsi Viri & Mulieres omnes circiter triginta: una mulier defuit quæ propter adversam valetudinem partusque vicinitatem, adesse non potuit. Tum Ecclesiæ illius Basiliensis Pastor, consensu suggestu piam admodum & doctam Concionem habuit, de bono pastore. Concione finita, & consuetis precibus, Psalmus 130: canitur: mox Pastor ipse se ad mentam, in qua Dominica Cæna ministrari solet, confert. Adstat Pastori ex Senatorio ordine primarius Ecclesiasticæ disciplinæ Censor, vir gravis & cordatus, Testis & Moderator omnium quæ agerentur. Ibi pastor Davidicos nominatim appellat, atque adesse jubet: ut, an quisquam forte defuit, recognoscat. Ubi autem videt omnes, præter eam quam dixi mulierem, adesse, clara voce, ut, à tanta multitudine exaudiri posset, sic actionem ipsam exorditur. *Quod somnium rerum agenda rum exordia à divini numinis precatione ducenda sunt, cum ejus auspicio cuncta recte atque ordine peragentur: multo magis, ad hoc tam serium & grave negotium, pijs atque ardentibus votis & precibus est Pater ille celestis invocandus: credendumque ipsum quod tam sape promissit, nobis affuturum: & pijs preces nostras auditurum: præsertim cum nomine, Jesu Christi ejus Filii simus congregati.* Oratione igitur Dominica precibusque peractis, de Ecclesiæ & Magistratus civilis officio, sermonem intulit, ut diceret: *Cum Deus veram Religionem incorruptaque veritatis doctrinam tanquam bonum semen hominibus dederit, sine quo nec justitia, nec vita ipsa constare queat, propagationem ejus custodiamque pijs Doctoribus Pastoribusque eum credidisse. Itaque Paulus eos Doctores & Episcopos requirere, qui sint veritati contradicentes, ad resellendum instructi: Magistratus vero, Ecclesia Dei nutritios Esaiam divinum Vatem appellare: non solum ut eam nutriant, sed etiam ut malorum sint depulsores synceræque vindices religionis: Utrisque advigilandum esse, ne qua in parte muneri suo defuisse inveniantur, in quâdo reddenda erit Patri familiâ sue administrationis ratio. Multa, eaque gravia infligi subinde Ecclesiæ vulnera, quibus sanandis debeant incumbere, & futura cavere. Eam ob causam, tantam multitudinem convenisse, ut singulare Ecclesiastica disciplinâ exemplum spectaret. In medio esse, & coram omnibus consistere viros & mulieres erroris, & impietatis in Deum traductos, propter quos actio illa instituta esset, eaq; Cons. & Senatus Basiliensis decreto, cui visum sit, post longam diligentemque inquisitionem & reorum confessionem, quia spem de eis non abiecit, ut toti Ecclesiæ publica hac contestatione, satis fiat. Rogare igitur se universos & singulos, eaq; agenda essent, & agerentur, religiosa animi attentione percipere. His dictis erit orem, de quo ageretur, & impietatem patefecit: originem à Catapultis ductam esse, Davide Georgio per inferiorem Germaniam auctore & duce. Atque hoc loco capitâ aliquot ejus hærescos recitantur: quæ ut ex ejus libris partim editis, partim manuscriptoris, desumpta fuerant, hæc sunt.*

1. *Omnem doctrinam hætenus à Deo per Moysen, Prophetas, ipsumque Christum Jesum, ejusque Apostolos ac discipulos, traditam esse mancam, imperfectam & inutilem ad veram & perfectam consequendam felicitatem: atque in eum tantum usum traditam, ut homines quasi pueros adolescentesve coaceret ad hoc usque tempus, atque in officio contineret. Davidis autem Georgii doctrinam perfectam esse atque efficacem ad hominem qui eam susceperit, beatum.*

2. *Afferit se verum Christum & Messiam esse, Patris charissimum filium, in quo se oblectet Pater: natum non ex carne, sed Spiritu sancto & Spiritu Christi Jesu: qui Spiritus Christi, carne ejus in nihilum redacta, quodam in loco sanctis omnibus ignoto, hætenus servatus, nunc Davidi Georgio totus est traditus, atque in ejus animam infusus.*

3. *Se igitur eum esse, qui domum Israelis, verosque Levi filios, (nimirum eos qui dogmata sua suscipiunt, eumque sequuntur) una cum vero Dei tabernaculo, sic Spiritu instauraturus: non crücerebns adversis, aut morte, quemadmodum ille alter Christus, sed clementia & Spiritus Christi amore & gratia, qui sibi à Patre sit datus.*

4. *Se ea potentia præditum esse, qua salutem tribuere, & condemnare, peccata remittere & retinere possit. Idcirco se illum esse qui extremo judicio, sit totum mundum judicaturus.*

5. *Christum Jesum in hoc à Patre missum esse, atque in carnem venisse, ut sua doctrina & sacramentorum ceremoniis, homines veluti pueri & parvuli, nondum perfecta doctrinâ capaces, in officio retinerentur, donec David Georgius adesset, qui perfectam & efficacem illam doctrinam proferret in lucem, qua homines perfectos redderet, repleturque cognitione Dei & Filij sui Davidis Georgii.*

6. *Hæc autem omnia non humano more crasse esse peragenda, ut olim per Christum Jesum, sed Spiritu & abscondite: quæ nemo intelligit, nisi qui Davidi Georgio fidem habuerint: ejusque sequentur institutum.*

7. *Ad hæc probanda, ut etiam ad alia omnia, auctoritatibus & testimoniis sacrarum literarum abutitur: quasi Christus & Apostoli non se, & omnia Ecclesiæ tempora, sed Davidis Georgij adventum illis qua citat proferendis, spectassent.*

8. *Itaque sic ratiocinatur: Si Apostolorum & Christi doctrina vera illa & perfecta fuisset, Ecclesia quoque quam sua doctrina excitavit, & formavit, necessario permansisset, neque periisset: quia adversus veram Ecclesiâ, ne Orci quidem porta (ut Jesus ipse ait) quicquam valent. Iam vero constat, per quosdam Apostolorum doctrinam & structuram funditus eversam esse: ex quo consequi vult necessario: Apostolorum doctrinam & adificationem, mancam & imperfectam fuisse: eam demum veram perfectamque esse, quam David Georgius instituit & profert.*

9. *Ait etiam se Joanne Baptista, ceterisque omnibus Sanctis, qui olim ante eum existerunt, excellentioribus esse, quoniam ipse minimus ille sit in regno Dei, de quo Christus ait: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista. At qui minimus est in regno Dei major est illo. Imò ultra etiam progreditur, ut dicat, se, ipso etiam Jesu Christo majorem: quod hic ex muliere in carnem natus est, se vero à Spiritu sancto celeste Christum, natum & unctum.*

10. *Omne peccatum in Patrem & Filium, remitti & condonari afferit: ut Christus ipse restatur: quod autem in Spiritum*

in Spiritum sanctum, hoc est in Davidem Georgium commissum fuerit, nunquam neq; in hoc, neq; in altero seculo remittendum. Ex quo satis constare ait, se Christo esse præstantiorem.

II. *Matrimonium liberum esse: eoque, neminem uni mulieri obstringi: liberorum procreationem communẽ esse, iis qui Davidis Georgii Spiritu renati sunt. Capita hæc sunt à Pastore proposita.*

Sunt & alia multa nefanda in Davidis Georgii libris & operibus: verum his paucis gustum tantum lectori præbere placuit, aliis consulto suppressis. His aut (ut in iudicio publico cum condemnaretur fuerat) coram Davidicis, totaque Ecclesia lectis, interrogat Davidicos Pastor, num recte perceperint omnia quæ lecta & pronunciata fuerant: qui cum respondissent, se optime omnia percepisse, tum subiunxit Pastor: *Cum igitur ita sit, hic piorum & eruditorum in hac Ecclesia & Academia, Ecclesiaeque totius præiudicia gravissimasque sententias non commemorabo, quod vobis ignota esse non possint: sed vos singulos appello, ut hic coram Ecclesia Dei liquido & libere profiteamini, utrum hæc omnia, aut aliquideorũ, aut quicquid ejusmodi farinam redoleat, sive jam prolatum, sive latens, amplectamini, credatis, probeitis, & tueri parati sitis.* Et hic eos admonuit, ut caveret, ne quid reluctante conscientia ullius rei metu responderet: sed omnia candidè, uti sentirent in corde, proferrent. Stare eos coram Deo ipso, qui intima hominis videt, coramque ejus Ecclesia: ubi mentientes, non homini, sed Deo & Spiritui sancto mentirentur, & scelus inexpressibile committerent. Cogitare eos debere, Deum futurum Judicem & vindicem severum, si quovis modo fallere studerent. Porro, si quid scrupuli in ipsorum animis, aut omnium, aut aliquorum, resideret: aut omnino aliquid verum existimarent, eorum rationes se cum cæteris fratribus & collegis, patienter auditurum: & piã institutione eos edoctrum. Se non esse, qui eos perditos, sed sanatos conservatosque Domino maxime cupiant. Itaque se velle eis audire; quid de singulis singuli sentiant: aut potius ea quæ proposita sint, & alia ejus sectæ decreta omnia, tanquam impia, (ut sunt,) fugienda ac detestanda esse, seque ea detestari & execrari fateri velint. Atque iterum admonet, priusquam respondant, attentius cogitent secum, & perpendant omnia cum Domini timore: nec quicquam darent, hominum gratiæ & auctoritati. Ad hæc illi respondent: *Quæ illa summa audiverint, esse plane impia, & execranda, atque à Dei Spiritu & institutis prorsus aliena: taliaque quæ à Christianis omnibus, ut nocentissima pestis, vitentur atque explodantur. Hæc se candidè & ex animo coram Deo totosque ejus causafateri.* Hanc sententiam & singuli ordine rogati, secuti sunt. Fuit etiam inter eos qui diceret, se jam pridem ejusmodi detestatum esse. Hoc audito responso, Pastor symbolum Apostolorum, ut summam Christianæ religionis Davidicis dogmatibus opponeret, proponit. Itaque primum omnium querit, num credant unum solum Deum æternum, immensæ potentia infinitumque sapientia, genuisse ab æterno filium unigenam, pari cum Patre potestate, per hunc omnia creasse, Ecclesiam elegisse, constituisse, & gubernare: per eundem, patres illos veteres, Moysen & Prophetas; Spiritu sancto illustratos veram, solidam, nullaque ex parte

maneam salutis veræ doctrinam tradidisse: quæ nullo modo in Davidem Georgium ut Christum Dei, & Messiam spectaret. Credant ne filium hunc, verbum, splendorem, veram & expressam imaginem Patris, alteram in divinis Personam è Patris substantia ante secula genitum?

An firmiter teneant; eundem Dei Patris verbum filium definito tempore corpus ex virgine, semen Davidis Iesseidæ verum assumpsisse: atque ita divinam humanamque naturam conjunxisse, ut Deus & homo sit una in eo persona, unus Christus Jesus in omnia laudandus secula?

Credant ne eundem è Spiritu, origineque cœlesti, non carne tantum, sed Spiritu Dei Virginem fecundante, conceptum, & natum, neque ullum hoc majorem aut præstantiorem fuisse, aut esse nunc, aut futurum: ut in quo uno divinitatis plenitudo ab ipsius origine, & nunc, & in æternum, habitat corporaliter. Idcirco impium & nefarium esse, si quis teneat, pleniorum seu efficaciorum divinitatem, spiritumve in Christo Davide Georgio, quam in Jesu Nazareno crucifixo, Dei & hominis filio: huncque solum esse Messiam & Christum servatorem, de quo Moyses & Prophetæ prædixere: eundem solum esse, de quo Pater dixit: Hic meus est charissimus filius, in quo mihi complaceo.

An non etiam persuasum habeant, hunc Jesum summi, veri, æternique sacerdotis munere perfunctum, doctrinam ex Patris sui voluntate ab solutissimam vitæ sempiternæ verbum, quod fide amplectentes, perfectè beet, & servet in æternum: Itaque scelestum esse, dicere, quod David Georgius fecit, Christum ejusque Apostolos imperfectam & maneam, puerilique ætati accommodatam tantum sapientiam tradidisse.

Eundem verè quidem mortuum; at tamen carnem corpusve non evanuisse, seu in nihilum interuisse: sed seipsum Patri suavissimam hostiam exhibuisse, ad expianda mundi peccata: & sanguinem sudasse suum, quo credentes obsignaret, & sanctificaret.

Hoc crucis Christi fundamento, niti veri Israelitis Ecclesiam: quæ & ipsa Magistri sui vestigia sequens, sub cruce gemit, probatur, & confirmatur; idque tam diu quam diu in mundo est, quemadmodum Dominus ipse docet, cum ait. *Qui vult me sequi, tollat crucem suam.* Item verus ejus discipulus Paulus. *Qui volunt pie in Christo vitam agere, calamitates patientur.*

Proinde sentiant vanum & nugatorium esse, quod David Georgius tradit, verum Dei tabernaculum & Ecclesiam in hac vita sine cruce & calamitatibus esse constituendam, iis qui Davidis Georgii Spiritum præditi fuerint.

Fateantur ne ex animo, Christum Jesum tertia die à morte, cum suo vero corpore, quod ex Virgine natum, in cruce pependit, & sepulchro conditum fuit, verè excitatum esse, non Spiritum tantum & mysticè, ut David Georgius affirmat.

An velint firma persuasione confiteri, Christum Jesum Deum & hominem verum, die quadagesimo postquam è sepulchro excitatus est, sublatum super omnes cœlos, ad Dei Patris dexteram consedere, solum Regum Regem, & dominatum dominum super omnia: ac præter eum neminem;

,, neminem, neque in caelis, neque in terris, regnare
,, & dominari.

,, Eundem ipsum, Coeleste in hoc mundo Re-
,, gnum habere, sed nō ex hoc mundo: quod regnum
,, verbo, sacris Symbolis, & spiritu administrat; &
,, regit.

,, Hunc solum proprio jure, natura & officij præ-
,, rogativa, potestatem habere remittendi retinen-
,, dique peccata, quæ in *Davide Georgio* nullo modo
,, sit.

,, Hunc ipsum venturum esse ad judicandum vi-
,, vos & mortuos, cui soli pater omne iudicium tra-
,, didit: ad cuius tribunal omnes mortales sistendi
,, sint, ipseque David Georgius causam dicturus cor-
,, ram ipso, atque ejus gravissimam sententiam velit
,, solitū auditurus sit, tametsi impie sibi hanc univer-
,, salem iudicij potestatem ausus sit arrogare.

,, Credant ne Spiritum sanctum tertiam in divi-
,, nis personam ab æterno patre filioque proceden-
,, tem: quo Spiritu patris & filij, non Davidis Ge-
,, orgij omnia vitam capiunt: filij Dei regeneran-
,, tur luce ejus vitali imbuntur; obliquantur; &
,, ad salutem cōhsecrantur.

,, Num cōfiteri velint; unitatem divinitatis in
,, Trinitate personarum; & Trinitatem personarum
,, in unitate substantiæ, venerandam & adorandam;
,, sicut Athanasius docet:

,, Tenere ne velint & fateri, peccatum in Spiritum
,, sanctum esse; quum patefactæ agnitæque per Spi-
,, ritum veritati, studio & pertinacis animi propo-
,, sitione, repugnetur; eodemque malitioso infestatur:
,, nullo autem modo peccatum in Spiritum sanctum
,, esse in *Davidem Georgium* aut ejus Spiritum, pec-
,, care.

,, Sola nos fide in Christum Jesum justificari; ut
,, vitam æternam gratia; non meritis & beneficiis;
,, consequamur: Neque in *Davidem Georgium* aut
,, ullam creaturam; credendum esse: Spiritum san-
,, ctum ita per Apostolos locutum; ut eorum do-
,, ctrina non modo omnis erroris sit expers, verum
,, etiam lux quædam perfectæ in Christo doctrinæ:
,, cujus auscultatione & lectione, Ecclesia pasci de-
,, beat: ut qui ei imperfectionem tribuat, is in Chri-
,, stum Jesum; ejusque Spiritum letaliter delinquat.

,, Unam esse Catholicam, quæ unum caput & Do-
,, minum agnoscit Jesum Christum crucifixum;
,, nunc ad Patris dextram regnantem, quæ per ipsum
,, Mediatorem, precēs suas ad Deum fundit: ejus so-
,, lius doctrinam audit; sacramentis utitur; ejus in-
,, stitutione spirituque gubernatur. Quare; qui-
,, cunque alius se pro Christo ostendat, verū Christi
,, munus sibi arrogare sacrilegus audeat; eum Anti-
,, christum esse affirmat, & execratur.

,, Ut extra Jesu Christi nomen nulla salus est: sic
,, extra ejus nomen agnoscentem, prædicantem, &
,, sequentem nullam ecclesiam esse, nullam salutem:

,, In hac una Ecclesia remitti peccata per Chri-
,, stum Jesum, non per *Davidem Georgium* , creden-
,, tibus quandoquidem; alibique omnes sint impuri;
,, iræque filij, ac proinde, mortū obnoxij.

,, Firmiter ne credant, hujus nostræ carnis, & cor-
,, poris veram, certam, minimeque allegoricam re-
,, surrectionem fore, non aliquorum; sed omnium
,, hominum qui fuerunt, aut usque in diem illum fu-
,, turi sunt; ubi vox filij Dei Jesu Christi; & tubæ

,, Dei sonus è cælo, in extremo die audita fuerint;
,, ut ipse filius Dei affirmat.

,, Malos spiritus non homines tantum esse, sed
,, Diabolum cum suis ministris, qui à Deo catenis
,, potentia Dei vincti ad supplicium reservantur:
,, Angelos verò bonos, Spiritus & ipsos esse DEI
,, ministros propter eos, qui salutis sunt hæredita-
,, tem adituri.

,, Spiritum sanctum ut promisit Christus Jesus;
,, quotidie dari credentibus; ut mysterium salutis
,, in Christo Jesu cognoscatur, & apprehendatur
,, ad vitam: non in angulo conservatum; usque
,, ad hæc tempora; ut in unum Davidem Ge-
,, orgium sese insinuaret; ut ipse mentitus est.

,, An non credant, conjugij vinculum, quod ex
,, duobus unum facit; divinitus in paradiso institu-
,, tum: deinde Moysi lege, & Christi Jesu authorita-
,, te confirmatum, sacrosanctum esse: idcirco per-
,, peram asseri, in statu quodam perfectiori; quem
,, *David Georgius* somniavit, ejus jura, & religio-
,, nem solum iri?

,, Postremo; hunc doctrinam, quam Basileæ ha-
,, stenus in concionibus audissent; & Basiliensis Ec-
,, clesia fidei formulam amplecterentur: in eaque
,, acquiescerent?

Ubi hæc & alia quædam pronunciaisset Pastor;
quærit ab eis an omnia quæ proposuisset, rectè in-
tellexerint: qui tibi se probè intellexisse affirmarent;
iterum eos admonet; apud se diligentius cogitent
& reputent; priusquam respondeant: ne multitu-
dini placere studeant, secusque quam sentiant; ali-
quid fateantur. Corde eum credi ad justitiam;
oris autem confessionem fieri ad salutem. Itaque
se rogare, nihil celestis sed liberè animi sui senten-
tiam proferant. Si qua in re ambigant; modeste
quærant: se omnibus ut satisfaciatur, conaturum.
Hic inter alios unus respondebat. *Hac esse capita ve-
ra & sincera religionis; sequè non solum hoc ore confite-
ris; sed etiam ex animo credere; & hac se fide certissime
credere; servatum iri.* Reliqui omnes in ejus sen-
tentiam ierunt; idemque se credere asseruerunt.
Alius item ex ipsorum numero inquit, *se nunquam
aliter credidisse; nec Christianum esse qui aliter credit.*

Deinde Pastor: qui impia condemnatis, inquit, &
veram religionem confessi estis; superest; ut cum
noveritis ex hac secta horribilem offensionem; no-
stræ Ecclesiæ & aliis quam plurimis; oblatam esse
cumque tres veltrum in custodia confessi sitis; vos
falsâ opinione deceptos errasse: & reliqui; ut vel
sanguine; vel affinitate, vel familiaritate conjuncti
eidem consortio impliciti fueritis; requiro; ut si li-
beat; priorum omnium delictorum à Deo æterno
Patre; per Jesum Christum unicum mediatorem fi-
lium Dei Dominum nostrum, pietatis gratiam &
misericordiam omnes: & insuper veniam ab Ec-
clesia quam offendistis, suppl. cēs postuletis, quo in-
seri denuo in Christi corpus; & in Ecclesiæ sinum
recipi queatis. His prolatis; omnes simul in ge-
nua procumbunt: Orat unus eorum sublatis manib.
 *Deum Patrem per Jesum Christum; quum ejus pro-
missione doceant; ipsum nolle mortem peccatoris; sed
salutem & vitam; per fidelem ad ipsum conversione, se
suppliciter toto cordis affectu precari; ut condonet
omnem offensam: Ecclesiam, quæ Christum referi spori-
sum, se & alios rogare, ut velit clementer ipsos suscipere;*

gratias interim agendo; pro immensis erga se beneficiis: Pastores item, hoc est, Patres Ecclesie, ut Christi seros rogavit, ut ipsis ignoscerent, & orationibus suis eos Deo commendarent, quo in vera fide Christi fundatis, persistere usque ad finem possint. Eadem & reliqui sentire & petere verbis, nutu gestibusque testabantur. Hac oratione finita, Pastor inquit, Non dubium esse, quin, siquidem ex fide petant, apertum sit Gratiae Dei ostium: nec Ecclesiam fore erga poenitentes supplicesque difficilem: reliquum esse, ut contestatione promitterent, idque ipsi Deo per Jesum Christum & Ecclesiae ejus, in manum censoris Ecclesiastici, & suam, deinceps religionem, quam coram eo coetu professi sint, veram & Catholicam, religiosè & sanctè servaturos, & professuros: & quocumque possint studio, quave vigilantia & fide, propagaturos. Deinde omnem falsam doctrinam & hanc Davidicam, ceu pestem nocentissimam vitaturos, rejecturos, & damnaturos. Eandem quoque si quibus in scriptis extare noverint, ejusmodi venena redolentibus hic aut alibi abolituros: tum hac impietate infectos homines sic ubi intellexerint, sanatos pro ipsorum virili & in viam revocatos: idque si promittant jurejurando conceptis verbis praestito, & perfidè aliquando egerint (quod Deus avertat) manum Dei vindicem habituros. Sin verò fideliter servaverint omnia, paratam Dei gratiam & misericordiam. Porrigunt singuli dexteram primum Censori, deinde Pastori. His absolutis, Pastor ut servus Jesu Christi & Ecclesiae ejus minister, Hac professione facta, inquit, quam ex animo esse profectam, sibi ex charitatis lege instictuque praesumat, gratiam & remissionem peccatorum omnium eis annunciare: & post hanc vitam aeternam in nomine individuae Trinitatis Patris & Filii, & Spiritus sancti: Idemque eos in Ecclesiae societatem & consueti amoris vinculum ejusdem nomine recipere, quod felix & faustum esse velit, qui sibi hanc suo sanguine acquisivit. Adhortatur praeterea ipsos, meminerint, quid eo die factum sit, cogitentque non sine singulari Dei providentia & misericordia in eum locum actumque; deductos, ut saluti nimirum ipsorum consulatur. Propterea gratias agere debere Deo Patri per Dominum Jesum Christum, Magistratum item religiosissimo hujus Civitatis Basilienfis, cujus sint clementiam non vulgare experti, dùm clemèter conservantur: Ecclesiae quoque Basilienfis, & ejus Ministris quod Caritatis viscera erga eos, tam humaniter declararint. Deinde meminerint, ante omnia sibi advigilandum esse in verbi Domini, sacrorumque symbolorum frequenti usu, & orationibus ardentibus assiduisque quo per virtutem Spiritus Christi Jesu ab omni errore & impietate conserventur, eorumque actiones & studia in rectam viam veritatis, ad ipsius nominis gloriam, dirigantur. Ad haec, ut religiosè omnes seductionum occasionis vitent: tum ne patefaciant per vitæ impuritatem Satanae fenestram ad quævis officinula, id quod in non paucis nostris temporis hominibus perversæ mentis deprehensum sit, qui aberrationibus & vana conversatione libertati, postea in luxu profusionem, vitamque epicuream

delapsi sunt. Et quia haec in ipsis animadvertitum sit pacis studium, benignitas in pauperes, convictus ab ebrietate, & sermo à dejectionibus & obicentitate alienus: Idem ut deinceps praestare pergant, sicut deceat, eos qui Christum profitentur. In summa dent operam, spiritu, anima, & corpore ut inculpati serventur in diem Christi: sic enim futurum, ut vulnus hac luce vitæ puritateque tanto efficacius, citiusque sanetur. Postremo ad Ecclesiam totam, convertit orationem: Ac, Vos omnes, inquit, Charissimi in Christo, animadvertistis facile, quid & quomodo hoc loco & tempore actum sit cum his praesentibus fratribus, idque pro ea ratione, quam Christus Ecclesiae commendavit, ut haudquaquam prophanum, sed religiosum & sanctum extitisse hunc actum existimare debeatis. Quocirca non solum religiosis animis vos haec auscultasse spero, verum etiam in hinc quid vestri sit officij cogitare. Nam & nostri causa haec omnia acta sunt. Sumus enim omnes ex eadem massa conflat: & nostram in perniciem astuat diabolus, qui etiam inter filios Dei reperitur, maximeque in eos fertur infestus. Idcirco memores esse debemus dicti Christi: Vigilate & orate, ne intretis in temptationem: tum quòd modo his fratribus inculcavi, vobis commendatissimum esse cupio, quo profligata in peccatis sceleritate, & scelera dominatur, vos animi submissione & reverentia nobis Evangelici saluti ferique verbi patefacitis, & pietatem illibatam Domino approbare insistatis, & amplecti filium aeternum & unicum liberatorem nostrum, ne brevi exardescat ira ejus in nos, ut contra contumaces & ingratos, & pro corrupta veritate, seductio Ecclesiam invadat, aut eosmet singulos infaciat. Ulcisci namque Dominus solet ingrati animi pertinaciam: ut Christus, Apostoli, & exempla, cum vetera, sum recentia, docent. Deinde quum supplices haec praesentes fratres videritis ipsi, haudquaquam peritiosos erroris sui assertores: & eosdem non solum peccatis sincera, fideique capita nobiscum professos, sed in super contrarias doctrinas detestatos esse & abjurasse, superest, ne quis vestrum ipso Christo, Apostoli, & vera Ecclesia Dei durior esse velit, sed eos, postquam offensionis memoria ut fratres & sorores, Christiani charitate complectamini, officiis fovete, ac tueri in Domino studeatis. Nam, qui stat, inquit Paulus, videat ne cadat: cogitet quisque, labi, aberrare & accipi, esse humanum: & (ut Augustinus testatur) nunquam errare angelicum; perseverare autem in errore, diabolicum. Sic enim exemplum servatoris Christi referentis, & Ecclesiam plurimum promovetis, si charitatem & mansuetudinem Christi vobis dignam, declaraveritis. Haec & alia plura in eam sententiam cum dixisset oratione Dominica precari iterum jussit, & actionem, bene eis precando, clausit. Benefaciat vobis Deus, & custodiat vos. Illuminet Dominus faciem suam super vos, & misereatur vestri, ut pacem animo cum Deo, pacem cum sanctis ejus habeatis, per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, qui vivit & regnat, cum Deo Patre & Spiritu sancto, in omni aeternitatem, Amen. Inde cantatum est ab Ecclesia Symbolum Apostolicum, & in pace dimissus coetus,

TERTII BELLI DESCRIPTIO QUOD MAGNUS RUTENORUM Imperator contra Livones gessit Anno 1558. quo Civitas & Provincia Torpatensis à Principe Moschovitarum expugnata, victa & subjugata est.

ATROX & memorabile prælium gesserunt Livones contra Rutenos Anno Domini 1506. sub Ordinis Teutonici Magistro D. Waltero à Plettemburg; excelsi animi & magnæ industriæ Viri: Nondum falsa doctrina aut ulla hæresis eos à Catholicismo transversos egerat; sed præscam avitantiq; Religionem suam pietate & fide colebant: Igitur cum Teutonicus Magister cum Rutenis confligere statuisset; publicâ jejuniâ & solennes Litanias tridud servandas indicit pauld post Natalem virginis matris, ut communibus votis divinam opem & prosperum prælii eventum obtinerent: Conscribit deinde Magister Præfectos & Commendatores universos cum nobilibus totius Provinciæ; quibus copias & auxilia sua conjungunt quatuor Livoniæ Episcopi; Rigensis; Torpatensis, Rivaliensis & Habselensis: Rigensis mille Germanos equites adducit: Torpatensis, quingentos: Rivaliensis & Habselensis; iidem quingentos simul, ita ut Magister Teutonicus septem haberet Germanorum equitum millia; & 5006. Curonum; qui populi sunt Livoniæ: Hoc exercitu Magister Rutenorum fines invadit, arcēsque & oppida quædam expugnat: Inde ipso exaltationis Crucis die ad urbem Pleseoviam tendunt: Juxta hanc sita est planities duorum miliariorum amplitudine; in quam ubi devenere, obviam illis procedit Rutenorum Imperator, cum centenis millibus armatorum qui in duodecim acies distributi erant: His adjuncta erat ingens Tartarorum manus triginta millia conficiens. Itaque Teutonicus Magister, ubi aut turpiter fugiendum, aut ingenti cum animo adversus tantum exercitum, barbarie & armis formidabilem; procedendum videt, ne quicquam de victoriæ spe remittens; fortunam belli tentare statuit, & paucis suorum animos confirmat: *Præclaram sanè victoriam; inquit; ò milites hodie nobis obviamuram de numinis benignitate & vestra omnium fortitudine facile mihi promitto. In causa justissima; Dij non possunt non esse propitij; Vos tantum modo pristinæ strenuitatis & constantiæ memores; existimare vos decem gloriam, patriam, libertatem, & religionem, in dextris vestris portare. Alios forsasse ingens barbara gentis multitudo animo dejiceret: Vos verò milites dum considero; & cum vestra facta æstimo, quibus parentes, patriam, aras, & focos, avitamque adversus hæredita-*

Tom. III.

rios Catholicæ pietatis hostes; fidem sæpenumero tutati estis; eandemque ad extremum vitam, armis & sanguine vestro vindicare cupitis, magna me spes Victoria tenet; animus, atas, virtus vestra hortantur. Hæc ubi dixit non multo post utrinque signa canuntur; Teutonicus Magister glandes ferreas & globos tormentarios velut crebra continuaque tonitrua in Tartaros contorquet; inde maximo clamore infestis signis utrinque concurrunt; gladijs; lanceis omnique telorum genere res geritur: Tartari & Moschoviæ arcubus & sagittis assueti; densissimo creberrimoque telorum jactu æthera obumbrant; quæ tamen universa penè irrita ærem verberant; donec ultro in terram decidunt: Ingens ibi sonitus, ad cælum attollitur; bombardarum fulmina; armorum fragor; vulneratorum gemitus; pereuntium clamor; tympanorum sonitus; equorum hinnitus; omnia & Martem & mortem referebant; Tartari ubi prælio fusi fugatique succedunt duodecim Moschoviorum acies; animis & viribus recentes: Teutonici cæcis Tartaris ubi bellum recrudescere sentiunt; quanto majorem hostium vim prioribus succedere conspiciunt; tanto majoribus animis in hostes irruere; & velut ab integro nova virtute resumpta; ingenti cum cæsim punctimque confligere, lauciare, confodere; vergente jam ad vesperam die qui ex Moschovijs supererant; furtim se Pleseoviam subducunt: Prælio ita dirempo; compertum est ex Teutonicorum agmine unum duntaxat interemptum; Moschoviorum verò & Tartarorum circiter centena millia trucidatos; ut duobus miliaribus cadavera passim dispersa jacerent: Memorabilis hic erat triumphus & singulare virtutis & fortitudinis exemplum; ac dignum quod sempiterna memoria donatum; nunquam aboleatur: Moschoviorum Imperator; (qui ipse in aciem non prodierat) cum summo stupore admiratur tantum exercitum tam exigua manu; tam turpiter cæsum & prostratum; atque ilico pacè quinquaginta annis cum Teutonibus firmat: Qua in ita omnique bellico tumultu composito; legatum Magnus Moschovia Dux ad Ordinis Magistrum ablegat rogans; uti unum quempiam ex ferreis illis militibus (Ruteni Teutones ferreos vocabant) qui tantâ Moschoviorum multitudinem fuderant; ad se mittat; se unâ cum legato obsidem mittere; ferreum illum Virum non in bonoratum in donatumque ad suos reversurum; Magister Teutonicus haud invitè unum è militibus Cataphractum Equitem Moschoviani versus destinat; quem ubi Moschoviæ Princeps ad-

gentate

ventare accipit, confestim universis Ducibus, Nobilibus, & Præfectis suis denuntiat, uti præscripto die Moschoviam convenient, novum visuque dignum spectaculum eos habituros. Destinato die Cataphractus in apertam planiciem juxta aulam Principis, numerosa (ut fit) populi corona, circumstante, procedit, & huc illucque obequitans, petasum à capite cujuscumque circumstantis abripit, cumque in hippodromi centrum projicit. Illic pleno cursu lanceam in petasum dirigit, cumque dicto citius cuspidem arreptum terra sublevat. *Moschovius Imperator* eam equitis agilitatem conspiciens, urfi in morem (solent id facere Moschovii admirantes) barrit. Rursum Cataphractus demissa paululum lancea, in oppositum parietem perniciosissimo cursu fertur. Ac tamen parietem invasurus videretur, ille tamen protinus intacto muro hastam reducit, & equum retrahit. Illud spectaculum denudò Principis omniumque circumstantium admiratio subsequitur. Resumpta iterum lancea plenissimo impetu in parietem fertur, hastamque circumvolitantibus undique fragmentis, confringit. Hæc ubi omni dexteritate expedite gessit Cataphractus, vocatur ad Principem, & accepto insigni munere ad Teutonicum Magistrum remittitur.

Ubi jam quinquagesimus à pace firmata ageretur annus, videlicet Anno 1550. ut pactæ induciæ propediem essent expiratæ, Reverendissimus Princeps *D. Jodocus à Reck*, Episcopus Torpatensis magnæ virtutis, & pietatis Vir, magnis impendiis & sumptibus denudò quinquennales inducias à Rutenorum Imperatore impetrat, talibus conditionibus, si *templa Moschoviorum Riga, Rivalia & Torpati diruta, restaurarentur: Præterea si in provincia Torpatensi, tributa qua exigebat, penderentur, & aliis, si qua essent, quærelis, satisfaceret.* Quæ omnia si præstarent, pollicetur Moschovius quindécim annorum pacem deinde concessurum. Igitur Anno 1555. hæc quinquennali pace iterum expirante, Teutonicus Magister, & Episcopus Torpatensis Hermannus rursum legatos ad Moschoviam Principem ablegant, pacis expetendæ causa. Quibus Moschovius Dux respondet, nullam se pacem Germanis induiturum, quando quidem Basilicas suas non reedificassent, nec tributum persolvissent. Ceterum intercedentibus Moschovii Ducis Consiliariis, triennales inducias promittit, modò spondeant, *proximo triennio eversa phana restauraturos, & ex provincia Torpatensi, singulos homines quotannis singulas marcas tributi loco persolvaturos, exceptis Catholicæ religionis sacerdotibus quos ab hac prestatione eximebat.* Hæc si facturos se promitterent & sigillo testarentur, triennem pacem in gratiam Consiliariorum ac Ducum suorum concessurum pollicetur. Subsignant legati, maxime quoniam Episcopus Torpatensis mandarât, ut saltem quovis modo pacem referrent. Erat autem consuetudinis, ut & Moschovii Princeps legatum ad Episcopum mitteret, qui firmandæ & stabilendæ pacis causæ crucem quandam osculabatur. Legatus ubi Torpatum venit, recusat crucis osculum, nisi Episcopus & Civitas Torpatensis idem quod legati Torpatenses subsignaverant, suo quoque sigillo communirent. Habebat id temporis Episcopus Tor-

patensis Cancellarium Lutheranis dogmatibus impensè faventem, qui & postea Anno 1558. expugnata Civitate Torpatensi, Habelix in carcerem conjectus, tandem ut facinorosus ignominiosa morte vitam clausit. Is Episcopo suadet, ut securè quod petebatur, subsignaret, ac postea spem Moschoviorum eluderet, *Livones eius esse roboris & potentie, ut Moschovius Princeps haud facile eas bello esset appetiturus.* His ita peractis, Moschovij legatus ad Principem suum revertitur. Intercæ nihil eorum quæ postulata & pacta erant, præstant Livones. Elapso igitur triennio, bellum hunc in modum exoritur Anno 1558. circa Epiphaniam.

Habebat id temporis Teutonicus Magister sex militum Germanorum vexilla, quos adversus Regem Poloniæ in aciem produxerat. Igitur Anno 1557. circa ferias Michaelis veredarium ablegat Teutonicus Magister ad Magnum Moschovii Ducem sciscitatur an legatos ad se mittere debeat pacis diuturnioris firmandæ causa, an verò pace reculata bellum eligat. Respondet Moschovius, *Magistrum adhuc sex militum habere vexilla, quos si servare proponat, nihil opus esse legatis, nolle se inducias compelli: sin eos dimittere paratus sit, mittendos esse legatos, & de pace sancienda tractandum.* Hoc responso accepto, omnes Livoniæ Proceres congregantur, & quid faciendum consultant. *Quidam* ætate gravioribus suadent retinendum esse militem, facile animadverti, Moschovium Principem bellum meditari, quandoquidem, conventiones initas Livones non præstitissent: nequam igitur dimittendum exercitum, sed totidem signa denudò conscribenda, eaque in sinibus Rutenorum collocanda. Teutonicus verò Magister cum aliis quibusdam respondet, non esse dandam Moschovio belli occasionem, dimittendos esse milites. Si quid deinde inoliatur Moschovius superesse adhuc Viros & Vires, quibus illi adversum iri possit. Hæc sententia prævaluit, & illic exercitu dimisso paulò post Martini ferias Teutonicus Magister legatos cum centum equitibus, magno cum saltu, splendore & apparatu ad Moschovium mittit, quibus Satrapam suam conjungit Episcopus Torpatensis. Ubi ad Magnum Moschovii Principem ventum, *Princeps atrium suum auro undique resplendens ingreditur, aureo solium occupat, corona regia & sceptris insignitus. Apponitur mensa deaurata, seniores Consilarii numero duodecim lateri sinistro assident, qui universi ex recepto more, quoties consilium agitari contingit, vestes Leviticæ aureas induunt: Magni verò Dux palla choralis seu sacerdotalis circumdatus.* Assumit præterea Magnus Dux duos interpretes qui Germanicam simul & Rutenicam Linguam callebant. Interrogat Moschovius *an pacem expeterent:* Asserunt illud Livones, simulque *scyphos deauratos à Torpatensi Episcopo & Ordinis Teutonici Magistro Principi Moschovio missos, offerunt.* Recipit eos Moschovius, & in proximum triennium deferri jubet. Moschovius principio *recenset eorum perfidiam, qui toties pactas conventiones elussissent, nec quicquam eorum qua ipsosponderant, & sigillis confirmaverant, præstitissent. Majorum præterea pietatem fidem & heroicam virtutes*

virtutes referre, à qua ipsos plane degenerasse aut, cultum divinum à majoribus acceptum abrogasse, basilicas evertisse, sacerdotes & monachos prostrasse: demique nullum pristinæ pietatis, & virtutis vestigium retinuisse, non illos esse Ecclesiasticos Principes; sed quovis barbaro magis profanos, qui tam in omnium vitiorum flagitiorumque genus propendeant, eoque pacem nullo pacto illis concedendam. Ad hæc Teutonici respondent. Se ex majorum donationibus & computu bene subductis, deprehendere nullum tributum Moschovio deberi, quod autem pacem denegat, id Romano Imperatori se questuros. Respondet Moschovius, quas illi querelas Imperatori offerre instituant, qui mandatis ejus Imperialibus, quibus præceperat, ne templâ aut monasteria demolirentur, tam procaciter & obstrepere derogassent? His ita peractis legati discedunt ad pandochium, equos instruunt, Moschovium Principem rogant, ducem itineris concedat, qui in Livoniam eos reducat. Cæterum dati à Moschovio ducēs, per ambages ac devia legatos fraudulenter circumducunt; ita ut in patriam terram non reverterentur ante principium Quadragesimæ. Interea magnus Moschoviæ Dux missa ad Livones epistola; bellum indicit, cujus tenor hic erat:

VVILHELME. LIVONUM MAGISTER, Archiepiscopo Rigensis, Episcopo Torpatensis, cæterisque Episcopi, & universi Livones. Missis ad nos legatos vestros, Viros bonos, Ivanū Bockhorst; Othniem Grothuis, & Volmarium VVrangel, cum reliquis adjunctis, ut capite coram nobis inclinato, peterent Teutonico Magistro, Archiepiscopo Rigensi, Episcopo Torpatensi, cunctisque Livoniæ populis, hanc à nobis gratiam fieri, ut dato ad Præfectos nostros Naugardia & Pleskovia mandato, pax cum Livonibus juxta veterem morem sanciretur. Nos vero Præfectis nostris mandavimus, nullum vobiscum propter vestram injustitiam vindicare. Cæterum legati vestri Ivanus Bockhorst cum suis collegis eam pacem à nobis exorant, iis conditionibus, Ut Magister Teutonicus, Archiepiscopus Rigensis, & Episcopus Torpatensis, cunctique Livones, quicquid injuste contra nos moliti sunt, id restituant & resarciant. Præterea ilico nostris Negotiatoribus concedant, cum suis negotiariis mercatoribus, omnibusque mercium generibus, utpote cera, sevi, loricarum, & armorum mutationes facere. Item ut Episcopus Torpatensis conquirit tributum omnium præteritorum annorum, & universa debita ex tota Diœcesi Torpatensi, de uno quoque capite marcâ Germanicâ, tertio pacis firmatâ anno mittendam. Atque hoc nostrum tributum deinceps singulis annis dare debeat Episcopus sine dilatione, omnibus quoque servitium aut ministerium prestare volentibus, ex quaquam natione veniant, citra ullum impedimentum liberum in nostras regiones accessum & commeatum concedant. Regi quoque Polonia & Magnò Duci Lituanie aut si alius quis in Regem Polonia aut Magnam Ducem Lituaniam surrogetur, nullas suppetias & auxilia ulla in se ferat. Quicquid præterea litera super pace firmata cõfecta, quam multoties descripta sunt, & quarum nomne crucem coram omnibus vobis osculati sunt, continent, ea omnia rite legitimeque præstetis. Insuper & Præfecti nostri Magna Naugardia & Pleskovia has de pace inita literas, ad vos per nuntium suum Melardum Torpiko miserunt: Teutonici quoque Magister, Archiepiscopus Rigensis, Episcopus

Torpatensis, cæterique Episcopi loco & vice omnium Livonum super his literis, crucem ex osculati sunt, & dextrâ porrexerunt: octo etiam sigillis easdem coram Melardo Torpiko communiaverunt, & per eundem Melardum nuntium ad nostros Præfectos ita communitas transmiserunt, eum in finem, quod juxta literarum tenorem omnia nos & Præfectos nostros concernentia, justè & legitime exequi velletis, prout in literis scriptum continetur, in hunc usque diem. Horum omnium nihil adhuc præstitistis. Interea nos ne Christianus sanguis temerè effunderetur, sæpe numero per literas vos monuimus, ut hæc pacta juxta contextum literarum de pace conscriptarum justè & rectè exequeremini. Similiter per legatum vestrum Gerhardum Flemmingk & nuntium Valentinum, item per Melchiorcum suis adjunctis, itemq; per Henricum Winter vobis nunciavimus, ut à verbis injustis & minime veracibus temperaretis, utque probos & integros vos præstaretis, in omnibus causis, juxta literas pacis & crucis osculum, vestramque culpam agnosceretis, ne sanguis innocuus effunderetur. Vos vero nostram clementiam sprevestis, & literas liberi commeatus à nobis postulastis, ea solùm de causa, ut res longius protelaretur. Et quoniam Legem Divinam omnemque veritatem postposuistis, nec de Crucis osculo quicquam cogitatis nostramque gratiam & clementiam aspernamini, ea propter meditamur invocato Divino Auxilio justitiam nostram ergo, & vestram injustitiam quam in crucem Altissimi designastis, vos ulcisci, & vestram prævaricationem vindicare. DEO igitur nobis auxilium præstante & alterutrorum sanguinem profundente, certum erit eum non nostram ob culpam, sed vestram injustitiam profundi. Hoc scitote, Nos non minus ac Vos esse Christianum Principem, nec unquam gratum nobis fore spectaculum, si ullius sanguinem innocentem à nobis profundi videamus, sive Christianus ille sit, sive gentilis. Ut autem injustitiam vestram agnoscat, decrevimus nunc magnificam & præpotentem nostram virtutem hac epistola, qua bellum vobis indicimus, ad effectum deducere, quam epistolam per hunc nostrum ministrum ad vos destinamus jubentes ne in vitium illum detineatis, sed liberum ad nos regressum concedatis. Datum in nostro Dominio, Aula & Urbè nostra Moskæ, Anno 1557. Mense Novembri.

Nec multo post Epiphaniam anno 1558. trecentena millia militum conscribit, atque in Livoniam mittit, ut ferro & incendio univèrsam provinciam Torpatensem hostiliter vastent,

Moschovius ingentem exercitum longo tempore sustentare potest. Neque enim militibus suis stipendia largitur, sed agros exiguo illis pretio locat, quo beneficio operam ipsorum demeretur. Conscripsi autem milites coram Magnò Principe comparent, & nummum, quem vocant *ryn denink*, æstimationis unius Stufferi Brabantici Principi numerant. Reversi ex bello eundem nummum repetunt. Occisorum autem numismata retinet Princeps, atque ita cognoscit interfectorum numerum. Hic igitur tam vastus & barbarus exercitus, octavo post Epiphaniam die Torpatensem Diœcesim invadit, duorumque miliarium latitudinem, dinceps omnia vastant, diripiunt, despoliant, depradantur, ædes, & pagos & cuncta, obvia incendio, homines & pecudes gladio suffollere, jugulare, trucidare, evertere, funtem

deorsumque omnia iactare, non ætati, non sexui parcere, non gemitu, non luctu, non clamore & ululatu pereuntium emoliri, omnia ibi cædibus, sanguine & incendio inundare, conflagrare & conflagrare. Pucros infra annum 10. necant, qui intra 10. & 20. annum constituti, Tartaris velut mancipia venduntur: qui vigesimum superabant, universi nulla miseratione trucidantur. Greges armenta & jumenta, quæ nec assumi, nec abduci in Moschoviam poterant universa mactantur: pagos, vicos, ac domos priusquam incendio vastant, prædatoria manu despoliunt, omniaque usibus suis accommoda diripiunt; ita ut ingentem frumentorum, pecorum, aliarumque rerum prædam aveherent. Quadraginta dies hanc tam immanem truculentiam barbarus ille populus exercet, universam Torpatensem provinciam miserè & crudeliter scædans, diripiens ac devastans, paucis arcebus & una Torpatensi Civitate exceptis, in qua quotquot erant undique nihil præter flammam & fumum conspiciunt, luctu, clamore, & ejulatu campi & sylvæ reboant. Ac tantum aberat, ut Moschovii Livones restituros metuerent, ut juxta ipsam Civitatem Torpatensem ædificia penè contigua succederent. Maximè autem Moschovius exercitus in Germanos sæviebat, quos ubi deprehendissent, miserè & immaniter afflictabant. Viros brachiis truncant. Mulieribus ubera absciindunt, alios in frustra dissecant, & membra tremantis, huc illucque disseminant. Crudele perfectò & plusquam belluinum spectaculum. Heu cadit in quenquam tantum seculus? Igitur Moschovii tam inhumaniter & supra omnem modum defævientibus; & cuncta obvæ depopulatis, immensa nobilium & plebejorum multitudine in Civitatem Torpatensem cum uxoribus, liberis, & quas habebant facultatulis, veluti ad asylum confugiunt non è vicinis duntaxat pagis, sed qui ultra decem & viginti milliaria degebant, quorum omnium numerus exiguo temporis momento in tantam extreyit multitudinem, ut plateæ, cœmetria, & pomœria undique & ubique scaterent. Et cum Civitas tam immensam hominum copiam ambitu suo capere non posset, ultra decem millia cum mulieribus & liberis in fossas Civitatis confugiunt. *Magna ibi calamitas & miseria conspicitur, inopes, nudi & inermes sub dio passim sternuntur, cum gelu, glacie, frigore & nivibus omnia horrent, asperissima erat hyems & frigus intentissimum, ut plurimi intoleranda frigoris asperitate & horrore suspentes enecarentur. Alii famo, siti & inedia consumpti, vix ossibus hærentes afflictam animam exhalant: Alii frigoris & inedia paulo patientiores, omni miseriarum genere cooperti, omnibusque vite adminiculis destituti, quo ad possunt agrè vitam protrahunt: sed nec tantis ærumnis ac doloribus superatis, sperato possunt effugio.* Superveniens enim Moschoviorum exercitus, in ipsas fossas, ubi infelix hæc plebecula duriter & miserè latitabat, præcipites ruunt, gladiis lanceis, sagittis, omnique armorum genere eos invadunt, fauciant, jugulant, confodiunt, plagis & vulneribus opplent, ibi nova calamitas, luctus, clamor, ululatus, miseræ miseris accumulatur. Oppidani tantam hostium vim ac truculentiam conspicientes, metu & formidine præsentanei discriminis auxilii, nullas vias qui foris erant suppetias ferre audent, sed intra vallum & mœnia se continent. Quando igitur prodire, & cominus cum hoste configere formidant, tormen-

tis & machinis bellicis instructis, glandes & globos tormentarios in hostes jaculantur; ita ut Moschovii tandem à Civitate recederent. Igitur provincia Torpatensi funditus devastata, in ditionem Teutonici Magistri per Territorium Leidense proficiscitur, ibidemque uti antea fecerant, universa depopulantur, ut nè tugurium quidem unquam incolume permaneret. Inde in ditionem Nerviensem, Teutonici quoque Magistri dominio subjectam; progrediuntur, idem omnia depradantes & evergentes, ut res non belli, sed rapinæ potius & latrocinii speciem haberet. Ingressus erat exercitus Livoniam ea parte; qua Episcopus Torpatensis arcem habet *Njenhusen* rursumque circa Quadragesimæ principium per territorium Nerviense ingentibus spoliis in Ruteniam regrediuntur, quæ ab invicem plusquam quadraginta miliaribus distant. Interea per universam illam Livoniæ provinciam grassantes, sedecim miliarium latitudinem peragrarunt, nihil salvum & incolume relinquentes. Prima hæc fuit id temporis Moschoviorum in Livoniam irruptio, in qua nec Teutonicus Magister, nec Episcoporum ullus, hostilibus illorum vastationibus; rapinis & incendiis quicquam restiterunt.

Tanta clade accepta, universi Livoniæ Proceres circa Dominicam Oculi, in Quadragesima, in Civitatem *Wendensem* conveniunt, quid in rebus tam deploratis consilii captandum sit, consultant. Eodem tempore *Torpati* ingens ac terribilis Cometa conspicitur, oblongo & formidabili radio universis suspicientibus horrorem incutiens. Proceres dum consilia inter se conferunt, principio discordare, alii conferendum militem suadent, & post ferias Paschales finitima quæque Moschoviorum, ferro & incendio depopulanda, suorumque innoxiam sanguinem patri crudelitate, vindicandum, toties barbarum illam Tyrannum, fuscum fugatumque à majoribus, non tantum virium aut roboris illi accessisse, quin & nunc vinci superarique possit. Alii Bellicas impensas & hostis potentiam considerantes, consulunt, sexaginta aut septuaginta Talerorum millia ad Magnam Moschoviz Ducem mittenda, pacemque redimendam, *injustam emptamque pacem legitimo bello, hac tempestate preferendam, pecuniam tam hand multis magnisve stipendiis erogandis sufficere, quam non difficulter pacem sint impetraturi.* Qua sententia tandem communibus suffragiis recepta, Teutonicus Magister ilicò circa medium Quadragesimæ veredarium ad Moschovium Principem ablegat, petens quadrimestres inducias, & liberum accessum in Moschoviam pro firmanda pace. Moschovius petitas inducias, cæteraque omnia concedit. Igitur circa octavam Paschæ diem Teutonicus Magister quosdam deligit qui legationem ad Moschoviz Principem obeant. Itidem Episcopus Torpatensis suos legatos adornat. Et quoniam compertum habebat Moschovium nonnullis, propter cognitam eorum in rebus novis molientis audaciam, plus satis infestum, destinat legationi perferendæ *D. Wolfgangum Zager*, Metropolitanæ Ecclesiæ Torpatensis Decanum Virum antiqua pietate, doctrina, & virtute præstantem, qui & novennio, publico Ecclesiæ munere perfunctus erat, priusquam *D. Philippus Olmen* hujus historiæ spectator ad idem munus adficeretur. Erat strenuus Catho-

licæ religionis vindex, & collegium cui præerat pro sua virili penè 20. annis optime gubernarat, ita ut novæ factionis sectatores eum *Livonia Papam* appellarent. Verùm quinquaginta Rutenicæ ditionis miliaribus emensis, morbo correptus, vitam morte commutat. Erat præterea duobus à Torpato miliaribus quidam equestris Ordinis Vir, primæ apud Livones nobilitatis, qui itidem cum familia & subditis in Catholica Religione perstabat. Hic Decano in legatione perferendâ adjungitur. Legati postquam ad Magnum Moschoviæ Ducem perveniunt, pecuniam paci redimendæ destinatam adferentes, perturbatum infestumque Ducis animum comperiunt, nec ullam pacem ullasve inducias impetrant. Causa hæc fuit. *Habebat Teutonicus Magister oppidum in Rutenorum confinio situm, cui nomen Nervio, atque ibi arcem. Habebat quoque Moschoviæ Dux juxta Nerviam illam oppidum, sitidem Nervia appellatum, & castrum insigni munitum. Hac duo oppida adeo erant confinia, ut uno tantum fluvio interlabente distinguerentur. Magistri Civitas Germanica Nervia, Moschoviæ Rutenica Nervia vocabatur. Ordinis Teutonici Magister in sua Nervia præter quendam Ordinis Commendatorem, qui civitatis præfectum agebat, trecentos milites, & centum quinquaginta equites præsidij loco adversum Rutenos collocarat. Rebus Ecclesiasticis tum in templo, tum in arce Lutherianum Concionatorem præferebat. Moschoviæ Dux in sua Nervia tria milia Rutenorum constituerat. Ubi quadrimestrium illarum induciarum: de quibus paulo ante dictum est; unus mensis præterisset, & legati jam compluribus diebus in itinere fuissent, (distat enim Moschus civitas à Torpato centum quinquaginta miliaria Germanica) contigit, ut Commendatoris ministri e turribus prospicientes, viderent ingentem Rutenorum turbam in Rutenica Nervia obambulantem. Illi confestim seu protervia seu largiore potu stimulante, duos colubros pulvere tormentario gravant, in Rutenos dirigunt, & ferreas glandes in mediam turbam jaculantur. Cæteri Commendatoris ministri, & milites qui in vicinis propugnaculis & turribus præsidium agebant, pactas cum Rutenis inducias exspirasse putabant, nec mora gravatis nitro instructisq; tormentis, certatim eosdem Rutenos creberrimis globis acielis invadunt, ut plurimum eorum occumberent. Rutenis religio erat violare inducias, eoque nullum in hostes telum retorquent, sed confestim emissarium ad Magnum Moschoviæ Principem ablegant, nuntiantes quam perfidè, & iniquè Livones pactas inducias rupissent, plurimosque Rutenorum nullo bello legitime denunciato, præter omnium opinionem telis & globis tormentariis hostiliter invasisse, & miserè trajecissent. Hoc nuntium eodem tempore quò Livonum legati Moschum pervenerant, ad Magnum Ducem perferitur. Legati hujus tempestatis ignari ad principem accidunt de pace tractaturi. Princeps recenti suorum clade & Livonum scelere nunciato commotus, indignabundus exprobrat Legatis, quam perfidè *Nervenses* inducias violaverint, Rutenos contra jus & fas ex inopinato oppetiverint, obruerint, interfecerint, impiam esse doctrinam, quam paucis ab annis susceperint, priori religione profingata, omnem illos virtutem, fidem, constantiam, pudorem simul exuisse. Minatur in super se tam insignem perfidiam ferro & flamma se-*

verè vindicaturum, frustra cum illis de pace tractari, quorum animus rapinis, libidinibus, omnibusque flagitiorum generibus turpissimè sit delibutus. Ad suos redeant, pecuniam Magistro referant, se paulò post secuturum.

Legatis in Livoniam reversis Magnus Moschoviæ Dux ingentem exercitum cum prægrandibus bombardis & machinis *Nerviam Germanicam* versus mittit, Civitatem obsidet, armato milite & tormentis muros invadit. Octavo obsidionis diè ignem in Civitatem jaculantur. Ignis nutrimentum nactus, continuè invalescens, totam per urbem grassatur, ipsasque portas comburens, hostibus ingressum patefacit. Ruteni patefacto aditu, in Civitatem irruunt, omnia depopulantes, Oppidani cum auxiliariis in arcem confugiunt, sed paulò post comitatu destituti, Præfectus seu Commendator ditionem facit, hæc conditione; ut ipsi cum omnibus Germanis militibus liberum abitum concedat. Hoc impetrato, castrum Rutenis deditur. Commendator cum suis militibus, omnibus, quas auferre speraverant, facultatibus exuti, dimittuntur. Cives in Jus & Imperium Magni Ducis concedunt, eique sacramento se obstringunt. Expugnata *Nervia*, Moschoviæ exercitus arces, pagos, vicos, domos ac villas undique quindecim miliarum latitudine circumjacentes diripit, & vastat. Nova ibi calamitas, nova ærumna & lamentatio exoritur, factumque ita ut quotquot ibi agricolæ Teutonico Magistro antea parebant, nunc ab eo desciscentes, in Moschoviæ Ducis Jurisdictionem & Imperium concederent. Direpto igitur & vastato Nervienfi territorio, circa Natalem Baptistæ Rutenicus exercitus in provinciam Torpatensem progreditur, ac tertio, post Baptistæ Natalem, diè primariam episcopi Torpatensis arcem, cui nomen *Nsenhusis*, octodecim à Torpato miliaribus distantem obsidet. Rutenorum non pauciores erant, octoginta millibus. His adjuncta erant ænea tormenta plurima & maxima. Priusquam hujus arces expugnationem referamus, memorabile faciamus, quod olim in ea contigisse ferunt, interponemus, ut animus ab his bellicis tumultibus, cædibus & incendiis paulisper respiret. Oppugnavit olim hoc castrum Magnus Moschoviæ Dux, Anno 1381, cui oppugnationi ipse intererat una cum trecentenis militum millibus. Ac tandem post diutinam & pertinacem obsidionem & crebras irruptiones, mœnia & propugnacula labefacere incœptant, obsessi cum hostium assultum diu sustinuisent, tandem solis viribus humanis diffisi, Divini Numinis clementiam & auxilium quotidianis ardentibusque votis exposcunt. Præfectus ut in bellicis rebus reliquis præstabat, ita hoc quoque in negotio cæteris ferventior erat. Igitur quadam nocte Veneris diem proximè antecedente, in somnis privigilat, ante aram quandam prosternitur, orat, ut in tam deplorato rerum statu Deus apparere dignetur, felicemque tam gravis obsidionis liberationem elargiri. Exorto sole, cum Ruteni certam jam arces expugnationem sibi promitterent, exurgit e precibus suis præfectus, acceptoque arcu, telum ferrea acuminataque cuspide in Dei nomine in medium Rutenorum exercitum e fenestra emitit. Favent conatibus Superi, volat missile ferrum, & ipsius Moschoviæ principis cor transfigit. Concurrent trepidi comites, dominumque ruentem suscipiunt. *Ille manu morsens, telum tra-*

ist, ossa sed inter ferreus ad costas alto stat vulnere mucro. Ruteni magno cum ululatu Principis & Imperatoris sui tam funestum & luctuosum casum deplorant, arreptumque turtus in Moschoviam perferunt. Livones hoc mirabili memorabilique modo liberati, arcum perpetui trophæi loco in Basilica, quæ ibidem in castro extructa erat, ad altare suspendunt. Solebat in eo templo cultus divinus quondam magna pietate ac devotione peragi: nunc vero perversis dogmatibus receptis, nullum pristinae pietatis vestigium conspiciebatur. Arcum ibidem suspensum, vidit Venerandus Vir *D. P. Olmen*, quondam Metropolitanae Ecclesiae Torpatensis stipendiarius Canonicus, nunc Ecclesiastes Resensis.

Teutonicus Magister cognita arcis *Nienhusen* obsidione, duo Germanorum equitum millia adducit, & unâ cum Episcopo Torpatensi, qui trecentos habebat equites (equester enim Ordo Rutenica depopulatione opibus fortunisque omnibus exutus erat) obsessis auxilia ferre meditatur. Ubi sex adhuc miliaribus à Rutenico exercitu abessent, prope castrum Episcopi Torpatensis cui nomen *Kieriepe*, sua tentoria figunt, ibidemque ad dies 24. morantes, omne tempus quieti & luxuriae concedunt. Obsessi, quum præter paucos accolae qui in arcem confluxerant, & sexaginta præsidarios milites, nulla haberent auxilia, diutina obsidione fatigati, nullaque suppetiarum spe affulgente, & rebus accisis deditio nem faciunt, ea conditione, ut ipsi cum scæmineo comitatu securi abscedant. Cæterum duo millia progressi, in aliud Rutenorum agmen incidunt, qui raptis Virginibus & scæminis, illos nudos, omni que argento spoliatos dimittant. Teutonicus Magister deditio nem factam intelligens, ira simul ac dolore exacerbatus, Castrum Episcopi Torpatensis *Kieriepe* igne succendit. Præclarum hoc fuisset & gloria dignum, si facinus istud in hostem designasset. Expugnata igitur arce *Nyenhusen*, & præsidio munita, Dux exercitus Rutenici cum universo agmine ad Teutonicum Magistrum pergit, prælium cum eo committere constituens. Magister re intellecta, ocyus fuga arrepta, desertoque Episcopo, à Torpatensi provincia penè ad 25. millia recedit.

Ruteni equites numero 30000. pergunt in Torpatensem provinciam, obvios quosque Germanos trucidant, alios plebei ordinis homines, quotquot parati erant, magno Moschoviae Duci subijci, illi parere & iurejurando obstringi, hos in gratiam recipiunt. Imperator Rutenorum, quoniam ipse bello non intererat, præfecerat exercitui Ducem quendam Moschovium, cui nomen *Petro Sisgaleider*, a septem navibus Galeaccis, quib. in mari præfuerat, & piraticam exerceret, ita appellatus. Hic cum universo exercitu, videlicet, quatuor agminibus Rutenorum seu Moschoviorum, quò Tartarorum quorum erant triginta millia, & altero tormentariorum seu sclopetariorum qui duodecim millia constituebant, machinis quoque & tormentis æreis pregrandibus, tanto, inquam, cum exercitu, ad obsidendum Torpatum progreditur. Interea quosdam Germanos deprehendens, viros brachiis truncat, foeminas ubera & naves abscindit, hos tam miserè & crudeliter deformatos, Torpatum præmittit, denuntiat ut civitatem dedant, in Moschovii

Principis imperium concedant, ni faciant, omnes eadem & graviore pœna plectendos. Rutenicus exercitus sex miliaribus à Torpatum castrametatur. Universus militum numerus, ut fertur, 30000. constituebat. Cives Torpatenses & reliqui equestris Ordinis, cognita obsidione, Cathedralis Ecclesiam claudunt, præcipientes ne quisquam Missæ sacrum in ea peragat, prævaricantibus extremum supplicium interminantur. *Ingens sanè & horrenda populi cœcitas dicamne an impietas in tam presentaneo discrimine, rebus ita nutantibus hostico exercitu miris imminente, nec ulla humana ope ullam salutis spem promittente, divina præsidia tam profanè aspernari, ridere & execrari.*

Interea dum hostes sex miliarium intervallo castrametantur, quotidie sex aut septem Rutenorum vexilla ad urbem emicant. Cancellarius Torpatensis, cum quibusdam consiliariis & nobilibus, Episcopum accedunt, simulant se urbe egressuros, & comminus cum hoste conflicturos. Illi portis emissi, deserto Episcopo, derelicta civitate, perfidi & profugi *Rigam* omni celeritate se recipiunt. Civium quoque bona pars, opes & merces suas *Rigam & Rivadliam* miserant, & paulatim ex urbe secesserant. Morbo etiam à Pascha ad Pentecosten grassante, plurimi sublati erant, ut pauci admodum, qui urbem defenderent, superessent. Hi erant Cathedralis Ecclesiae Canonici & sacerdotes, cum Episcopo & paucis Nobilibus, & plerisque qui in Catholica religione perseverantes; intra munitatem (ut vocant) Ecclesiae Cathedralis habitabant: neque enim Senatus aut Cives ullum in civitate tolerabant, qui religionem Catholicam non abjurabat. Septima mensis Julii *Centurio* quidam *Groningensis* cum sexaginta militibus Torpatum venit, ab Episcopo in præsidium suscipitur, inde ex opificibus & plebeis adhuc centum alleguntur. Undecimo Julii Rutenicus exercitus, Torpatum ad obsidendam Urbem pergit. Tunc omnium Torpatensium animos ingens metus & formido invadit, ut quid inceptare, quid moliri deberent, dubii, anxii & trepidi rerum, haud satis definire possent. Canonici assumpto *Duce Groningensi* & plerisque nobilibus, in Civitatem ad forum descendunt, hortantur & obsecrant Cives, ut resumptis animis, viriliter hostium impetum sustineant, se, uxores, liberos, & patriam, adversus hereticarum Christiani nominis hostem fortiter & fideliter teneant, facile hostes posse propulsari; si unanimes, concordibus animis & armis, pro aris & focis dimicent. Adhuc Consul: *Si Episcopus Hermannus & Canonici Romano Pontifici renuntiant, Evangelium amplectantur, velle ipsos civitatem serio & viriliter tueri.* Respondent Canonici: *Grave hoc & exitiosum tum sibi, tum ipsis futurum, quandoquidem animadvertant post assumptam illam novam doctrinam omnia illis adversa fuisse, nunquam tantam a Moschovia cladem accepisse, quantum post religionis mutationem perierint.* Tandem Satrapa pronunciat, *ut quilibet sua in fide ac religione permaneat, nunc non de fide, sed pro Patria, parentibus, & liberis decertandum.* Illud consilium cum omnibus probaretur, sacramentum præstant, nunquam se Rutenis urbem dedituros, sed ad extremum usque habitum pro communi omnium salute fortiter dimicaturus. Confestim tres civitatis portas muro obstruunt, ænea tormenta in turribus & propugnaculis collocant.

cant, ipse undiquaque in mœnibus & speculis præsidia & excubias agitare. Undecima Julii die quæ in feriam secundam incidit, mane ante solis exortum, speculatores universum Moschoviorum & Tartarorum agmen urbem obsidere comperiunt. Castra ante portam sancti Andree ad Orientem fecerant, eaque Vallo muniverant, Densissimæ erant ea nocte tenebræ, ac tamen si sol tertia hora matutina exoriretur, tamen propter nebulam mirè spissam parùm aut nihil prospici poterant. Torpatenses obsidione cognita, æneas glandes & tormentarios globos ea parte qua strepitum audiebant, ejaculantur; sed neque in quenquam collimare, aut quid proficerent, scire dabatur. Sclopetarii seu sagittarii sexaginta quotidie bis ex urbe emicant; & levi pugna Rutenos adoriuntur: sed quoniam rari erant, parùm efficiebant. Nebulæ densitas per Lunæ & Martis, & Mercurii diem continenter durabat, ut vix paucis passibus prospicerent; certoque pateret; oblivionem illam à Deo ex certo vindicandi proposito permissam. Mercurii die equites Torpatenses omnes, hic erant circiter sexaginta, denuo ad Rutenos procedunt, & levi prælio confligunt, multos æneis, & plumbeis glandibus trajiciunt. Speculatores quoque & qui in turribus præsidium agebant, tormentarios globos in Rutenicum agmen jaculantur; tanta vi & copia, ut velut flammis & incendio Civitas septa videretur. Equites cum ad horas duas acriter cum Rutenis dimicassent, & hostibus undique accurrentibus nimis essent impares, in urbem se recipiunt; uno duntaxat suorum amisso, equis vero sagittis ac telis Rutenicis graviter vulneratis. Ferebatur tunc in urbe, aliquot Moschoviorum millia gravioribus tormentis interfecta, conspiciebantur quoque passim equi dejectis fessoribus circumquaque procurrentes. Feria quinta Moschovii machinas ac tormenta sua instrunt, non tamen in mœnia ipsa dirigunt, sed in altum levant, ut globi, (quos vix duo lecti viri elevassent) in ædium tecta prociderent, quorum pondere parietes, tecta ac ligna collisa ac diruta, pueros, tœminas, passimque omnes inquilinos repente præter expectationem opprimebant. Tantis erat ea die ac nocte intus & foris bellicarum machinarum fragor ac sonitus, ut vix alter alterius sermonem exaudiret.

Ruteni proxima nocte quæ Veneris diem antecedebat, ad portam D. Andree, fossam ingentem sub mœnibus fodiunt, & sex vasa pulveris tormentarii substituunt, ut vi pulveris eam mœniorum partem dirumperent, & subverterent. Sequenti die circa horam nonam matutinam, denuo Ruteni terribili tormentorum fragore oppidanos invadunt. Fœminæ tum natura, tum præsentaneo discrimine pavidæ, luctu, lachrymis & ejulatu omnia complent. Quam tam miserabilem miseriam, Consules undique conspicientes, Cathedrali Ecclesiam ascendunt, deploratum Civitatis statum Episcopo exponunt, deditionem se facturos ajunt, quoniam tantam suorum calamitatem, luctum & ærumnam ulterius coram videre ac sustinere nullo modo queant. Episcopus monet ut meminerint deditionem sempiternam ipsis turpitudinis & ignominia futuram, deinde per spectam illos habere Moschoviorum & barbariem & tyrannidem, Fideque ac Religionem in Deum ac Divos blasphemam, tum ab universa Ecclesia totoque terrarum orbe dissentaneam. Expendant, ne pecudes quidem à Cris-

stianis tam immaniter tractari, ut homines à Moschovijs. Considerent quantum truculentiam & plusquam ferinam barbariem in virgines & fœminas Christianas exercuerint. Eadem & graviora fortassis ipsis imminere, si sponte tam crudelis domini jugum intolerabile subeant. In hanc sententiam cum ad perseverantiam hortaretur Episcopus, nihil secius pertinaciter deditionem urget Senatus; quo factum, ut ingens dissentio in urbe exoriretur. Nec multo post eodem die circa horam duodecimam legatum ad Moschovii exercitus Ducem mittunt; supplices rogant, ut ab obsidione desistat; paratos se fore, si vitam & facultates salvas ipsis promittat; Pontifici & Imperio Romano renuntiare, & præstito Sacramento in Jus & Imperium magni Moschovia Ducis concedere, ac deditionem facere. Exercitus Rutenici Dux accepta legatione; certam pacem illis promittit; si propositas conditiones inire velint. Hoc responso solide gavissus Senatus; duos ex Senatoribus ad Ducem ablegat; qui omnium nomine jusjurandum præstent. Et fama ubi per urbem divulgatur; ingens tumultus & seditio exoritur. Militum præfectus cum sua cohorte, & Cathedralibus Canonicis, reliquisque Catholicis, nullo pacto ad sacramentum Moschovio Principi præstandum induci sustinent; sed nec deditionem facere, verum armis, vita, & sanguine avitam Religionem, libertatem, & patriam vindicare parati sunt, impiamque & nefariam Senatus defectionem graviter redarguunt; salva esse adhuc mœnia; comeatum prælargum ac sufficientem, prædiariostametsi non ita multos; tot tamen ac tales; qui & urbem protegere ac defendere possint; ea fortitudine animique præstantia præditos; ut vitam prius & spiritum; quam urbem & libertatem amittere velint. Senatus nihil à proposito declinans, & fidem & religionem cunctaque vitæ posthabenda arbitratur. Atque ut culpæ ac defectionis socium haberet; Episcopum cujus instantiam exploratam habebat, accedit, ipsumque ad arcis cujusdam & Abbatia Valkenæ deditionem inducit. Milites, qui centum sexaginta erant, & quadraginta Cathedralis Ecclesie Cantores & Canonici, hac defectione nequicquam à pristina constantia dimoventur; sed mutuam fidem ac tutelam invicem stipulantur & promittunt; languinem prius profunderè, quam Patriam proderè, avitamque religionem abjurare; statuunt. Hæc feria sexta contingebant. Postero die Moschovii exercitus Dux cognita oppidanorum dissentione; ut urbe potiretur & obsidionem conficeret; nunciat obsessis; neminem se coacturum ut abnegato Imperio Romano, in magni Moschovia Ducis Jus & Imperium sese dedat. Urbe se vel volentibus, vel invisitis oppidanis omnino potiri velle. Qui Moschovio Duci sese dederè ac jusjurandum præstare deservissent, illis liberum fore, ut per universum Rutenorum exercitum secure in Germaniam secedant. Qui vero parati sint in Moschovij principis Imperium contedere; illis vitam & facultates salvas fore. Cæteris qui neutrum horum faciât, extrema minatur. Adsequentem Lunæ diem circa septimam matutinam portas apertas fore; interea deliberent, & quid facturi sint constituent. Milites prædiarii cum Cathedralibus nihilo secius armati duas subsequentes noctes pervigiles ducunt; quandoquidem & Senatum cum Civibus & Moschovios adversos habebant. Interea plerique Nobiles, Cives & fœminæ Catholicissimi reliquis paulò observant

observantiores, ad Cathedrales concedunt, & voluntarium exilium unâ cum ipsis eligunt, atque ita numerus secedentium excrevit in 200. armatos, & 200. fœminas ac virgines. Die Lunæ portis adaper-
tis, egrediuntur Catholici, quos Rutēnici exerci-
tus Dux, universum agmen juxta datam fidem, di-
mittit. *Ingens ibi luctus & ejulatus exoritur, mari-
rus ab uxore divellitur, fratrem soror deserit, liberi à
parentibus, cognati à propinquis secedunt. Alij senio,
morbo, aliove incommodo gravati tam longinquum,
ignotum, plenumque discriminis suscipere neque-
unt, alij bonorum facultatumque appetentiores, Ponti-
fici & imperio Romano renunciant, & Moschovij
Principis jugum subeunt, Catholici urbe, patria, ac
domo profugi, omnibus derelictis, plurima etiã ma-
res prolibus onusta Rivaliam contendunt.* Dum per
Rutenicum exercitum gradiuntur, Tartari quorum
erant triginta millia, Livones invadere parant, eos
in prædam sibi datos afferentes, arcus instruunt, &
novo eos insperatoque prælio appetere instituunt.
Fœmineus cœtus præsentaneum periculum conspi-
ciens, protinus in clamorem & ejulatum, ut fit, sol-
vitur. Cæterum Deus mirificè eos tutatur. Clarum
erat & serenum cœlum, nec à viginti diebus plu-
verat, nec octiduo post pluebat. Nihilominus in
tanta serenitate ingens ac formidabile tonitru in
medium Tartarorum agmen quinquies immittitur,
tanto fragore ac sonitu, ut terra commoveretur.
Tartari quoque instar pulveris huc illacque disper-
gebantur. Nec multo post Moschovij exercitus

Dux lituo, quem gerebat, designat, ut liberè dimittant Livones, indicat præterea per interpretem, deducendos eos securè per media castra & universum exercitum, ingentemque equitum cohortem ipsis adjungit, quo securius evadant. In ipso progressu plerique ob æstus vehementiam, & pulveris, quem equitatus ille concitabat, densitatem, languidi & emortui miserabiliter concidebant. Moschovij agminis Dux præfens huic ductui cum aliquot equitum millibus intreat, vincumque habebat Episcopum, quem ad *Abbatiam Valkenadensem* ducebat, ibidemque carceri mancipabat. Eò ubi ventum, dimittit Livones. Illi paululum progressi novi discriminis, triste nuntium accipiunt. Monentur enim ab agricolis, latère à duobus milliaribus octo Tartarorum millia, quibus Livones universi prædæ ac direptioni dediti sint, vitæ quoque ac necis potestatem in ipsos habeant. Idem secreto præmonuerat eos quidam Torpatensium, qui præstito jurejurando in Moschovij Ducis Imperium concesserant. Livones principio conflictum meditantur, postea re penitus considerata, duos agricolas conducunt, qui eos ambitu quodam per nemorosa & palustria loca quo Tartarorum equitatus penetrare nequibat, tri- duo circumducunt, inde post quintiduum Rivaliam perveniunt, ubi singuli navibus conscensis, salutem ac prosperitatem sibi invicem precantes, quo animus, voluntas & consilium ferebat, contendunt.

HISTORIA BELLI DITMARSICI,

gesti Anno M. D. LIX. ab Inclyto *REGE DANIÆ
FRIDERICO, &c.* & Illustrissimis Principibus
Slesuici & Holsatiz Ducibus, &c.

Itē Coronatio Inclyti Regis Daniæ Friderici, &c.
facta Anno eodem die mensis Augusti 20. descriptæ carmine Heroico
à Hieronymo Hofio Poëta Laureato ab Inclyto Rege
Daniæ Christiano.

INCLYTO AC SERENISSIMO REGI FRIDERICO,
Regi Danorum, Norvegiæ, Gothorum, & Henetorum, Duci Slesuicensi,
& Holsatiz, Principi Ditmarsie, &c. Comiti in Oldenburg,
D. suo Clementissimo.



Um priore ætate mei cujusdam negotii causa ad te in Daniam profectus essem Serenissime Rex Friderice, eo tempore, quo inclytæ M. Tuz Coronatio facta est & aliquandiu Haphniæ commorari cogerer, quidam consiliatorum M. Tuz me sollicitabant, ut rerum à te in bello Ditmarsico præclare gestarum & coronationis tuz historiam, antequam discederem, heroico carmine Haphniæ describerem, & fore affirmabant, ut hanc operam R. M. Tua non improbatura esset, ideoque summam historię Ditmarsicæ ab his conscriptam, qui bello ipsi interfuerunt, & qui

candore & virtute præditi sunt, ac veræ historię seriè summam annotarant, tradi mihi curabant. Illi Viri cum me hominem peregrinum omni humanitate, ac benevolentia singulari prosequerentur, & alias mihi in meo negotio non defuissent, recepi me quod peterent, pro ingenii mei tenuitate sedulo facturum, præsertim cum recorderer, quantum beneficiorum ab inclyto, ac laudatissimo Heroe Rege Daniæ Patre suo Christiano accepissem, & pro his meritis æternam me ei, & illius posteritati gratitudinem debere agnoscerem.

Ita bonam partem belli Ditmarsici Latino carmine tum reddidi, & eam R. M. Tuz manu scriptam exhibui, eo consilio, ut explorarem, utrum M. Tua & M. Tua

M. Tuæ consiliarii, quorum multi non Generis tantū Nobilitate, & Virtute, sed & Eruditione, & Sapientia antecellunt, hanc versionem, & venæ meæ tenuitatem probarent, quod ex ipsorum iudicio pendere mallem quàm mei ingenii invalidis viribus confidere, præsertim cum ea materia huiusmodi esset, ut nonnisi præstantis Poetæ, qualem me minime esse cognosco ac confiteor, Vires; ac ingenium exigere videretur. Sed eum obtulissimè R. M. T. eam historiarum partem, quam carmine reddideram, non Tuæ M. tantum, sed & præcipuis consiliariorum R. M. Tuæ hanc qualemunque Versionem materiæ tractatu difficilioris non improbari conjecturæ me firmæ docebant.

Nam & nobilissimo Viro, Virtute; eruditione ac sapientia excellenti *D. Joanni Fris* summo R. M. Tuæ Cancellario venam meam quantumvis tenuem & jejunam non displicere multis argumentis conjectare potui. Qui Vir; ut ipsemet literarum lumen est ac ingens decus: Ita Musarum hoc seculo vulgo exultantium Mæcenas ac Patronus summus haberi; ac coli jure debet. Nec clarissimis Viris virtute & eruditione præstantibus *D. Hieronymo Zennero Cancellaria Germanicæ præfecto*; Et *D. Bordingo* quo nunc Haphniensis Academia Rectore gubernatur; & *Casparo Baselio Licentiatò* aliisque meas Lucubrationes aliquando non displicuisse novi.

Injunctum mihi ergo tum R. M. Tuæ nomine fuit, ut, si fieri posset, ante, quàm in Germaniam redirem, integram historiam absolverem; quod facturum me fuisse multi aulicorum sciunt; nisi cum comitatu Inclite ac illustrissimi Ducis Augusti Electoris Saxonie, &c. discedere commodum ac minus periculosum fore mihi visum fuisset.

Promisi ergo me utramque historiam Belli ac Coronationis Wittebergæ Latinè & Germanicè scriptam editurum esse, quia & Germanicè edi aliqui volebant. Autumnalis enim navigationis pericula me valde sollicitum reddebant; quod cum proficiscens in Daniam trajicerem Mare Balticum, in sævâ tempestatem; ac in discrimen vitæ prope extremum incidissem, & havem vicinam procellis diu jactatam cum viris, qui in ea erant, miserabiliter perire; ac submergi vidorem; & nobis, qui una navigabamus, simili periculo pereundum plane putarem. Hæc enim ita evenisse, testis mihi erit nobilis ac egregius juvenis *Matthias Brand Pruienus*, qui mecum in eadem navi hanc fortunam experiebatur. Summa erant illo die in toto mari pericula. Nam & *Daniscani, Lubecenses & Hamburgenses* Legati ituri ad te Inclite Rex Haphniam eodem momento cum procellæ ac fluctus navem; qua vehabantur; arenis

illiderent, in cymba quæ navi adjuncta fuit, difficulter ad littus subvecti, incolumes evaserunt.

Scripti itaque utramque Historiam rerum gestarum in Bello Ditmarsico, & Inclite Tuæ Coronationis, sicut promiseram, Latinè oratione quidem uberiore, Germanicè breviorè. Quantum vero operæ ac laboris triverim in tractatione materiæ difficilissimæ; nonnisi, qui rem intelligunt, & artis poeticæ rudes non sunt; judicandum relinquo. Nec Sciolorum quorundam ac Sycophantarum iudicia seu calumnias curo, qui nullius momenti aliorum operas esse judicant; & suas tantum admirantur, & laudant, quod alii, qui laudarent, fortassis non erant. Hi sanè sibi placent. Ego candidum Lectorem, oro ut cum audit huiusmodi obrectatores, veritatis tuendæ causa; se illis opponat, & eorum calumnias confutet. Hoc qui faciunt, *DE Orem* gratiam facere se norint, *qui obrectationes, & mendacia vituperat, & severissime damnat.*

Scripti autem Historiam Ditmarsicam ea fide; ut neutri parti quicquam aut addam, aut detraham; quod addi, aut detrahi debet. Et quanquam scio diversa iudicia de hoc scripto futura esse, quod multi fortassis sunt; qui tibi *Inclite Rex* hanc tam augustam ac felicem victoriam clam invident, & me Historiæ Veritatem ubique non observasse dicent; tamen ejus conscius mihi; quod nihil de victa gente in hoc opere, quod non exploratissimum mihi fuerit; scripserim, parum illorum iudicia moror.

Quæ laudanda utrinque fuerunt, laudavi, quæ vituperanda; vituperavi. *Veritas enim in Historiis observari, & præferri debet.*

Has lucubrationes *Serenissime Rex*, Tuæ M. offero; & M. Tuæ Consiliariorum; & M. Tuæ iudicio ac censuræ submitto, ac simplicissimè Tuam M. etiam oro ac obsecro, ut pro benevolentia heroici animi sui hos labores clementer complectatur, ac mearum Musarum, ut hætenus fecit, rationem benignissimè habeat. Pro hoc beneficio Tuæ M. æternam gratitudinem polliceor ac *DEUM* oro ardenti voto propter filium ejus *D. nostrum JESUM CHRISTUM*; ut te incolumem, ac superstitem diu conservet; & Spiritu sancto suo regat, ac gubernet, & regimen tibi, & toti Imperio tuo salutare, & tranquillum clementer concedat, & Vulneribus Ecclesiæ suæ medeatur; Amen. Datum Wittebergæ Anno 1560. die primo Januarij, quo ante annunti *Inclitus ac Laudatissimus Heros Christianus Rex Danie* ex hac vita ad æternam consuetudinem *DEI*, Angelorum & omnium Sanctorum, in vera Fide; ac Invocatione *DEI* evocatus est.

Reg. M. T. additiss.

Hieronymus Osius.

DESCRIBIT

DESCRIPTIO BELLI DITMARSICI HISTORICO POETICA.

Musa viam mecum Danorum emensa sub oras
Hac ex urbe, tuus cui nomē Apollo Melanthio
Clarus ubique parit tunc, cum Victoria Regem
Danorum, edomitis Ditmarsæ viribus oræ,
Holfatiæque Duces lætis circumdaret alis.
Ac caput Imperii exultans urbs Haphnia Regem
Lætitiæ exciperet plausu gratante triumphos,
Jamque dicare Viro solenni insignia ritu
Regni vellet, & instauraret honoribus aram.
Mula gravi mecum defuncta labore, marinas
Navigio dum vecta paras celeri ire per undas,
Dumque metu mortis, Zephyroque furente laboras,
Vicinasque notas everti turbine navem,
Ac turbæ auxilium pereuntis inane vocari,
Et fluctus æquare stupes se montibus altis,
Jamque sub astra venis, jam tartara penè revisis,
Sed ductore Deo maris eluctata procellis
Optatæ tetigit tandem oræ puppis arenam:
Quorum semper honos tibi curæ, ac fama, patroni
Fuso Ditmarsis exhausta cruore colonis
Bella jubent condas gestis insignia rebus,
Autoresque canas belli virtute potentes,
Imperioque Viros, Regem, quo præside gaudent
Dani, præcipuas gentes qui laudibus æquant,
Egregiosque Duces, quibus est subiecta potestas
Holfatiæ, quorum famam excitat undique Virtus.

Qui nunc imperiis pacem, nunc bella ministrat,
Orat opem mea Lingua Deum, regat ipse labores,
Ejus ut in laudem facundo carmine cedant
Nomine fama mori cui, nescio vivit in ævum.

Heros reddiderat vitæ spiracula cælo,
Exuviasque Deo super astra vocante sepulcris,
Nomine quem Christi dici voluere parentes
Omne fatali, quia *qualem pingit imago*
Nominis, hunc casti mores, alem esse probabant,
Nostra virum cui laude parem vix protulit ætas,
Cujus ubique memor virtutem suspicit orbis,
Quo moriente vicem Gnatum divina parentis
Fata subire jubent, & curam regna tuendi,
Vernat adhuc ætas huic dum juvenilibus annis,
Ac crescente trahit vires cum robore virtus.
Cui domus attribuit FRIDERICO regia nomen,
Pacis amatorem docet omen amabile Regem
Esse, levis bello causam nisi præbeat hostis.
Ille paterna sequi forti vestigia motu
Mentis ubique volet, nec degener esse parentis
A virtute, Patris Gnatum trahet æmula Virtus.

Imperii fasces humero primum ille subibat,
Bella sub auspicio regni huic cum Martia surgunt,
Quæ cum Ditmarso parat ultor inire Colono.
Verna reducebant æstivos tempora soles,
Et pluvias secum flavens aurora trahebat
Pleiadas, orta novas vires occasio bello
Præbet, & instaurare jubet potioribus armis
Auxilia, & munire suos regem undique fines
Præsidio, ille foris victor dum bella sequatur.

Causa Duces eadem Holfatiæ monet arma capes.
Ac famæ virtute suæ tueantur honores. (sant,
Infestare palam quos usque falacibus audet
Gens linguis Ditmarsæ, furor cui suadent ad iram

Irritare Duces morum petulantibus ausis.

*Est grave fortunam rebus perferre secundis,
Nam cum divitias gentis fortuna dedisset,
Et circumfuso signam undique flumine terram;
Munitamque loci natura robore sedem,
Luxuriare modis miris ferus incola cepit,
Dum laxat vitis odio virtutis habenas,
Dumque facit nihili legum violator honorem;
Juris & esse suis perculans sine jure laborat.
Ac libertatem patria præteritis inanem,
Nihilque potestatem sanctam lege veretur
Cælesti pœnam cui non parere meretur:*

Causa duces hæc Holfatiæ gravis armat in iram,
Danorumque pari vindictæ ardore fatigat
Regem, hanc unam tribus noxam punire Voluntas
Et cohibere viros, legum qui vincula recusant,
Nihilque Magistratum pœnz formidine curant,
Cum consanguineo Dux Holfato Rege pacisci,
Pœdere uterque parat, Dux magni nominis hæres
Joannes, & Dux, proprium cui nomen *Adolphus;*
Et quo vix hodie prior est virtute vel armis.
Unanimi motu conspirat amica voluntas;
Quæ tribus una sedet; Ditmarsam robore gentem
Erutere adverso, si cedere sponte recuset.

Meta relaxantem tetras clauderat Aprilem
Jam sua, Verque novo passim ridebat amictu,
Regis in arma, Ducumque frequens Germanæ
juventus

Ecce coit mercede loco, qua piscifer *Albis*
Hamburgam ante alias insignem illabitur urbem;
Haud mora fulmineis ardens exercitus armis
Jura capit belli, leges traduntur, & artes;
Fas quibus arma regi, & furibundi Martis habenas;
Præfectos etiam Peditum legionibus addunt,
Quos penes hæc est cura viros, Equitumque Magi-
More creant belli, quo singula rite gerantur. (stror

Fama Virum ante alios cantatrix optima laudum
Insignem virtute refert (cognomine dicunt
Ranzon, huic aliàs *Joannem* disce vocari)
Ille Ducum summi præfecti munia nutu
Accipit, ipse regat belli virtute labores.
Digno Viro tali Provincia, cujus honorem;
Augèat hæc titulis extendens gloria famam
Qui quod avita dedit domus hæredi inclita dudum
Nobilitate, decus factis duplicare laborat
Egregiis, sequitur generosi exempla parentis.
Huic peditum omne viro, huic datur agmen eque-
stre regendi

Copia, summus eat quo jure Magister in armis.
Huic tum conceptis sese obligat ordine verbis
Tota virum legio, sumptisque paciscitur armis.
Conscriptas etiam lustrandi cura cohortes
Est aliis commissa viris, ut idonea bellis
Arte legant atque excludant non apta gerendis
Corpora onusque levent ope curæ bella sequentis.
Miles & acer Eques censuram sustinet æquam.

Interea cum Rege Duces, quorum indiget usus
Bellandi ratio, sint oc yus omnia curant
In promptu, apta jovant omnem instrumenta labore
Editione rebi has etiam tormenta sub oras

Aenea Joannes cum fido curat Adolpho
 Holsata germano, nec non quæcunque requirit
 Prodigus autor opum Mavors, bona larga ministrat
 His regio subiecta, parit quæ mater in usum
 Terra viris, potum, Cerealia dona, suillas
 Carnes, cumq; bonû teneras huc grandibus agnas
 Mittere corporibus vicinia tota laborat.
 Spe precii, nemo quo res mutare veretur.
 Nec te segne trahit studium suscepta juvandi
 Præsidio Rex bella tuo *FRIDERICE* potentis
 Promis enim imperii vires, gazasque superbas,
 Et subeunda levas communi incommoda sumptu;
 Quamque fides data poscit opem differre reculas.
 Sulphureas tormenta faces jaculantia plaustris
 Tendente rapidos te vecta sequuntur in hostes;
 Ærea dives opum arma, quibus Mars utitur, hastas;
 Ferratos currus, & equos in bella feroces
 Promit & insumpu faciendo larga notatur
 Dania, ferre negat nil Regis amore laborum;
 Quin etiam officio juvat hic Germania Regem
 Fida, Ducisque, cibos mittens, ac dona Lyzi,
 Dania quam junctam sibi gaudet amore sororis:

Omnia tam satis ad pugnam instaurata videres;
 Præcipitare moram Rex utile rebus agendis
 Judicat, unde petit comitatu cinctus equestri
 Pagum, qui *Molbica* soli à cultore vocatur,
 Illius, hic triduo Rex elabente moratur,
 Quod domus hoc extructa loco sit saxea muris:
 Nobilitate viri præstantis idonea sedes,
 Ranzæon à claræ quem stirpis origine dicunt,
 At vicina Duces equitatu rura tenebant
 Non absente suo, quia non præcul inde moratur
 Hostis ad insidias cujus vigilare decebat,
 Protulit octavam dilapsi temporis ordo
 Mense diem Majo decimam properantibus horis;
 Seria causa ducēs, Regemque coire jubebat,
 Villa jacet, quæ dicta suis *Hohewesta* colonis,
 Hanc alios Domini ratione latente petebat,
 Nuncius hinc quorum Dittmarsis imminet oris
 Jussu, indicentes ut bella futura tabellas
 Exhibeat coram ipse viris, qui jura ministrant,
 (Fama quadraginta numero octo horû esse fatetur)
 Mors senatorum, & penes est quos summa potestas
 Jussus inire viam formidine nuncius horret
 Gentis inhumanæ; sed regia jussa capeffat
 Non violanda fides jubet, ergo quod imperat *hæris*
Impèrij, fortes quo Danos ille gubernat,
 Quæque Ducendant Holsatiæ mandata capeffat
 Nuncius atque metum solvatur iturus acerbum
 Divinæ spe sortis opis, qua fretus adit rem:

Urbs fundata solo Dittmarsorum *Heida* vocatur,
 Aggere qua non est munitior altera terræ;
 Hanc petit & fixas baculi albi cuspidæ chartas
 Sullinet ecce manu, portisque propinquat apertis;
 Excipit in domitæ venientem gentis acerbo
 Ludibrio, atque necem petulantia dira minatur:
 Imminet inde loco, quo tunc cojisse Senatam
 Accipit & chartas, quarum insignita sigillis
 Cera tribus, virgæque metu horrens porrigit alba
 Uni, cujus erat facies sibi nota virorum,
 Hujus ut inivas manus accipit una tabellas,
 Una petit baculo, quo litera fixa pependit,
 Terga viri dubitantis eat spes num qua salutis,
 Insultare nimis uni cui mille videres,
 Ille secare refert sese illius illa ferro
 Pelle, cor eripere hic membris exangue premissis

TOM. III.

Supplicio ille rota, aut crucis, hic dignum igne crema
 Clamat, & us stigij premit illum Damonis astrò (râ
 Cum Ducibus, cum Rege furor, qui miserit, optant.
 Dum de respondo tamen in diversa senatus
 Sensa secat mentes, & causam ponderat omnem:
 Lauti viro dat cœna dapes, laticesque Lyzi
 Nectareos, curam vino ille, ciboque serenat.
 Hoc patet exemplo nondum omne jacere colonis
 Iustitia studium, aut lapsum pietatis amorem,
 Non omnes juvat esse feros, sunt conscia recti,
 Sunt, meliore regit quos mens innoxia motu.

Letta viris aperit surgentis Epistola causam
 Belli; quam doctis edisserit ordine verbis:
 Nobis usque licet spes hac sit fosa, futurum
 Emendare suos ut iners petulantia mores
 Vestra metu pœna, aut studio pietatis amaret.
 Vosque potestatem sancitam auctore perenni
 Lege Deo rictos culpa agnitione vereri
 Mens conversa, magistratumque timere juberet;
 O libertatem vitiatam ausi ambire coloni:
 Veram vana piam spem fecit opinio nobis,
 Vos tandem imperio fore promptos cedere nostro.
 Durat amor siquidem vobis data jura sequendi
 Nullo nostra modo, nec legum vincula curas
 Gens domini impatiens, & munia cuncta ferendis,
 Nilque magistratam studio dignata colendis,
 Quem tamen adserit legum divina potestas
 Sancit, & ornari reverenter requirit,
 Quo rectore geri jubet alta negocia mundi,
 Vultque gubernari Deus illo præside gentes.
 Vos data respicitis divino frena coloni
 Ordine, mox pœnis devoti jure futuris.
 Vobis Regis honos auso violatur iniquo;
 Præsidet imperio Danis qui laude potiss;
 Dum non esse caput patriæ contenditis illum;
 Vos tamen ipse Deus tribuit tuis jura regendi,
 Vestra Ducum pariter stolido petulantia fastu
 Despicit Holsatiæ, nec ledere parcat honores;
 Dum quocunque potest premit horum nomine famam;
 Hanc subit audendi rabiem frenare voluntas.

Iuris erat causam præbentes Marte domari
 Adverso, virtutis opus defendere famam.
 Poscimus ultores patriæ ratione tuendi
 Et titulos, & jura domus, hac causa movendi
 Armæ, nisi ergo tibi cedendi sponte voluntas
 Gens eat, ingentis te robore nostra potestas
 Aut abolere parat, seu victam poscere pœnas.
 Hæc manifesta Ducei indicimus arma potenti
 Danorum tunc Rege, feras ne fraude geri rem;
 Vim tuâ moliri nos bella injuria cogit,
 Hinc armare juvat fortes in prælia turmas,
 Tu, tibi si qua fovet spes libertatis amorem,
 Experire tuas præsentis pectore vires,
 Danie Deo justam causam fortuna juvabit,
 Credimus esse pium cui commendare labores.

Edocet hæc iræ ardentis fervore colonos
 Littera missa recens ineundi nuncia belli,
 Qui responsa manu scribæ signata tabellis
 Hæc Regi, Ducibusque movent qui bella, remittunt
 Inlyte Rex quo Dana viget dominante potestas
 Vosque Duce, gerit Holsatiæ quibus incola mores,
 Non nos insimulat ceu vestra querelâ maligno
 Prætextu, violare Deo sanctita verendi
 Jura magistratus auctore solemus, & iram,
 Quæ Duce nunc gerit arma manus, non excitat ullo

Nostra

Nostra modo impietas, injuria nulla, nec unquam
 Lasimus aut vestram nos lingua crimine famam,
 Aut qua debemus dare lege negasse probari
 Possumus, heu culpa praeextum adfertis inanem.
 Nos libertatem, quam liquit a vita vetustas.
 Iura sinunt, patriaq; jubent decus omne tueri,
 Legibus imperium dominandi immune tot annos
 Gessimus & nullis onus incidit ante tribus,
 Nolumus ergo iugo nunc tristi ferre laborem,
 Non obstante Deo est quam declinare facultas,
 Vestra quid hac igitur miramur iniqua nocendo.
 Nobis ausa velint, quas jure tenemur avito
 Leges ferre, sequi nobis sine sine voluntas.
 Iura quod at nostris dominandi poscitis oris,
 Et ditioe frui subit harum injusta cupido,
 Ni victi patria nulli concedimus agros
 Sponte bono domino, & si sic decrevit habendi
 Rex amor illicitas, quod suadet audire voluntas,
 Martis opus tentare licet, quibus expedit, armis
 Et nobis fortuna fovet, viresque ministrat,
 Ac belli nervos dat opes, tutam insuper oram,
 Nec metus excidii nos arma movere vicissim
 Impedit, ante mori, quam cedere malumus armis
 Libertate et salus patitur labente ruinam,
 Qua nihil esse potest gravius mortalibus agris
 Nos, adigit quos vestra minis injuria, causam
 Commendare Deo compulsi cogimur armis.
 Regem audita Ducesque docent responsa, colonis
 Hanc durare voluntatem, quae semper adigit
 Detrectare magistratus, & vincula legum.
 Martis ubique feri maturant ergo labores,
 Praecipitare moram jubet ira, feramque domandi
 Gentem justus amor, fas est frenare Rebelles.
 Agmina ductores, quae jam vicina tenebant
 Hostibus arma, moneant ad pugnam armare futuram
 Vires, ut contra ferri praesentius audent,
 Sciant adverso cum vix inimica tumultu.
 Ductorum è numero unus erat Schonvisus,
 illum

Egregiam ante alios heroica facta probabant
 Esse virum, socios hoc fortior egit in hostem
 Neino, fugam virtus amat haud generosa pericli,
 Sed crescente trahit validas discrimine vires,
 Praefecti curas etiam, & grave munus obibat
 Nobilitate domus, & origine clarus avitae.
 Bellandique Vir excellens studio, artibus usu,
 Qui Waldert humam sibi stirpem vendicat hères,
 Ille Auratus Eques meruit Virtute vocari,
 Et titulos auxisse potest bellator honorem.

Heribomi orta dies fuerat vigesima Maji,
 Ductorum hortatu progressae urgente propinquis
 Castra locant binæ legiones finibus orae
 Dittmaris, totidem equitum vicina cohortes
 Rura tenent, longe nec agro distante moratur
 Tertia amica phalanx duri ductore laborem
 Belli experta Viro, Waldam cognomine dicunt
 Quem patriæ ratione domus, hunc cuius origo
 Nobilitate potest, sed clarum reddere virtus,
 Postera Phœbeis radiis aurora rubebat,
 Agmen equestre jubet cogi clangorē tubarum
 Omne repente suum Rex, (tum quem villa tenebat
 Cunctantem eriduo Molbeca vocata colonis.)
 Dittmaris que subit fines, nec idem vicyus ambo
 Non fecere Duces, vasto jacet æquore campi
 Planicies coeunt equitū huc, peditumq; cohorteis.
 Bis, deciesque die passus exercitus uno

Conficit, inque locis agrestia tecta duobus
 In cinerem redigit sparsis absumpta favillis.
 Villa vocata suis jacet Albersdorpha colonis,
 Occupat hanc & rura situ conjuncta propinquo
 Tota virum Legio, castrisque locum eligit istum
 Sub noctem, ante dies nec bis septem inde morantur

Ire finit ratio remmente sagace gerendi.
 Saxoniz hæret adhuc Comes Oldenburgicus oris,
 Cujus opem belli, ac virtutem cura requirit,
 Illius expectant hic cum Ductore cohortem,
 Muniat ut socias conjuncta potentia vires,
 Hæc mora dum teritur vicinos divite pagos
 Expoliant victu, quos patrius incola terræ
 Deseruisse potest, belli surgente tumultu.
 Nec spoliare sat est, vastas domino unde relictas.
 Dante fugam igne cæfas multis abolere voluptas
 Rege sed invito, Ducibusque, licere quod audeat
 Miles iners bello leges laxante putatur.
 Jam quia nulla vetat quosdam formido vagari,
 Hostibus infelix facit hos audacia prædam,
 Quos jam dira gravi tormenta dolore fatigant,
 Qualia vix Turcis miseros autoribus urgent
 Captivos, Geico seu captus ab hoste veretur
 Fama fidem: tristi scædata cadavera tabo
 Diversis inventa locis, quibus impius hostis
 Sello ventre cor exemptum admovisse cœnens
 Ori ex sanguine potest, aut eripuisse ciborum
 Celliores his ventriculos ligneque bisulco
 Inversos fixisse, sed hos de stipite viros
 Suspendisse viros, & ut adpositam impia metant
 Spicula torfisse, hoste loque furenter acuto
 Trajecisse, dolor vitam illis donec ademit.
 Tam dira statuant exempla furoris, & ita
 Audito expaveant tali praesentius hostes
 O genus ô hominum stygii ætæum Dæmonis ætros
 Cur æquare truces Turcas feritate laboras?

Nomine scæminez hoc etiam insignem accipe
 Scævitiā, quam captivis atrocius ausam (turkæ)
 Insultare ferunt, adeo uxor ut ante maritum
 Pectore majorem immani testata sit iram.
 Verum impune Deo non hæc auctore Tyrannis
 Scæviti, habere pares solet hoc Duce talio pœnas
 Famam nova alterna fortunæ sorte prehenso
 Forsan ab hoste refert expertos jure vicissim
 Funeræ probrosa crucis tormenta colonos,
 Pœna tamen vitam haud quibus auferit funere
 cunctis.

Tres perimit, reliquos modo carcere detinet hostis,
 Nec cum jure queat violentam concipit iram,
 Nec veniam duro, quam poscitur, ore reculat:
 Has fortuna vices sequitur dum subrica belli,
 Effera Dittmaris regno geis freta furorem;
 Ac vires studio extimulat petulantem agendi,
 Vultque minus patiens belli, atque animosa videri,
 Fulminat usque quibus nec quicquam, ut terreat
 hostem,
 Quem terrore vetat virtus generosa moveri.

Est locus, unda vadis quem munit & agget arenis,
 Quique ferè nullis erat expugnabilis armis,
 Tum, cum Dittmaris est vi nondum fracta potestas,
 Qui solet ætæz cultoribus Hamina vocari,
 Indidit huic cæto quod nomen honore vetustas.
 Ranzans hanc belli Praefectus, & auctor in isto
 Munitere

Munere summus adhortandi, Martemque regendi,
Cinctus adit tum præsidio speculator equestri,
Nec non & peditum munitus it agmine ductor,
Infidias stolidis struat arte sagace colonis,
Hostibus hæc secum pugnam simulasse futuram
Luce sequente potest, quos hic coisse frequentes
Tutandi studio patriam ille docetur inani,
Vana viris siquidem deludit opinio mentes.
Nam loca, quæ minimè tunc infestare videntur
Hostes velle: petunt, dum nox ciet atra tenebras.

Urbis in orbe parit quæ gestis rebus honorem;
Tempore prudentem hoc *Lubeca* fama senatum
Est legasse virum metu non cœpta moranti
Regis; sive Ducum, qui pacem orare moneret
Ditmarcosposito sua rura furore tuendi,
Ferre magistratus onus ut tolerabile mallet
Quàm tristem patriæ pereunte salute ruinam,
Quamque pati fuso funestam sanguine stragem,
Nomen, at *Erasmo* dat stirps cognomen avorum;
Est à secretis sancti quo turba Senatus
Usa; parit virtus culti nomen; ut auget honorem;
Quam pietas morum veneranda magistra gubernat;
Quæ vetat omne nefas, scelerum nec amore laborat;
Nec vitis aperit pœnæ securo feneltrain.
Cumque sit ingenio vir clarus; & ore disertò
Polleat; & magnas gerat illo curia cœsus
Oratore: sibi carum *Lubeca* fatetur
Has legatus obit tum res autore senati;
Qui cupit ad lertam belli à discrimine gentem;
Prævidet in tristes mergi quam posse ruinas,
Delinat armari nisi pacis amator in hostem
Incola Ditmaricæ, cui tanta pericula surgant
Atterit hæc operam cœnatus honestus inanem;
Pacis amat nulla gens conditione moveri;
Ut libertatem tetrandi ponat amoreni;
Gens devota Deo pœnis autore futuris;
Quas meruisse potest scelerata licentia morum;
Jussa peti rigidam patitur pax ergo repulsam,
Saxoniz unde Caput rediit legatus ad urbem.
Hinc aliquo usque; moras ubi tunc armata terebant
Agmina, præsidio Regis deductus amico,
Hollatizque Ducum; ne forte pericula lædant;
Nec; cui spes erat haulta; rei cadit exitus actæ.

Alterâ pene dies elapsa cadebat Juni
Et longas montana dabant juga protinus umbras:
Omnis abire loco parat illo exercitus; hostem
Fallat ut arte; dies ubi bis septem ante morari
Causa subegit; erat quam rebus inutile sperni.

Dicitur urbes opes æquare; domosque superbas
Villa (vocat terræ *Moldorphiam* cultor opimæ)
Ditmaricæ qua nulla jacet munitior oris,
Passibus inde sitam bis sex quam mille cohortes
Nocte silente petunt, gressuque volante propinquat:
Ac penetrant huc ante dies quam clara resurgit:
His succedit agris simul agmen equestre sequenti
Ergo prior peditum legione novare magistri
Instituunt aciem; & pugnæ instaurare labores:
Pars qua læva loci, suo communis agmina sistit
Oldenburgiaca qui stirpis origine vitam
Ducit; & est quo vix virtutis amantior Heros;
Oppiduli dextram legio obsidet altera partem;
Unde metu vacui minimè ulla pericula cœsent
Esse futura; trahit quos error inutilis; hostes.

Reddit in orbe dies pulsus jubar orta tenebris:
Sparsa molam venti sortitam nomen ab usu

Tom. III.

Flamma cremat, signum dare pugnam tale sequendi
Cautâ locis mandat ductorum turba duobus.
Primos ad has movet arma notas exercitus, it cui
Præses & antevolat *Schonviesius* acer in hostem.
Qui licet adverso motu sævam arguat iram,
Vi potiore tamen separare pericula victor
Nititur, huic inimica gerit qui prælia, miles,
Audet ad ipsa manus qui propugnacula stricto
Conferere ense, nec ante metu cessare pericli,
Quam vicisse potest, aut morte relinquere vitam.
Virtutem fortuna juvat, viresq; ministrat
Fausa viris, tolerant. forte qui mente laborem.
Fossa repleta vadis iter hæc occludit ituris,
Hanc pars ergo parat pede pars transire natatu,
Nec nunc exiti ulla viros formido moratur.
Non nunc unica dolo quæ sparsa latere verendum,
Aere timent; laqueosque; quibus fraudem exstruat
hostis.

Tanta rapit virtus animos. ac tanta cupido
Vincendi, exemplis excenditur amula pubes.
Sic dum flumineam collo tenus ire per undam
Tentant; sulphurei mador illis pulveris usum
Perdidit & frustra bombardam miles ahenam
Instaurare; globos aut ejicere arte laborat
Jam plumbi liventis; qua efficit humor ut ignem
Visuisti remota neget, flammamq; sequacem;
Hanc agit ob causam bis retro adversa potestas
Principio pugnæ ergo viros, spes unde colonis
Orta caduca læresque suos, vitamque tuendi.
Dum penetrant fossas limo, atque humore repletas;
Ad talos caligis demissos pene pedum vi
Eripiunt pannos, sacco qui laxius hærent;
Nempe madore graves oneri quod euntibus essent;
Augerentque viris lassis sudore laborem.
Hæc exempla fidem faciunt, spondentque futurum;
Ut genus hoc caligarum; haud est quo tetrius ulli:
Hoc moti mutari velint discrimine multi;
Est cum laude sequi quibus horrida bella voluntas

Prævius à tergo huc *Schonviesius* agmen agebat
Quo prior alter erat nemo, nec clarior armis,
Qui dum fortis obit bellandi munia ductor,
Corpus ahena volans per inania comminus ictu
Illius haurit; & huic vitam vi vulneris aufert,
Unde ubi capta tulit tristem *Moldorpha* ruinam,
Quartaque lux orbi pulsus se reddidit umbris,
Ille potest moriens animam expirasse sub auras.
Oppidulum, Hollatiz terris quam condidit autor;
Rcho viri exuvias dignata sepulcro est.

Jam quoniam virtus sævis accensa periculis
Cedere nescit; ad ancipites redit agmine pugnas
Cum toto patiens ductorum turba laboris,
Jam vero acer agit præsentius impetus omnes;
Et rapit, ut quondam tempestas fortiter Euro
Flante sonora ruit, torrensive è monte jugoso
Præceps fertur, & agricolas exteret, & urbes;
Quæ furor arma movet, quæ lævit & edere stragem
Diram hostilis amat, vimque ardens exerit omnem;
Hæc ruit hæc vires audentior armat in hostem
Tota virum quovis jam cæsu immota potestas,
Deficit adverso hinc gens ergo fracta tumultu
Ac percussa metu pœnæ victore futura
Hoste fugam Ditmaricæ; datur quacunq; facultas;
Spe pereunte salutis inuit, pugnamque relinquit.
Robore namque licet magno primum arma ciet;

e 2

Torque

Totque fere glandes sparſæ per inane volarent
 Sulphuræ, ut nymbo jam caligaret ahenò
 Aura, ſonoque reſultaret polus, imaque tellus.
 Pugnaque ſanguineis anceps crudeſceret armis,
 Tresque labor dubio caſu duraret ad horas,
 Spesque teneret adhuc vincendi vana colonos,
 Ante ſuas inimica viris quam jungere vires
 Forſan adhuc diſjuncta loco ſatis agmina poſſent.
 Ut tamen agricolas petit horum tota poteſtas,
 Ac qui bella gerunt, & qui vexilla, virorum
 Aggeris alcenſu ſuperant ſaſtigia quidam
 Deſicit agricolis ſpes ſc, patriamque tuendi,
 Unde fugam exitiū moliri ſera voluntas,
 Hos ſiquidem elabi præſens fortuna moratur,
Parcere captivis ira impedit impetus hoſtem,
 Gramine planicies in morem conſita præti
 Huic vicina loco eſt, hæc ſparſa rura pererrant,
 Quos premit à tergo, jaculisque fatigat, & armis
 Victor, dimidiam mora temporis exigit horam,
 Donec utrinque viget certamen, & aere complet
 Plumbea bombardis grando contorta globorum.
 Nec prius orta quies pugnæ, quam victa reliquit
 Gens vitam, exuviaſque fugave pericula cavit.
 Sic quos vana jubet ſpes in ſtatione morari,
 Et pugnare, regat vires dum virida virtus,
 Impetus his etiam vitam victoris ademit.
 Terra cruore madet, ſquallentque cadavere campi,
 Tanta recens ſulo riget edita ſanguine ſtragès,
 Interea oppiduli munitas obicè portas
 Mox alii eſſraçtas aperire ſecuribus inſtant,
 Quas ejeçtatos tormento rumor ahenò
 Terve, quaterve globos etiam tetigiſſe fatetur
 Ante, gravi nova cum conſictu pugna vigeret.
 Vi via facta patet, reſeratque reclusa plateas
 Oppiduli, inde prior portis comes intrat apertis
 Agmine cum ſocio; (domus Oldeburgica cui dat
 Nomen, aviſque illuſtre genus, famamque perennè,
 Et parit egregiam virtus heroica laudem.)
 Ut vi prævertens remorante fugacibus obſtet
 Agricolis, claudatque viam, captosque trucidet,
 Quod ſi cœpta geri res ſat matura fuiſſet,
 Cunctis (ut prohibent) fugiendi erepta facultas
 Eſſet idem exitium, vellet niſi parcere victor,
 Adſectu pietas quod erat factura benigno.
 Rex etiam inde, Ducesque ſuo comitante propin-
 quant
 Præſidio portis, lentoque ſubire feroces
 Strata gradu coguntur equi, quos ducit euntes
 Arçta via regio, quam ſoſſis meta profundis
 Claudis utrumque ſuis, tum plurima techna latebat;
 Quæ temere inſidias adæuntibus arte ſtrucebat.
 Impoſuiſſe rotas, & lignea vaſa colonos
 Terræ fama, ludes etiam undique prædit acutas,
 Rimarentur equos quæ cuſpide præterituros,
 Nec non zra latent, quorum hæreat ungula morſu
 Forſan equina, jubent hæc eſſe pericula cautos
 Uſuque timenda viros, prudenter agi optima res
 eſt.
 Interea fuerat fuga quos tutata colonos
 Rumor it hoc cojiſſe loco, qua labitur amnis
 Haud procul inde, miniſtrat aquas cui ſpuineas Albis
 Ultriqueſque manus fortunæ arinare prioris,
 Jamque novam pugnam junctos ſtatione minari:
 Clafſica pulſa jubent aciem inſtaurare cohortes,
 Ac ferri, qua bella movent adverſa Coloni

Turbo velut quandam luçtatur in æquora ventis;
 Æltu ſivè ciet maris unda ſürente fragorem,
 Miſcet & horriſonos ingenti mürmure fluctus,
 Tali pene modo turbantur caſtra tubarum
 Tunc clangore, juvant rauco quæ nympania plauſu
 Aure ſimul pavidi claros hæuſere tumultus
 Agricola, exitij prohibet formido morari,
 Ut trahit Agna Lupo viſo, Urſa Leone pavorem.
 Utque canum timidi damæ trepidare latratu
 Forte ſolent, incuntque fugam hoc urgente volucre:
 Sic hos diſperſos videas terrore vagari,
 Quorum pars icçu periiit trajecta globorum,
 Quos equitum intorſit bombardis agmen ahenis:
 Fuſos eſſe viros ducentos circiter ajunt.
 Tunc, at tercentum cecidiſſe priore tumultu.
 Arma virum ſpecie diverſa videntur, & uſu
 Sparſa, laboratæ veſtes & ruſtica paſſim
 Indumenta pedum unâ ocreæ, quæ cura ſubegit
 Abjeçtiſſe fugæ, aut quæ caſa caterva reliquit.
 Hic ſpolium agricolis aliquot tormenta fugatis
 Fortis ahenæ tulit dignum auro divite victor,
 Cœpit ut exuviis ſpoliare cadavera pugnæ
 Fine ſequente cohors ſucceſſibus uſa ſecundis,
 Cernit hære virum data leto corpora diris
 Vulneribus, quæ quinque cruenta ſubinde quis
 hauſit

Ante manus poſitis quàm ſaucia languit armis
 Quamque dolor potuit vitam ſuperare caducam,
 Tanta alit vigor hos, ac tanto robore pollent,
 Qui vaſtos equant quia corpore penè Cyclopes,
 Sternit ut hoſ atroç tandem certamine Mavors,
 More labant pinus everſæ turbine venti.
 At multos etiam qui deditione ſalutent
 Sperant, victor inhumano angit vulnere miles;
Legeregi accenſi neſcit violentia Martis,
Quæ viſtis etiam niſhil inſultare veretur.
 Multa quidem exhibuit ſpectacula triſtia viſi

Neſcius humano ſaturari ſanguine Mavors,
 Miſta viris, animæ quibus eſt pars nulla virago
 Forte tenere manu jam mitis inutiliſtaſtam,
 Et rigidis artus circumdata cernitur armis,
 Cui vicina jacet jam cana ſenilibus annis
 Fœmina, quæ gladio latus accinxiſſe videtur;
 Laſa tenet ſuſo quem dextra cruore madentem.
 Hæc pugnaſſe virum matronas ſigna fatentur
 Exemplo, patriam eſt his tanta cupido tuendi.
 Nec geſſiſſe tuas in morem bella virorum
 Tantum fama, ſuo quin ſortis adeſſe marito,
 Cum labor exoritur pugnandi, quælibet audent,
 Et pro laude mori patriæ quam cedere mavult,
 Sic hæc Threicias virtutis Amazonas æquant
 Laude viris auſas concurrere fortiter armis.
 Hæc humero frameam geſtat, curvam illa ſecurim
 Hæc clypeum, hæc furcas belli inſtrumenta bicornes,
 Enſe ſuum cingit latus altera miles acuto,
 Ac virtute viros bellandi æquare laborat
 Inſtrumenta viſes venatum qualiſpiſces.
 Retia forte quibus maris unde immerſa requirunt,
 Ænea quorum æquæ pars ſalcis imagine formam,
 Vimque minatur acu, & ſpeciem unci denotat hamæ
 Qua tenet adverſo pugnantem comminatus icçu
 Si qua virago virum, labor eſt evadere mortem:
 Hæc tales geſtaſſe cohortis quoque dicitur haſtas.
 Hoſne mentiri rumores fama putetur;

Digna fide illorum suffragia nemo negabit
 Non audita loqui qui se sed visa fatentur.
 Tale mihi exemplum quærenti gesta colona
 Ditmariz patriam quidam sudante tueri
 Retulit: ante alias præstans virtute virago
 Militis adversi, quam gessit, in illa furcam
 Abdit, & intestina secat, vitamque trucidat
 Non impune tamen, mox ausis imminet ultor
 Miles ut hac adimi vi vitam observat amico,
 Victoricem antè, manu quem vibrat utraque juvenitæ
 Ense secat, stygias abijt huic sua vita sub umbras
 Sic quo quisque modo noxam designat, eodem
 Ipse subit pœnam, manet hoc immota Dei lex:
 Libertatis amor, quæ te non aufa magistrò
 Exequitur mortale genus, quos ferre labores
 Te poscente, pati discrimina quæne recusat;
 Ut te defendat dominam; ducemque sequatur;
 Undique libertas operosa ministra malorum?
 Tu, licet à sævis hic sexus abhofreat armis,
 Pœmineas armare manus in prælia gaudes,
 Te duce bella sequi temerarius impetus audeat.
 Sic Ditmarsidas dum te servare laborant,
Exitij autores proprii efficit ardor inanis
 Te, qua semper erat latius caruisse, tuedi:
 Victor ut exuvias exercitus, armaque vidit;
 Pœmineam demens quibus uti audacia turbam
 Jussit, in innocuas etiam haurit atrocibus iram;
 Et mactare reas nil diri funeris audet
 Tum cum victa dedit tristem *Moldorpha* ruinam;
 Triginta numero matronas cæde percimptas
 Fama refert & adhuc teneras ætate puellas;
 Aut plures, aliqui nil adfirmare verentur.
 Deditio necem vitandi nulla potestas,
 Pœmina, virque subit supremæ pericula vitæ;
 Et cum pube senes, indefensasque puellas
 Effœtasque trucidat anus Mars cædis amator;
 Eripit exitio fuga in quos, enecat omnes.
 Pugna secuta suam est finem cessante tumultu;
 Rex viget Imperii quæ præside gloria Danis,
 Nec non *Holfatiz* ambo Duces; quorum auget
 uterque;
 Quam datavita domus, famam virtutes, patentes
 Capta tuas intra portas *Moldorpha* suorum
 Agmen agunt Equitum; & dum nox brevis exigit
 horas;
 (Æstivo acta citis quæ tempora labitur alis)
 Præsidio vigilum muniri mœnia curant;
 Ac lubeunt tectis, lucem expectantque futurum;
 Instaurantque epulis, ac dulci robora Baccho;
 Quamque sinunt curæ; mittunt per mœbra quiete.
 At peditum oppidulo vicina iocare cohortes
 Castra parant, & agi excubias vigilum undique curant
 Jamque cibo revocant vires, somnoque fruuntur;
 Tanta fatigarat moles exhausta laborum,
 Quos oriente die subjijt, labente peregit
 Tanta via, est emensa cohors quam nocte priori;
 Tædia lassarant, & anhela sitisque famæque
 Vires, quas curare gravis non pugna sinebat.
 Quò minor insidias cat hosti nocte sequendi
 Copia; tentandi vi prælia sive vicissim;
 Cum socio lavam comes occupat agnitate partem
 Oldenbuiiga domus quo crescere gaudet alumino:
 Tecta subit legio vicini; atque horrea pagi,
 Et parat excubias pars noctis obire dolose.
 Inde sitam spacio villam breviorè jacentis
 Campi *Mauritii* Vir origine stirpis avitæ

Clarior, & virtute petit (quem nobile poscit
Ranzaon adserta cognomine stemma vocari)
 Hoc equitum pago turmæ, quam jure gubernat
 Præsidis ipse, locum; atque casus sortitur agrestes:
 Hæc spolio autores victoria divite rerum
 Auget, opum gazas quibus exuviasque ministrat.
 Hac crepta decem fustis vexilla colonis
 Luce, Duces quæ tum cum Rege tulere priores.
 Terque decem fusi flammis ex ære metalli;
 Plurimaque è solido ferro tormenta fabrorum
 Facta manu parti monumenta superba triumphi
 Vi multas etiam flammæ erumpentis ahenas
 Dissiluisse refert bombardas fama, coloni
 Ejectare globos his tum fervente parent
 Pugnandi studio, patriamque ardore tuendi.
 Miles agit prædam jam cum ductore frequentem;
 Et spolio laturare manus non cessat altaris:
 Copia dives opum raptandi exercet amorem;
 Innumeras vestes quæ; strataque plumea lectos
 Victori, rerumque ingentes promit acervos;
 Vita quibus gaudet felix humana potiri.
 Dona nec argenti nivei, nec denegat auri
 Hæc fors; divitias alienus & occupat hæres.
 Thesauros ofiente suos huc accola bello
 Comportarat, erat spes hinc quos vana tuendi;
 Jam quia præcipue virtus animosa laborem
 Sustinuit peditum; & pugnam indefessa peregit;
 (Ferre cohors Equitum fossis exclusa profundis)
 A grege pignantum ardet opem conamine vano)
 Justitiæ Rex, atque Duces ratione moventur,
 Non his ut veniam spoliandi tecta recusent,
 Antè sinatur Eques quam prædo subire rapinæ:
 Præmia defunctos erat æquum ferre periclis.
 Quorum parta manu est, prædam illis turpe negari;
 Cui labor incubuit, debet mercede potiri.
 Hæc Regi; Ducibusque decus, famamque meretur
 Gloria Justitiæ; quorum adseruere salutem
 Præsidio, & quorum peperere labore triumphos;
 His datur ante alios fortiri copia prædam:
 Est locus, inde situ regio quem parva removit;
 (Mille modo intervallo bis hæc se passibus æquant)
 Forte greges nullo cultode coegerat ora
 Incola, quos errare viris ubi certa sub auras
 Fama venit, numeroque greges hos in super addit
 Pene carere, terit tanto pecus agmine campos
 Gramineos, quanto quisquam vix ante notavit
 Haud mora, rumor agit; venit unde citatus omnes
 Spe prædæ gliscente Viros; quot pene sequuntur
 Castra: Velut quondam, cum gyrat in aere corvos
 Ludus, & ad pugnam gestu glomerare videtur
 Phœbi forsitan aves, viso omne cadavere sparsim
 Agmen ab æthereo ruit alis mobile tractu:
 Haud secus ad tales Peditumque Equitumq; rapinæ
 Fertur, abijtque cohors, rapit omnes impetus idem.
 Addit amor prædæ pedibus pernitiibus alas,
 Quam sibi præreptum procul iri quisque veretur.
 Ut, Venator tibi antè gregem indagavit aprorum;
 Aut leve cervorum agmen; ab omni parte jugofas
 Cingit odora canum sylvas tum turba; latratu
 Qui pavidas versatè feras in retia possint:
 Sic armenta viros circumdare pene videres;
 Lanigerosque greges, & equos agitare fugaces
 Scrofasque sues, redeundi oblitus oberrat
 Miles; & officii huic è pectore cura recedit.
 Illa minis pœnæ frenanda cupido vagandi;
 Ne, si sparsa furcens odio agmina sentiat hostis;

Præbeat audendi illa novas occasio vires,
 Legibus ergo novis edicta severa rapinas
 Rege vetant autore, Ducumque has publica nutu,
 Quæ violare furor si quem temerarius urget,
 Huic pœnam tali dignam levitate minantur.
 Jamque Viri serò, quibus hæc data cura, laborant
 Reliquias prædæ partiri juris in omnes
 Pro ratione, sed exiguam superare relictis
 De prædis præsens aperit penuria prædam:
 Quam quia præcipuam tulit antè, darique requirit
 Raptor adhuc Eques, orta minis discordia sævit,
 Ac ferro res penè geritum cœpta fuisset,
 Nî bellò præfecta Viri compelleret iram,
 Qui pedes arma gerit, sedato turba tumultu:
 Miles, & alter Eques rixator in arma lacerant
 Sese adversa, parantque sequi certamine prædas,
 Alteraque alterius spolio ardet avara potiri,
 Vimque secuta cohors, peditum ira fatigat equestre,
 Plus se, qui perhibent sudasse labore, catervam.
 Se peperisse suo præsentis sanguine prædas
 Altercantur, belli sese exhaustisse tumultus,
 A pugna cum conflictu loca tuta tenerent,
 Exclusique juvare cavis certamina fossis
 Nil possent Equites, secum non ergo potiri
 Hos spoliis debere, sibi hæc sed jure dicari.
 Jurgia penè movent hæc seditiois amorem
 Orta Viris, videas misceri castra tumultu.
 Turbat ut aëreas series confusa volatu,
 Dum tendunt per inane grues, cum turbine venti
 Pugnant, sive ciet tempestas orta procellas:
 Haud secus, ac tunc alarum clangore volucres
 Dant, aut ore vagæ strepitum, haurit & aura fragorè,
 Indignantis eunt passim tunc murmura Martis,
 Sanguineæque viros miscent ad prælia tentat,
 Mutua dum lociis accendere prælia lites,
 Sed rabiem domat hanc Regisq; Ducumq; potestas.
 Non omni ratione tamen lis orta carebat,
 Et qui pugnarunt, & qui discrimine pugna
 Immunes fuerant, prædæ omnibus una facultas
 Exercente solet fieri ceu Marte rapinas,
 Fert quæ quisque prior, putat hæc se jure tueri.
Tempore qui prior est, potior vult jure videri.
 Sic hæc cum varias pareret victoria prædas,
 Unus ab it spolio ditatus, at alter inanem
 Spem foret, ac sero vacuas examinat arcas.
 Et rapit, & quæ quisque potest sibi vendicat hæres
 Pro se sollicitus loci nec commoda curat.
 Ipse modo hic spolio dum prædo fruatur avaro,
 Nil aliis faveat jam quæ fortuna moratur.
Candor & pietas frigens & jura sub armis.
 Miles ut in socios Equites hæc edidit iræ
 Signa, minasque furens odiis effudit in auras,
 Horum oculis subducta cohors sibi cavet equestris,
 Agminibus peditum loca nec vicina subivit,
 Ne numero freti, seu viribus arma moverent
 In sese & rabiem saturare furore pararent.
 Sanguineum pietatis erat vitare furorem,
 In diram poterat sociis qui credere cladem
 Auxiliis, & opus moliri immane tumultu.
 Prædandi studium jam pœna timenda vetabat,
 Reliquias prædæ, nondum quam raptor abegit
 Miles, turba virum cogi jubet undique campo,
 (Partiri spolia in socias qui parta catervas
 Officiis ratione solent) sed sera voluntas
 Munus obire subit, pecudis pars esse notatur
 Non nisi sexta super, numero quæ penè carebat

Antè, rapinâ potest hunc quàm minuisse frequentè.
 Accidit hic etiam eventu sic teste, quod ajunt:
*Rapti quisq; tenet jus, nec communicat ulli,
 Dum modo compos eat, prædæq; ample sspemet hæres.
 Curat egente nihil socio cessare rapinas.*
 Jam sedata furentis erant certamina Martis.
 Indagare juvat numerum, qui sanguine palmam
 Hanc peperere suo, ac vitam amiserunt sub armis.
 Rex (cui non minus est virtus, quàm gloria cordi)
 Danicus ergo, Ducesque pares sibi laudibus **ambo**
 Holfatiæ, quod adempta viris sic vita requiri,
 Nec non & patrios ortus, ac nomina mandant.
 Ut qui stirpe trahant decus, aut virtute sequantur,
 Et quibus extincto vivat laus corpore, discant,
 Deque suo teneant sint eade quot agmine fusi,
 Jussa recenserit numero esse cadavera produnt
 Non nisi tam servo extinctos discrimine centum,
 Penè quibus cunctis obscura negavit honorem
 Fama, mori potuit laus his cum lumine vitæ,
 Gloria parta tamen *Strugmanno* vindicat uni
 Nomen ab exequiis, & idem immortale tuetur.
 Qui licet extremam vim passus adiverit umbras
 Unâ, non abolent tamen huic cum corpore famam
*Funera, laude domus avita, & nomine vivet
 Virtutum, longæva memor quas adseret atq;*
 Ductor erat peditum ille, nec idem inglorius armis;
 Arte gubernandi Martem pollebat, & usu.
 Is dum vim belli regit, & dum dimicat acri
 Robore, & exemplo socios accendit in hostem
 Et virtute viros, duce qua mala nulla timefcit,
 Vulnus ab adverso procul haurit atrocius ictu,
 Quo vigor æthereas vitæ exit hiante sub auras,
 Frigidaque exangues somno mors occupat artus
 Æternò, exuvias capiturna, revisit olympi
 Spiritus altra, manet virtutum fama superstes.
 Hoc *Odesæ* viro meritò se jactat alumno
 Urbs, quæ Daniacas jacet inter honoribus urbes
 Clara, sui que auge *Strugmanni* nomine famam
 Hoc etiam quæ laude caput celebri altius effert,
 Hic Heroa tegit digno quòd tumba sepulcro,
 Cui virtute parem, aut pietatis honore secundum
 Terra nec antè dedit, nec forte data per ævum **est**
 Danita, flos erat hic Heroum, & gloria vivus.
 A Christi fatale dedit cui cura parentum
 Nomine nomen, erat probitas cui congrua morum:
*Namq; figurat enim quam nominis emine laudem,
 Hanc virtute, piusq; tulit super æthera falis.*
 Sic hæc empta virum paucorum sanguine tantæ
 Palma fuit pugna, vitam quibus autor ademit
 Cædis, & exuvias morti gressator avara
 Mars spoliū ferale dedit, quia sustulit omnes
 Victrix eade manus, fugâ quos matura periculo
 Eripuisse nequit, nulli gravis ira pepercit.
 Ardet amor necis potior virtute juvenus
 Gentis ob diversæ lævis Cyclopibus æquam
 Sævitiâ, dirum qua declarare furorem
 Gens potuit tum, captivos cum torfit acerbo
 Supplicio, ante quidem auditum vix quale putamus:
 Fatales experta gravi discrimine pœnas
 Gens fuit, ausa nefas vario edere crimine morum;
 Nam pietas amor cum pene relanguit omnis,
 Sequæ impune viri vicis servire putarent:
Pœna diu dilata D E O tandem auferre venit:
 Cum *Moldorpha* manu victoris adacta fuisset
 Dedere se, civesque suos, pacemque precari,
 Adleruisse fugam bis mille docemur agrèstes;

Non paucos etiam captos, cum flebile vellent
 Exitium vitare, viros, in vincula dextras
 Qui dare non renuere, cruentam evadere possent
 Hac ratione necem, si supplice voce pararent
 Victores veniam exorare, *subinde furorem*
Exiit ira, sonat miseram cum lingua querelas,
Victor amat vinci pius ore querente vicissim.
 Turba virum captiva Duces, Regemque supremos
 Autores belli patriæ edocet omnia gentis
 Consilia, atque refert misso didicisse colonos
 Horum exploratore viro ad tentoria furtim:
 Decevisse Duces, & junctum his foedere Regem,
 Tunc *Albersdorpha* loca cum vicina tenere nt
 Pago, cumque darent hac pænam signa sequendi)
 Necte viros belli casum ad quemcunque paratos
 Mittere, qui premerent *Teleburga* comminus armis
 Tutores, atque ambirent certamine palmam.
 At reliquas peditum clam ducere nocte cohortes:
 Nec non agmè equestre paratè adversa lub *Hamma*
 Bella, manu ut defensores potiore domarent
 Illius insidiis aut infestare pararent:
 Hoc hostes tum consilium versare tenebant
 Agricola, nec idem mutari posse videbant,
 Unde viros huc quingentos, cum vesper *Olympum*
 Clauderet, accersi subito per nuncia curant,
 Orant *Moldorpha* tot amicæ è Civibus adsint
 Quorum quisque venit torquendi tela magister;
 Bombardamque gerit solers jaculator alienam.
 Strata relinquebat surgens aurora Mariti;
 Quingenti numero cum non remorante subirent
Hamma tecta gradu, & detilis fraude colonis
 O incauta tuis *Moldorpha* potentior armis
 Imminuit legio, & pugnas adversa subivit,
 Teque fatigavit virtute domante laborem;
 Quem durum ancipitis pugnae lora spera movit;
 Donec ovante gravem sentires nocte ruinam.
 Hæc exempla docent te jussi numinis iram
 Sustinuisse, nec illius nisi talia nutu
 Damna tulit tandem impietas exercita pœnas:
 Hoc erat auxilio te cur orbaret amico
 Error, & arte viros jaculandi causa peritos
 Te delusa dolis ad egentem cogeret *Hammam*
 Mittere præsidio, quorum ipsa tuenda fuisses.
 Suppetiis, aliò temerè es digna vocari.
 Hæc erat ergo tibi fatalis origo malorum,
 Protulit auroram septenam Junius ortu,
Ranzau, est belli cui tradita summa potestas;
 (Polleat arma simul quòd is usu, atque arte gerendi;
 Hoc virtute Viro nec erat præstantior alter.)
 Oppiduli *Brunsbüttelia* tutoribus infert
 Pugnam, seque tribus peditum legionibus armat;
 Et quo major eat vis, alas jungit equestres;
 Instauratque duas acies remque ordine curat.
 Deinde loci quæ sunt vi propugnacula Victor
 Occupat, & sentit sortem durare secundam
 Forti quæ vires aspirat amica labori
 Totaque spe quod alit vicina robur inani
 Frangit ovante manu vitamque rebellibus aufert.
 Ut sentire gravi crebescere funera calu
 Agricola, eventu hæc quos urgent fata sinistro;
 Corripuere fugam, spe jam pereunte salutis.
 Ni fuga rebus opem ferat haud suspensa caducis.
 Est locus, unda lacu quem circumfusa profundo
 Turum penè vadis reddit limoque palustri:
 Huc septingentos de sexu rumor utroque
 Est homines fugisse fidem qui jure meretur;

Autores siquidem hujus eunt, qui visa recensent:
 Turba coacta metu cum sese huc abdidit, omnem
 Hanc inimica Phalanx strictis subito obsidet armis:
 Occluditque fugam, cædemque minatur, & iram,
 Quam nisi fleat amor pietatis, & aula moretur
 Heu mortem miseris fugiendi nulla facultas.
 At licet ardor eat macrandi cæde catervam
 Multis scemineo mixtam, sexuque virili,
 Nec moveant animos horum agmen inerme puellæ,
 Aut pueri, nulla mortem qui parte merentur:
 Se tamen opposuit summi crudelibus ausis
Præfetti pietas, dirum nec passa furorem est.
 Motus is adfectu generoso mentis honesto,
Quos vicisse potest, his vitam auferre veretur,
 Sat domuisse putat sine sanguine robur & iram
 Gentis in arma ciere aula contraria Vires.
 Et vitam donare viris, orantibus illam.
Hoc Victoris erat, cui cordi heroica Virtus;
Cui generosa ciet vera mens laudis amorem,
 Nam desiderio potiendi si qua facultas
 Sanguineo esset, agi quos penè furore videres;
 Militibus vim nemo virum vitare superstes
 Extremam potuisset, ovans circumsidet armis
 Tunc quod tota phalanx, & demere cædibus ardet:
 Hic accensa fuit tam dira cupido cruorem,
 Nec mirum, antè quidem cum gentis atrocibus ausis
 Cognita lævities rabidam hos accendat in iram.
 Hic insigne refert autoribus edita veris
 Fama Viri exemplum virtutis honore perenni
 Clarefcentis ubique, Viri, quo præside Danis
 Regna vigent, decus ille tulit memorabile laudum;
 Quas illi virtus ad avitæ stirpis honores
 Addidit, huic duplicat generis quæ nomine famam;
 En numero septingentos ubi comperit armis
 Militis ipse sui hæc clausos ratione teneri
 Indice præfecto, quem præsidis ordine tali
 Jura manent summi, huc cum fata secutus eodem
 Forte die, quo sunt hæc prælia gesta, veniret:
 Sponte viris veniam, cum nemo moneret, amico
 Annuit ore, deditque notas placabilis iræ
 Mentis abhorrescentis amore nefanda sequendi
 Aulæ, vel urgendi captivam cæde catervam,
 Datque fidem cunctis fore se illa sam auspice vitam,
 Quam donare juvat potius, quam more tyranni
 Exercere nefas immanè, & cædis amorem,
 Se quia crudeli non mente sitire cruorem,
 Nec qui sponte manus dare sint in vincula prompti;
 Funditus esse Voluntatem hos excindere ferro.
 Namque sat esse iugo subigi, & tolerare laborem
 Imponat quem Victor ovans his nomine pœna.
Parcere, qui veniam poscunt, urgere rebelles
Supplicio, fas esse refert frenare superbas
Gentes, non diro totas abolere tumultu
Propositi esse sui summam, sinemque laboris.
 Huic alij obstreperent cæpto cum Regis honesto;
 Arguerentque graves iras, quas hauserat ardor
 Cæde fatigandi passam hæc discrimina turbam,
 Ac vellent abolere manu, veniamque negarent
 Ullo jure dari, quos improba facta probarent,
 Viribus esse suis sinerent si fata priores,
 Nullo velle modo Victores parcere victis.
 Has Rex sanguineas voces pius ore retellit:
Hoc ut velles iners, si palmam huic fata dedissent
Designare nefas gens nota ferocibus ausis,
Nos abolere furor victos auderet ut armis,
Et mihi sit cades edenat impune potestas;

Me tamē huc adiget nunquam tam dira Tyrannis.
 Sanguinea: autōr eam crudeli stragis ut auſo.
 Quod ſi mens aliis inuocet implacabilis iram,
 Statque viris vitam captivis demere ferro,
 Jusque rigōre ſi qui tanto illaudabile belli,
 In tres captivam jubeo diducere turbam
 Partes autē, pares numero quæ forſitan æquent
 Perſonas, & jure mihi harum fortiar unam.
 Tres ſummus ipſe, Ducesq; duo una ab origine na-
 Cominuni gerimus qui bella potentia ſumptu,
 Atque horum unanimi terminus virtute labores:
 In totidem partes diducta caterva dicari
 Sorte tribus poterit, turbam velut impetus urget,
 Quiſque ſuam à diro tegat ut discrimine vindex,
 Aut indefenſam ſuat angu atrocibus armis.
 Ipſe meam vindex à cæde tuebor, & omnem
 Vim prohibebo, feret quæ me tutore ſalutem,
 Hoſtes dextra premat, vultus mens exuat iram,
 Hæc inimota ſedet nobis ſententia, ſtragem
 Cognatosque Duces ſimul edere nolle putamus,
 Quos licet ira gravi nunc juſta dolore fatiget,
 Et jubeat furias compescere gentis iniquæ,
 Nil immane ſinet tamen hos committere virtus,
 Ira jnbet, pietas graſſandi vincit amorem.
 Illa juvent alios diri ſpectacula Martis,
 Non mea ſanguinea mens cædis amore laborat.
 Hoc pius exemplo rabidi Rex militis iram
 Frenat, itemque Viros præfectos Martis habenis,
 Captivos aliqui quorum mactare laborant
 Cæde, fugam in ſœlix quibus hæc occaſio clauſit.
 Sic vitam miſeris, & reddit, & impetrat heros,
 Miſiſſent aliàs quos dira pericula leto,
 Unde fidem cum juramento forte ſorte dediſſet,
 Nil odio ſeſe moliri velle, dolove
 Contra Victores Regemque, Ducesque, maneret
 Dum ſibi vita, ſolo patrioque excedere ſpondent,
 Dum veniam illorum redeundi verſa voluntas
 Annuat: exilium ſubeunt cum prole parentes,
 Ac migrare metu pœnæ non inde reculant,
 Excipit extorres fortuna miſerrima rerum.
 Tertia lux terris dimoverat orta tenebras:
 Trans Albina Viros veſtare fluenta carinis,
 Cum pueris, cum ſœmineo quoque navita ſexu
 Rege jubente, Ducumque parat mandata ſequendo.
 At quos cepit ovans aliàs exercitus oris
 His, nutu inde viros Gothorphan Regis in arcem
 Joannes cum Germano Dux miſit Adolpho,
 Quingentos numero victos huc fama catenis
 Ductos eſſe refert Ditmarſa è gente Colonos.
 Arx hæc Holſatiz terris extructa profundo
 Cinctajacet ſtagno, terrenoque aggere circum,
 Protinus æreum qui montem æquare videtur,
 Ac quem præcipites circumdant undique foſſæ,
 Excluduntque viros huc vi penetrare volentes.
 Ardua præruptis ſtant propugnacula ſaxis,
 Tormentis inimica poteſt vis unde fugari,
 Hæc arcem bello quoties oppugnat, ahenis.
 Ante alias claræ Sleſuico laudibus urbi.
 Nec miniſtræ geſtis aliarum rebus & armis
 Arx vicina jacens ſortitur ab urbis honorem
 Laude, ſed hæc illam famam ratione viciffim.
 Urbs magis, Arxque poteſt clareſcere nomine tali:
 Diſcimus hoc etiam Victori tempore captum
 Eſſe Virum, ingenuam morum cui gratia mentem
 Eſſe fatebatur, nec non pietatis amantem,
 Vox animi eximitum candorem humana notabat,

Oppiduli *Brunsbuteſie* qui lege ſenator
 Judicis officio, & deſunctus honore regebat,
 Præcipuum eſſe quidē quem non niſi certa docebā
 Argumenta Virum vel avito ſtemmatis ortu.
 Nomen *Jacobo*, cognomen origo parentum
Heidero tribuit, domus huic quo notior extat.
 Monte ſitam ſuper æreo Rex Danicus illum,
 Carcere detineat cultos hic, mittit ad arcem,
 Dum mora forte ſuam victori mitiget iram.
 Omne quam mirō *Sebergam* fama vocavit,
 Siye quod hiftoriam, rem viſam ſive loquamur
 Mons ex calce jacet lapide arduus, eminet altis
 Cujus apex humeris & pene inſurgit olympo.
 Nam per longa poteſt mons intervalla videri,
 Holſatiz qui rura tenent, urbeſque colonis,
 Hoc ex:ructa jugo pinnis arx emicat altis
 Aſtris æqua poteſt quæ turri extante putari.
 Hanc volat (auditis niſi credere turpe putamus)
 Vi maris è ſtagno ſublata fama profundo
 Impoſuiſſe jugis hac dzmona mole potitum
 Sedibus infernis, arx dicitur inde vocari
 Hæc *Seberga*, jacet pulcri qui proxima muris
 Oppiduli, cui nomen idem, & clarum undique notū
 Laude monaſterij his, quas incolit Holſata, terris,
 Contigua cui juncta ſitu ſua mœnia cernunt
 Oppiduli Cives, & cui *Venerabilis Abbas*
 Præſidet ingenij vir honore, Deumque colendi
 Inſignis ſtudio, pietas cui caſta miniſtrat
 Normam, quæ ſequitur mens æmula, niſi que faceſſit
 Quod non illa probat, ſuadetq; magiſtra ſequendū.
 Huic natale viro *Guilhelmo* nomen, honeſtæ
 Cui ſeunt mores exemplum nobile vitæ.
 Et Pater, & muſis Mœcenas alter alendis
 Ille ſcholam inſtituit laudandam divite ſumptu,
 Arte Viro inſigni quæ commendata Magiſtro eſt,
 Heſſo cui cognomen ab ortu tale parentum.
 Hæc opulenta bonis cumulat Victoria multis
 Autores palmæ Regemque, Ducesque, ſuperbas
 Præter opes, alias, quas copia magna miniſtrat,
 Et tormenta locis diverſis ænea cœpit
 Rex, amboque Duces ſortiti præmia palmæ.
 Junius elapſo decimam cum tempore lucem
 Protulit, his repetit Moldorpha mœnia geſtis
 Tota cohors equitū, legioq; Virū omnis eventū,
 Novit ubi ſocias ſua caſtra tenere phalanges.
 Hæc dum dextra gerit Victoris, & omne ſecundo
 Omne cedit opus, nec opem fortuna moratur:
 Gens Ditmarſa, jugo quam nondum adverſa ſubegit
 Vis *Hemmingſtadia* coit aggere, ſeque titeri
 Hic, patriamque parat, nulloque timore laborat.
 Tanta viget virtus animis, ac tanta cupido
 Aut patria pro laude mori, aut ſua jura tuendi:
 Huic adverſa cohors ſtationem rure capeſſit
 Vicino, ſpacio majore nec inde locavit
 Caſtra, notare Viros oculis quam poſſet ut hoſtes,
 Quos inſerre præcul ſua ſigna ſuperba videbat,
 Et præferre minis ingentem exercitus iram,
 Ac nudos aliquos fodiendi ferre laborem,
 Dum munire locum foſſis, atque aggere ſudant
 Illa parte, putant qua vim præſentius hoſtem
 Exercere, ſuas & velle ciere cohortes,
 Hic quem præſidio freti expectare ſuperbo
 Audent, & magnis ſua pectora mœnibus arthane.
 Nec quid portendant exempla priora malorum.
 Mente vident errante Viri, nec quale minetur
 Ira Dei exitium, & pœnam ut diſſerre recuſet

Jam tum quæ sociam merfit discrimine gentem.

Est locus antiquo gestis insignis ab ævo
Rebus, ubi bello domuit Ditmarsa potestas
Hostes ante suos, & ubi certamine Regem
Fudit *Johannem*, cui Dania Regis honorem
Contulit, imperiique lubens concessit habenas.
Nomen ab eventu tribuit ferale vetustas
Inde loco, *Stygys* quasi mille *sacrum* incola terræ
Spiritibus diro vocat omine, conscius ævo
Historiæ antiquo gestæ, illic fusa sub armis
Millia multa Virum sunt ante, locum ergo vocari
Dæmonis hæc titulo insignitum occasio suavit,
Hic aliquando suos victrix gens fudit ut hostes,
Et diris rabiem cædendi exercuit armis:
Sic te posse pari Rex inclyte sperat ibidem.
Exitio mergi, sociasque perire cohortes,
(At spem sanguineam rabies exercet inanis,)
Rex caput imperij generosis optime Danis,
Qui pater es patriæ, & legum sacra jura ministras:
Teque tuo cum germano fortissime Adolpho
Dux Duce *Joannes* laudum auctor honore tuarum
Egregie, & virtute potens, opibusque superbis,
Thesaurus cumulas quarum haud inglorius hæres,
Quem dat avita domus duplicas adfertor honorem
Imperio justo, tibi quo data regna gubernas,
Quam cum fratre paris communem clarus Adolpho
Famam, qui regimen laudabile legibus ambo
Teste piis populo vobis parente fovetis,
Sed vestræ quid laudis amor me ducit? ad ipsam
Rem redeo, cœpti telam finire laboris
Instituto, ad finem duci quæ longa requirit.

Mensis adimplerat pulsus Junonius horis
Bis senas noctes, totidemque alterna dierum
Intervalla, dabatque notam rediturus olympo
Vesper, & occiduas labens sol penè sub undas:
Rex ambobusque Duces, nec non *Blangburgus* eodem
Momento Vir & usu armorum, & clarus avitæ
Laude domus unâ *Moldorphæ* tecta relinquunt
Atque suas alio abducunt Equitum unde cohortes:
Tresque simul Deditum legiones ire jubentur,
Quarum ductores *Comes Oldenbergicus*, & Vir
Excellens virtute, lolet qui *Walda* vocari;
(Tale superstes origo dedit cognomen avorum)
Ac belli hoc nil laude minor *Fritzburgus*, & usu,
Nobilitate nec inferior, nec honorè parentum:
Quos omnes abutum moliri terga sequenti
Agmine cum toto Ditmarsæ ex aggere cernunt,
Tunc *Hemmingstadiam* quibus est data cura tuendi;
Qui simulare dolo ductores tale putabant
Inceptum, umbrosa gressum huc ut nocte referrent;
Ac redeunte die tentarent, quale voluntas
Decrevisset, opus, totis & Viribus urbem
Urgerent, positis ut sese dederet armis.
Illa futura timens errore pericula Viræs
Arma iners studio, & curas solatur inani
Turba Virum, seroque sapit discrimine vitæ
Quæque labor felix bellandi, ac cura requirit,
Efficit in promptu sint singula, nilque movetur
Exemplo, *Moldorphæ* tui quo triste coloris
Experti fatum gemitu, luctuque laborent,
Affore fortunam cœptis spe fidit inani.
Uque metu vacuas acuat fiducia mentes,
Accendunt animis rabidum ebrietate furorem
Agricolæ, tunc turba ferè plus dedita Baccho,
Quam conata Deo auctori se credere rerum,
hoc armare modo tota se nocte laborant,

Forte suas qua velle putant errore cohortes
Huc hostem revocare, dolos hac arte sequatur,
Hoc egisse viros Rex deinde, Ducesque docentur.
His *Hemmingstadiæ* cessit cum fracta potestas.

Haud mora, nocte ferunt se caligante per umbras
Agmina, Ductoresque, regunt qui terga sequentes;
Præcipitare viamque monent, urgentque cæteras.
Quorum primus agit *Fritzbergus* in ordine turmam
Ponè suam, quam tum post intervalla viarum
Parva Comes sequitur peditum *Oldenburgicus* una
Agmen agens, cui Rector adest, cui præsidet Heros,
Qui decus est fortitus ab hoc laudabile bello
Fama, huic quam peperit præclare exercita virtus.

Nocturnas aurora polo dimoverat umbras,
Rex, sociique Duces Equitum stipante propinquant
Agmine terga tibi Vicinis ordine campis
Albersdorpha alias inter non infima villas,
Ac simul una Virum legio, quam ducit euntem,
Armat & ad pugnam *Fritzbergus* & arte gubernat,
Seria tres horas hibet hic quos causa morari,
Ni temerè grave sit discrimen adire voluntas,
Utraque adhuc legio, & Comitum quæ Martia ductu
Oldenburgiaci, & *Walda* arte Viri arma gerebat
Forsan adhuc aberat longè cunctantior, illam
Expectare jubet jungendi occasio vires:
Quæ tetigit cum segnis agros, invita molestas
Trivit ubi illa moras legio, huc quæ prima volaræ,
Continuare viam peditum una, Equitumque cohortes
Pergunt atque loco, quo vix munitior alter
(Nomen inest tali *Tilebruggæ* voce) propinquant:
Huc *Blangburgus* ubi comitatu venit equestri
Forte prior, (socios equites qui primus agebat)
Munitam nullo sedem tutore notavit.
Desertasque domos, nec clausas obice portas,
Tecta loci ergo subit sine clade, gravique periculo;
Et spoliis potitur, quæ forte reliquerat hæres,
Quem derisa dolis alio tunc causa vocaræ.
Namque *Hemmingstadiæ* dum tutor adesse laborat,
Deseruisse domum propriam, nil ipse veretur,
Usque adeo grave fatales vitare ruinas,
Ad deserta tamen custodes tecta locaræ
Rustica turba, suas errore reliquit ut ædes,
Qui volitare Virum huc cernunt dehinc agmine nu-
bem

Dantque timore fugam ad sociam quæ semita gentem
Ducit, & insidias, artemque dolumque sagacem
Narrant, hostis eat quo lætus & arma capessat
His impunè locis, illi dum nemo resistat.

Agmen equestre viros etrare per avia campi
Cernit, & infestare modo, quocumque facultas,
Ardet, equos acres ergo calcaribus urget,
Exercetque procul jaculis plagisque cæteram.
Præparat ad pugnam quoque sese animosa laborem
Te legio *Fritzberge* petens ductore triumphos.
Instaurare juvat pugnas, aciemque coruscam,
Et conferrè manus hosti ni fore recuset.
Insidiis latens si protinus arma capessat,
Improvisa gravi ne forte pericula surgant.

Tympana rauca sonant, acuumque in prælia Mar-
tem

Accenduntque viris animos, viresque lacessunt,
Quorum nempe notam accenti non pectoris edit.
Robur alit virtus discrimine nescia frangi;
Igneus urat humum quamvis tunc sirus æstu,
Et sua membra viris ardore fatigat anhelu:
Hi tamen exoptant præsentem pectore pugnas,

Et pro laude nihil palma sudare recusant.
 Et pedes armat, & acer eques iam robur in hostem,
 Alter ab exemplo alterius laudum haurit amorem,
 Quas auferre solet virtus defuncta periculis.
 Forte vix mediam superaverat orbita metam
 Solis, e quos qui jam declivi parte rotabat:
 Agmen equi stre loco, legioque secuta propinquant,
 Quo vix est alius munitior aggere terra,
 (*Onvvebrugga* solet cultore fatente vocari.)
 Ad quem strata viam longo fundata recludunt
 Aggere, arcta viros huc semita ducit euntes,
 Nec binis nisi forsan equis unà ire facultas.
 Meta vim fossis sua claudit utrusque profundis,
 Hæc unà plures calcare pericula callem
 impediunt, cautamq; jubent equitum esse cohortem,
 Quorum qui primi succedunt ordine tectis
 Forteloci, tutore notant hæc undique nullo
 Defendi, unde viam qui nulla pericula tardant,
 Hæc impunè volunt, quos agmina tota sequuntur,
 Ac potitur stringens non ullum exercitus ense
 Hic spolio uberiore simul tormenta periclo
 Aeneæ Rex nullo, atque Ducum orto cæpit uterq;

Turma suam inde equitum spacio propiore sub

Heidam

(Viribus hæc totis subit infestare voluntas)
 Præside *Blangburga* speculatum fertur eundem.
 Jussa Ducum, Regisque sequens ceu missile telum
 Excussum volitat nervo stridente per auras
 Aut præceps rapitur maris ortis Cymba procellis;
 Impetus urget equos tali ratione citatos.

Nec non promit opes alias hæc copia rerum
 Quas opulenta suis cultoribus ora ministrat.
 Incultoditas errore reliquerat ædes
 Turba dolo delusa virum, quos inde vocarat
 Haud *Hemmingstadia* sat providus incola custos,
 Qui tamen excubias vigilum de more diurnas
 Nocturnasque viri seu servarent esse relictos
 Fama refert equitum quos vidit ut ala vagari,
 Dispergique metu, studioque futura cavendi
 Funera, ni fugiant, *Hemmingstadia* que petendi
 Portas, (agmen ubi tunc omne coegerat error
 Gentis iners incautæ, urgent quam fata periculis,
 Irritare diu ausa fuit gens numinis iram)
 Hi subito instaurant aciem exercentque sequendo,
 Exemplo pedites quod idem tentare laborant
Prizbergo ductore, fragor quos classicus armat,
 Et rapit & pugnam ardentem interrita virtus,
 Qua Duce nequicquam quatit artus sudor anhelos,
 Tempora dum fervore viros æstiva fatigant.

Esse feriunt tumidos tres campi tubere colles
Onvvebrugga situ oppidulum quæ spectat ad *Hei-*
dam,

Aenea quos juxta tormenta labore struendi
 insidias hosti hæc diras statuisse feruntur,
 Tali suspicio structos quia nulla monebat
 Arte dolos, si fausta parum fortuna fuisset,
 Clade fatigassent incautum protinus hostem.
 At tum densa licet volet ænea grando globorum,
 Sparfa viros non ulla tamen glans haurit euntes,
 Exitus unde premit miseris spem durus inanem
 Agricolis, subito quos dira pericula versant,
 Nam dum tormentis hostem muralibus urgent,
 Colligit acer eques sua sese in robora motu
 Ingenti virtutis, auditque audentior hostes,
 Inque fugam versat partim, partimque trucidat,
 Ac tormenta viris unà eripit ænea victor.

Qui petière locum suadente timore palustrem;
 Circumfusa cohors equitum quos cæde fatigat,
 Donec & exuvias hi dant, animasque relinquunt.
 Terra tepet fuso, ac trahit unda cruore ruborem.
 Trecentum cecidisse refert tunc fama colonos,
 Quos dum cædis atrox dirum saturaret amorem,
 Orbavisse potest vitali lumine Mavors,
 Nonnullos equites etiam qui læsit acerbo
 Vulnere, sed quo non his cedit adempta sub umbras
 Vita, *Podobusco* factum quam vulnus ahenio
 (Hoc cognomen erat, proprium sed nomen *Erico*)
 Triste globo eripuit, Vir erat, quo nobilis ortu,
 Et virtute notas generosæ edebat honestas
 Mentis, & hæc belli discrimina fortis adibit
Frisius hoc etiam, cui non cum corpore laudum
 Fama perit, mortem certamine susus adivit,
Andrea cui nomen erat fatale, gerebat
 Se talem virtute, refert qualem hujus imago.
 Præterea hæc paucos misere pericula leto,
 Quorum mors abolet vitæ cum lumine famam;
 Hæc equitum dum turma gerit, rectore propinquant
 Ducta Virum legio *Frizbergo*, aciemque tumultu
 Hic pugnae durante novat, sociamque cohortem
 Adjuvat auxilio, & stricis simul emicat armis
 Fertur & ad pugnam, nec anhelio deficit actu,
 Torreat ardentilicet astro sirus agros.

At moralenta Viros, quos *Oldenburgicus Heros*,
Waldaque ductor agit, non maturare sinebat
 Adventum, intervalla gradum hi post longa ferebant;
 Deque labore vix edebant crescente querelas,
 Quem nec nocte quies concessa, dieve levasset,
 Nec data defessas revocandi copia vires
 Esset, opaca suas dum nox luxve egerit horas,
 Vita sibi æstivo cum fessa labore fatescat.
 Hinc alius languore moras trahit; alter ob æstum,
 Tectaque subducunt alij se ad rustica furtim;
 Nilque verehtur, eant quæ forte pericula vitæ;
 Esse timore fames vacuos male suada subegit.

Illam moræ causas odiosæ occasio præbet.
 Unde gravi sudant Ductores mole laborum;
 Hi dum prætereunt *Onvvebruggam*, indeq; gressum
 Præcipitare monent, sociisque adferre petitam
 Agmina forsan opem, jam tum quos orta fatiget
 Pugna labore: Viros sed tædia tanta morantur,
 Ut monitis, ut penè minis parère recusent.
 Nam mora dum teritur tres mobile tempus abegit
 Horas, antè, loco coeat quam exercitus uno
 Omnis, & auxilio communi prælia cedant.

Ductores acuit vincendi tanta cupido;
 Tantus & ardor agit Regemque, Ducesq; sequendi,
 Antè, sua pariant hi quam virtute triumphos,
 Quæ vires illis, generosam & suscitât iram.
 Antè verant alios etiam instaurare vigorem;
 Successu finem quam pugna potita sequatur
 Non stagnantis aquæ datur haustu sicca rigandi
 Membra, licet fauces sitis angat anhelæ, facultas
 Tanta tenet, tunc vincendi fiducia mentes
 Ductorem, ac re juvat studium fortuna laboris
 Imminet ut primum portis exercitum altis
Heidam urbi tectis æquanda superbis
 Villa, tuz tutore caret tum penè salutis
 Teque Virum, virtus quorum esset idonea bello,
 Nulla tegit tunc rebus opem tutela ferendo.
 Namque *Hemmingstadiam* fueras tu passa vocari
 Hinc errore viros, possent quorum arma tueri
 Te, si successum non fata sinistra negarent,

Hoste

Hoste caput supra quos sero instante reduxit
 Horum arcere manu posses ut finibus hostem,
 Sed non cura satis spe provida sudat inani,
 Cedere conatum fortuna sinistra moratur.
 Lectos fama viros derisam fraude sagaci
 Gentem missuram his mille fuisse, vacantem
 Praesidio adferent Onwebruggam hoste fugato,
 Aut hunc Oppidulum opprimerent potiore sub
 Heidam

Robore Victores, palmamque jacente referrent;
 Exuviasque illo, terit haec sed cepta sinistro
 Successu, infelix negat, auso occasio vires.
 Hostis adhuc unam quod si cunctatus ad horam,
 Non urssisset opus dubii molimine tanto
 Martis, eum duro violenta pericula casu
 Oppressent; fractum jam tum sub mole laboris,
 Agricolis armabat adhuc siquidem integer artus
 Robur alens immane vigor, quos praelia nondum
 Ulla fatigarant, aut aestu sudor anhielo.

Quin his ebrietas animos, viresque ciebat
 Audendi auctor, & urgendi temeraria pugnas;
 Larga Viris comitem quam pocula saepe parabant;
 Praelia Martis opus Baccho Ductore subirent,
 Quo gliscente furor viget arma cruenta sequendi.

At licet hac actiant rabie ad certamina vires
 Sanguinei agricolae, & cieant sibi sponte furorem;
 Quo duce praecipitant in dira pericula vitam;
 His divina tamen quia poenas ira minatur,
 Quas metuere diu, furor irritus arma capessit;
 Obruit irato labor ingens numine gentem.
 Vis inimica loco siquidem illo hanc opprimit armis;
 Sunt ubi nulla rati metuenda pericula facta
 Delusi agricolae, quos libertate potestas
 Vivendi temere exutos divina volebat:

Victor abundantem variarum munere rerum
 Hostis opum expulsis haec edibus occupat oram,
 Posthabet ipse suam cui demens incola vitam,
 Namque mori mavult quam cedere finibus exul
 Terrae, larga bonis sua quam natura beavit, (res:
 Unde suam ipse bonam patriam incola nominat haec

His agitata modis aliam gens invenit artem;
 Qua putat hostilem melius vim posse domari,
 Ire parat contra fortunam audacius omnem;
 Et campo miscere manus, nisi cedat, aperto
 Hosti, cuique gravem jam suscitatur impetus iram;
 Ac stimulat validas ardentem pectore vires,
 Arma cedere juvat magno, patriamque tueri
 Robore, gens ergo procul obvia fertur in hostem
 Agminibus dispersa vagis, atque ordine nullo
 Aut aciem instituit, strictis aut dimicat armis:
 Nunc grave quingenti certamen inire propinquant,
 Nunc plures, nunc non totidem numero arma ca-
 Unde cadunt victi paulatim Marte sinistro. (pessunt,
 Post alias aliae succumbunt caede cohortes,
 Funereo tellus passim squallore rigescit,
 Edit atrox ferro tot penes cadavera Mavors;
 Quod si junxissent incauti robore motu
 Unanimi poterant palmam sperare coloni,
 Quod non hostis idem negat ipse fuisse futurum,
 Ira Dei agricolae tunc si sapuisse tulisset,
 Qui deciderat obire semel, quam longa meretur
 Impietas ultro respicere nescia, poenam,
 Ditmarsiae casu est fatali fracta potestas.

Oppidulum agger aquis jacet undique cinctus ad
 Heidam
 Cui sua quadratam species imitata figuram;

Hujus ad alta diu se propugnacula Vano
 Tutari Agricolae fortes certamine sudant.
 Ut liquidas examen apum leve nare per auras
 Cernitur, & nigram glomerare sub aere nubem,
 Haec sua vere novo cum coereata relictant;
 Ac stipare ducis certatim terga laborant;
 Caligasse ferunt auram sic imbre globorum,
 Obscurant sparsae tormentis aere glandes.
 Aut Jovis ut vibrant vi fulmina torta fragorem,
 Sive tonante gravis quondam ingruit ictus olympo:
 Haud secus arguto tunc mugit aura tumultu.
 At licet opponant acri certamine vires
 Agricolae, & multis adimant per vulnera vitam,
 Dum tamen adversis evadere viribus instant
 Victores, & multa tenent loca foriter hostes;
 Et praerupta virum illasi quidam aggeris alti
 Conscendunt dum strata, necemque inferre coloni
 Vulnere non cessant, fiunt virtute priores.
 Dum grave vincit onus legio indefessa pedetris
 Hostiles furias adverso Marte domandi,
 Turma gravi pariter pugnae succedit equestris,
 Jamque fatigatos strictis circumvolat armis
 Agricolas, est unde fuga omnia adempta facultas;
 Centum fama quater demissos, prodit averno
 Caede viros, quorum exuvias necis abstulit auctor.
 Clarus honore Vir est virtutis, & ore disertus,
 Huic parit eloquio magnam facundia laudem,
 Teutonico seu verba sonat, sive ore latino.

(Baselico dat avita Viro cui nomen origo,
 Casparo sed nomen) ob ingenii ille meretur
 Laude vehi dotes, quibus est vix clarior alter.
 Grata tibi cuius Rex laudibus inclyte virtus
 Est Friderice, colit patriae quem Dania patrem.
 Huic obeunda tuo sunt magna negotia nutu,
 Te quibus assiduis onerat custodia regni.
 Ille mihi vidisse refert (res vis meretur
 Jure fidem) spacio tanto, vel quanta patefcunt
 Intervalla, tenet bis sex quorum area passus,
 Squallida triginta jacuisse cadavera tabo.

Agger sic cinctam, fossisq; docemur ad Heidam
 Acrius esse gravi pugnatam utrinque tumultu.
 Robore praesentes ducenti, animisque tueri
 Tecta Viri Oppiduli, vique hostem arcere laborant
 Multo foro in medio, & vacuis tormenta plateis
 Aenea qui statuere procul jaculantia glandes
 Ceu tempestates aliquando duae ire videntur
 Adversa, aereasque gravi miscere tumultu
 Nubes, vique cient ingenti torta fragorem
 Fulmina, & exercent pavidum stridoribus orbem?
 Talis uterque graves pugnas exercitus urget,
 Talibus aure notes mugire fragoribus auras,
 Horrendos late quos sparsa tonitrua vibrant.

Jam quia robur adhuc validum indefessa ministrat
 Virtus agricolis, quos nondum immensa laborum
 Vis exercuerat, moles nec tanta vigorem
 Fregerat, adversas lasarant quanta cohortes
 Tardis, quae fessas urgent sudore ceteras,
 Quas noctemque, diemque labor, curaque gra-
 varant (stem:
 Vincendi, arma gerebat atrox qui viribus, ho-
 Arcendi studio metuenda pericula (namque
 Rumor it armari septem insuper agmine turmas
 Ad pugnam) oppiduli sparsis abolere favillis
 Tecta juvat, violenta calas incendia perdant
 Conturbentque viros fumo, involvantque plateas

Hac ratione domant vires pugnacis, & iram
 Agricola, & cedentem armis potioribus urgent
 Victores cum Rege Duces, cumque agmine equestri,
 Præsidioque virum, pedites qui castra sequuntur.
 Exitij negat illa fugam fortuna colonis
 Turbatis trepido casu, cui sparsa salutem
 Flamma Viro non lædi, agitque innoxia vires:
 Huic adimit vitam mox vulnere Victor acerbo,
 Qui procul elabi nitentes impedit armis.
 Ut, cum raptores circundant inde, remoto
 Septa lupi custode gregem, fuga disiciat omnem
 Nequicquam, pavidas hæc dum non liberat agnas:
 Tentavere fugam miseri sic mortis inanem
 Agricola, vitam quibus obvius hostis ademit.
 Cæde Viros ter mille ferunt cecidisse sub armis,
 Tutores Ditmaria suos quos terra crearat.
 Altera de socio pars amissile putatur
 Non nisi tercentum grege, quam suffragia famam
 Veram multa probant horum, qui Martis obibant
 Munia tunc unâ, cum stragem hanc ederet armis.
 Visa referre fidem spectacula jure meretur
 Unde patet gentem fatales undique poenas
 Sustinuisse, probant exempla quod edita Verum.
 Regia turma viam semel audet equestris apertas
 Oppiduli portas intra adfectare, plateis
 Sparsa licet totis grassari incendia cernat,
 Quarum cum regio subeuntem strata catervam
 Exciperet, qui fraude latent per tecta coloni,
 Prostrant, strictisque feroces ensibus adsunt,
 Vique viam retrò urgenti vestigia claudunt,
 Obiectantque rotas turmæ, longisque morari
 Hanc frameis obnixa fugam illac turba laborat.
 Quod si non cœptis Vires fortuna negaret,
 Heu paucos equitum non dira pericla manerent,
 Quæ fugiendi omnis tunc esset adempta facultas.
 Verum immane parant dum cædis amore coloni
 Forsan opus, quo flamma Viam claudebat ituris,
 Ardor & immensam fovebat fumeus undam,
 Hæc equites fato medium ducente per ignem
 Corripuere fugam tristi sineclade Volucrem,
 Vir tamen est patrio sua stirps cui nobilis ortu,
 (Huic *Marco* nomen, cognomen avita *Vutustas*
 Dat *Romano*) dum fertur equo, & secat alite flammâ,
 Illius haurit ahena gravi glans vulnere tergum,
 Nec solum ferit hunc Vis ictu Martis acerbo,
 Quin eadem simili fert clade pericula Vitæ,
 Ac veræ generosa fiet cui laudis amorem
 Virtus, sunt autore Deo cui præmia laudum
 Nomine *Niclaon* dicunt cognomine *Trunzen*.
 Præterea paucos alios hausille docemur
 Vulnere dum ferrentur equis per strata viarum
 Præcipientes, magnoque secarent turbine flammâ,
 Undique quas rapidas incendia sparsa vomebant.
 Non impunè tamen tales struere coloni
 Insidias usi fatis ad tale sinisteris
 Fraudis opus, victrix siquidè omnes deinde peremit
 Turba, quibus violavit edax non flamma salutem,
 In cineremque redegit, & ossa cremavit, & artus.
 Gentis ut ergo gravem sociæ didicere ruinam
 Agricola, ad pugnam qui nondum ivere labores,
 Quique *Hemmingstadiz* oppiduli tunc testa tene-
 bant
 Tutores, pavidus inde fugam omnes sponte cape-
 runt,
 Desperantque metu defendi posse salutem.

Est locus, ambit aquæ quæ copia, quemque paludes
 Limosæ cingunt, aditumque morantur ab omni
 Parte, viam una Viris huc semita pandit ituris
 Cætera limus habet latera, & circumfluit humor.
 Nomine Teutonico solet hæc *Marslanda* vocari
 Pars regionis, ad hanc fuga ducit inerme puellas,
 Matronasque genus, puerosque repente, Virosque
 Quos vetat ad belli dubios timor ire labores,
 Desperare jubet præsens fortuna salutem,
 Nè pia Victori clementia mitiget iram.
 Sic mora dimidia dum lapsa fugacibus horis
 Est mensa diem, loca munitissima Victor
 Quinque potente manu Rex, cui pia Dania paret
 Occupat, Holfatiamque Duces, qui lege gubernant,
Onvbruggam, *Hammamq*, suis cū rebus, & *Heidâ*,
 Ac pariter *Tiebruggam*, *Hemmingstadiamq*, reliquit
 De fensore fugam motis incunte periculis
 Hæc dum conatu sunt prælia gesta secundo,
 Uno se lævam casu fortuna probavit,
 Quæ servare fidem se nescia mutat in horas. (ros
 Dux dum pugnat *Adolphu*, & ante aciem icat *He-*
 Et duce nil metuens virtute pericula temnit,
 (Nullo inducta sinit quæ se discrimine frangi,
 Dum modo cedat, opus, dum se Victoria prædonat)
 Illius est validam isti dorsum molita bipennem
 Ditmarsii robusta Viri manus utraque, spinam
 Osse fulcit ubi membrorum coxa columnam,
 Haud impunè tamen, siquidem intulit arma vicissim
 Vulneris autore ipse, globi viventis ademit
 Ictu tui fragilem labentis in Ilia vitam.
 Jâ quia membra gravi huic cruciatu saucia languent,
 A pugna durante petit loca tuta tumultu,
 Præsidio fidi germani ductus equestri.
 Lenit ubi arte sagax Chirurgi cura dolorem
 Vulneris, & medicantis opem fert more petitam
 Interea exequitur Rex prælia præses ad *Heidam*
 Belli summus, obitque modis, quibus expedit omnem
 Officij curam, quæ magna labore movetur,
 Ac virtute regit præclare præside Martem.
 Emicat, auratis & ovans effulget in armis,
 Ac sedet altus equo volucris, & ruit acer in hostem,
 Et plus, quam vitæ, jam laudis amore calefcit.
 Ingentes animi motus Vi penè morari
 Non potuere, regi quorum sua facta requirit
 Consilio, Vis tanta Virum Virtutis agebat,
 Qua nihil arma, minas duce curat, obvius audeat
 Ire, mollet rabies gravis unde pericula belli,
 In victo medios se pectore mittit in hostes,
Herostm loquitur *Virtus* defuncta periculis.
 Jam quia tota dies erat hæc exacta ferendo
 Grande laboris onus, positoque furore quiêrant
 Martis ubique secuta suam certamina finem:
 Regia iussa sequens præfectus, & armâ regendi
Ranzau ante alios insignior arte magister,
 Ductor utrasque parat peditumque equitumque
 cohortes
 Inde sitam paulo spacio revocare sub oram
Onvbrugga solo est cujus fundata palustri.
 Huc tormenta vehi simul ænea curat in hostem,
 Quæ secum vexere, vel iplo cæde perempto
 Eripuere, vocant huc arma, Virosque sub umbras
 Præcipientem diem Phœbo, hic cincta aggere castris
 Sortiti so cius stationem nocte morantur,
 Atque manent aliquot spacio labente dierum.
 Hoc Rex ipse loco, Duxque Holfata junctus avorū,
 Sanguine

Sanguine *Joannes* Regi tentoria figunt;
Et valido sua præsidio vigilum agmina curant
Muniri, dum noctis abit leve tempus opacæ.
Dux etiam medica huc ope Chirurgi usus Adolphus
Advenit è pago, breve quem spacium inde removit.

Junius ut decimam quartam attigit ordine lucæ;
Ditmarfi, superare sinunt quos fata, coloni,
Quosque coire locis formido palustribus egit
Spe vitæ, subito *tres Regis ad alta, Ducumq;*
Divini vates verbi tentoria mittunt.

Pacem qui portant orantum more tabellas,
Cerea quos nullo obsignârât imago sigillo,
Dantque genu flexo Regi, Ducibusque duobus;
Tresque tribus veniam dari fandi pauca rogantur;
Quæ jubeat præsens rerum fortuna suarum,

Lectæ quid afflicti denudata epistola poscunt
Agricolæ, veniam legatis illa precatur,
Quos missura brevi est, redimant ut fœdere pacem
Victorem ira nisi miseras audire querelas,
Immitique negent ad pacem pectore flecti:
Perdi vina rogant veniam illos, numina fandi
Secum voce virum, quos est legare voluntas;
Ut quæ vota, precesque ferant, sit plena docendi
Copia, pax positis amissa reposcitur armis.

Jam mutilos non dant Regi, Ducibusque superbo
Contemptu titulos, paulo velut ante solebant;
Ditmarsæ dominos jam blando nomine gentis;
Imperique vocant, & se fore fœdere spondeant
His stabili gentem, gerat his quæ obnoxia morem;
Majores horum quam non potuere potiri
Laude, licet toties conatus in arma vocârît.

Regem, ambosque Duces adfectu audire benigno
Vota jubet pietas non passa sicire cruorem,
Qui veniam, quam missa precatur epistola, spondet;
Dantque viris huc legatis de pace tabellas,
Hi signata quibus responsa petita reportent,

Hic præclara refert virtutum exempla vicissim
Fama, pio factoque maximus edidit Heros
Rex Fridericus obit qui nobile munus avorum
More gubernandi commissas præses habenas
Danorum, pietas titulos huic auget avitos,
Laude mori sequitur claram quæ nescia famam

Quam primum ille viros sit certus adesse suorum
Ore ministrorum, defunctos sacra docendi
Munere præcones Ditmarsam oracula gentem,
(Nominis cuius eant legati & nuncia portent
Deditione docent quæ pacem orare colonos;
Ni precibus vincit victoris ira moretur)
Ad sua continuo duci tentoria mandat
Præsidio tutos famulorum, edicta severo
Dat quibus ore, sacerdotes vereantur inermes
Lædere, neve sinant aliorum audacia lædat

In mediam adductos suaque in genua ergo volutos
More salutis opem lapsæ, pacemque precantum;
Speque, metuque laborantes solatur amicis
Ore viros, se dante jubens sperare salutem;

*Exanimis sperate metus, & ponite curas;
Exitus in nihil crudele fuisse probabit;
Ne dubitate, fidem pietas violare veretur,
Iure quidem videtur pacem quam Martis ademit
Nostrâ sacerdotes, eadem nunc dextera reddet:
Non nos ira coquit præce supplicis nescia flecti,
Cedis armatores juvet ista Cupido Tyrannos.
Propositi non summa vires est abolere rebellem
Funditus exito divove immergere gentem
Ditmarsâ, quam vis levior vix pœnâ decebat;*

TOM. III.

*Armâcipendi adversa sat est domuisse furor em,
Illius ergo dari qua nomine lingua precatur,
Hinc responsa benigna quidem, pacemq; feretis.*

Hæc dixisse, virosque viro, qui munus obibat
Doctor idem in castris (*Nicolao* huic nomen, & idem
Regius æternam tradebat præco salutem)

Commendasse pii Rex inclyte diceris author
Facti, sortiri sineret Cerealia secum
Dona, dapesque suæ promens accumbere mensæ:
Ipse, foret & officiis curator amicis;
Donec adesse viros obeunda negocia cogant,
Quæ simul optatam cum finem nacta fuissent,
Agmine stipatos Rex hos demisit equestri;
Ne qua daret cladem petulantia Martis iniquam;
Dira sacerdotum rabiosi militis urit

Ira genus, scelerum quem dæmon æmulus urget;
Hanc *Rex* indomiti rabiem prohibere laborat
Militis, ergo sacerdotes hoc inunit amico
Robore, ne qua gravis violentia lædat inermes;
*Hæc pietas, hæc digna viro, atque heroica virtus,
Qua duce fama vehit vivas super æthera laudes,
Qua duce summa petas fastigia victor honorum,
Qua decus in toto vix orbe celebrâus ullum est.*

Metiri pietate, geras quæcunque meretur
Nominis æterni famam mitescere victis
Utque feros hostes, sic vincere fortiter iram:
Et grave sponte nefas, quamvis impune potestas;
Nolle sequi; atque animi sævos compescere motus;
Hanc tibi jure decet tribui Rex inclyte laudem
Ante alios; mihi se facit experientia testem;

Te talem esse, incus qualem nunc pingit Apollo:
Vito sacra dies matutis venerat horis;

Solque gradu cæli fastigia summa secabat:
Fama docet *Regem Legatos octo*, propinquo
Jure data fretos fidei, quæ publica fertur;
Ferre pedum gressu, gens quos Ditmarsa remittat:
(Officii quorum unus erat vir honore sacerdos,
Unum à secretis est fama fuisse vocatum;

Schrôterò huic ratione domus cognomen avitæ,
At qui jura Magistratus in gentes enebant;
Quinque virum è numero comites huc protinus
Forte propinquabât castris, Rex excipit illos (ibant
Præsidio; nec uterque Ducum non munit equestri
Martis ut à rabidi hos defensio vindicet armis.

Hoc ergo tuti comitatu castra petebant,
Et vicina loco tentoria fixa subibant;
Forte morabatur quo tum præfectus eodem,
Præles onus grave militiæ qui summis obibat;
Quique viros, pugnas, aciem, Martemque regebat
Contilio, arte, manu, virtute, laboribus, usu;
Post horas alithore duas qui Rege, Ducumque
Imperio ecce viris, horum qui facta gubernant
Consilio adjunctis, legatos quæ nova portent
Nuncia, quaque rogat pacem optent lege pacisci;
Quam nova compositis instaurant fœdera bellis

Ora teneant alii, sic *Secretarius* inquit,
Qui legatorum unus erat facundior idem:
O *Proceres* quorum; prudentia rebus agendis.
Egregios virtute viros regit, armâq; belli,
Dulceq; pacis opus, pacem cum fata ministrant;
Rebus operam orantum lapsis miserescite mites,
Victoresq; piis è nostri, o flectite votis
Norme *Regem* ambosque Duces, ut desinat horum
Exercere licet justam gravis impetus iram:
Concedant de jure suo, pietatis amorem;

Aqua

*Aqua mens illis non est aliena, sequantur,
 Funditus ut victam parcant excindere gentem,
 Qua culpam profitetur, & haud juga ferre recusat,
 Dura dat illa licet, modo vitam iratus ademptam
 Sanguineo nolit captivis vulnere victor.
 Libertatis amor se suavit inane tuendi
 Adverso studium, & miscendi robore pugnam.
 Se voluisse manu patriam servare potenti
 Non negat, adsertam tot avorum viribus annos,
 Posse videbatur gens, se quia posse volebat,
 Unde furor vanam sibi movit inutilis iram,
 Detrectasse potest pia quæ Duce vincula legum,
 Quas autore Deo dabat huic sancita potestas,
 Cui sero parere juvat, veniamque precari
 Victores, pietas quos vincat amore vicissim
 Parcentis, quibus est alias spes nulla salutis,
 Ipsa, misera quibus bella fortuna peperit.
 Cade sat exhaustum poenæ est, non ergo salutem
 His adimant, humili veniam qui mente precantur.
 Ac servare fidem, æterno se fœdere spondent
 Velle magistratum nec non pietate vereri.
 At patria hæredes se jure precantur avito
 Esse sinant, quorum imperio nunc cedere mens est.
 Victores moveat diris fors plena querelis
 Fœminea turbæ, quam nemo ruetur inermem,
 Et matronarum lachrymæ, quibus arma maritos
 Eripuere suos, miseræque, querela juventæ,
 Dulcibus hœu luctu qua patribus orba laborat.
 Hæc Legatus ait, vocemque silentia claudunt.
 Rex amboq, Duces ubi gesta negotia discunt
 Præsidio, quibus hæc obeunda dedere, virorum,
 Et qua lege parer lapsam instaurare salutem,
 Quo ve modo instituat pacem servare caducam
 Incola Ditarum studio ante rebellis inani:
 Conditione parant pacem spondere petitam.
 Mandant ego recens decreta notare tabellis
 Mox consulta, ferant cupidis responsa colonis
 Ut reduces hæc Legati, quos ore severo
 Ante monent, sociam doceant hæc omnia gentem
 Acta, moramque teri impediunt consulta sequendo
 Ut quas suscipiat gens leges, qualque recuset,
 Perस्पicuis matura notis responsa loquantur.
 Cunque sequente poli medium sol luce pererret,
 Idem adsint decreta, voluntatemque relatum
 Gentis ab exitio cupidæ servare salutem,
 Urgentur monitu Regisque Ducumque severo.
 Utque remetiri tuti sub regia possint
 Castra viam, Rex his comitatum spondet equestre
 Tutor ut ipse viros redeuntis munit armis.
 Qui quoniam non esse diem, noctemque sat unam
 Ad res consilio prudente queruntur agendas:
 Intervalla moras urgentis temporis orant,
 Quo durante dies Saturni proxima surgat.
 Reges eam atque Ducum poscentibus annuit ultro
 Gratiam rem, pietatis erat quia cedere votis.
 Interea belli rabies saturata quiescit,
 Nec velut ante viris datur exercere rapinas,
 Quin abolere vetant edicta severa relictas
 Defensore casus sparsis fugiente favillas.
 Nec, quod idem non norma probat præscripta se-
 Rite datas prædas, audendi impune potestas (quædi
 Nam violare metu haud qui poenæ edicta verentur,
 Hos vindicta modo nullo evitabilis urget.
 Sic quidam ædis ad alta sacra, cum tecta favillas
 Jactassent, ut edax vis igne cremaret eandem,*

Digna secuta, nefas authores poena peremit,
 Regis, & ira Ducum capite hos quam justa poposcit
 Edocet historiam dignam nos fama notatu,
 Hoc iterum non vana loco, memor accipe talem:
 Regis adisse frequens tentoria fertur ovantis
 Turba sacerdotum grege concomitante penatum,
 Seque suam: que domum fidei victoris inermem
 Commendasse, solent veniam quo more precari,
 Qui prece captivam vitam servare laborant.
 Hic iterum egregiam laudem tulit *inclita virtus*
 Regis, honore mori cui nescia fama manebit,
 Donec in orbe dies alterna nocte resurgat
 Rebus opem orantes miseris, vitæque salutem
 Corde sacerdotes pavido, spe mitior heros
 Excipit & poenæ hortatur formido quiescat,
 Se fore ceu sperent adsertam autore salutem.
 Moxque manu prensis placidi dat signa favoris;
 Et melius sperare jubet, pavidosque serenat
 Alloquio miti curas, trepidumque stuporem;
 Se ut ore monens secludere mente timores.
 Et jubet assurgant (quia fusi more petentum
 Hi veniam fuerant) & opem præmittit amicam.
 Deinde viro commendat, obit qui sacra docendi
 Præco vicem in castris oracula seque aliosque;
 Ac jubet hos secum potuque ciboque potiri
 Ipse sinat, studioque viris soletur amico
 Fortunæ præsentis onus, nec ferre gravebitur
 Promptus opem officio fidum testante favorem;
 Quem declaret amanter eos pietate juvandi,
 Quos cum prole labor, cum conjugis, cumque pe-
 natum

Cætu durus agat, pia nî prode fle voluntas
 His jubeat, nisi vincat amor clementer agendi;
 Anxia desertos urgere pericula possent.
 Hoc virtutis erat, virtus quæ jure vocatur,
 Quæ notat Heroem, & generosæ mentis imago est;
 Velle sacerdotes salvos odio undique vulgi
 Expositos, nec non invisos Martis iniqui
 Perpetuo famulis, pietas quos nulla cohercet,
 Talis *Alexander*, quem *Magnum* in cæto vocari
 Promeruit virtus; humano excepit ludium
 Ore sacerdotem, Solyman cum cingeret urbem
 Obsidione Tyrum postquam domuisse rebellem
 Fertur & ingenti vi juba præpararet
 Pergama, sponte sua Civis nî credere vellent,
 Exarguere solo, murosque, domosque, superbas;
 Obvius huic tulerat vestigia forte sacerdos;
 Cunque ipso pietate graves, & honore senectæ
 Augustæ hac ex urbe viri exoratus ut iram
 Rex bonorum exueret precibus, pacemque petitam
 Annueret poterat vis quamvis ulla tueri.
 Ex habitu *Amathius* sacro ergo agnovit ut *Heros*
 Vatein, se subito demilit equo ocyus alto
 In genua ante virum proclumbens; remq; spondit
 Sponte sua optatam, pacemque piam annuit ultro.
 Laudat *Alexandrum* memo hæc ob facta vetustas
 Jure, potens orbem totum cui dextra subegit.
 Te memor ergo decet laudæ quoq; fama per ævum
 Rex *Friderice*, pari tua quas operosa meretur
 Exemplo pietas divino concito motu.
 Horrendum dictu divinæ præco salutis
 Rettulit historiam, oppiduli cui Civibus *Heidæ*
 Ortam tradiderat doctrinam semine cæli,
 Quique sacerdotes alios comitatus eodem
 Iyerat oratum huc donandum t. impore pacem.

Ille viri audirent alii cum dira relatu,
 Aula feræ exposuit stygium testata furorem
 Gentis, it ante alias quæ crimine nota per orbem,
 Et patriam sedem cui Ditmarsis ora ministrat.
 Principio belli primam quam cœpit ahenam
 Hoste autore procul sparsam per inania glandem
 Tormento stygiis exercitus incola monstris
 Ditmariz (horrendum dictu) illam more sacrari
 Postulat, ac mergi sub aquas, quo membra sacerdos
 Parva quis infantum, divino animæ unda lavacro
 Abluat ut sordes natas ab origine, tingit.
 Verum immane nefas qui primus obire sacerdos
 Poscitur, causa gravi pius impia voce retundit,
 Mensquerei tantæ huic concussa cohorret abusu,
 Sed rabiem vulgi, frustra cohibere laborat.
 Increpitans, dignumque nefas hoc damnat averno,
 Sustinet hoc agitans quin dita pericula vitæ,
 Cæde necem cui gens accensa furore minatur.
 Jure rei horrendæ auditu quæ passâ repulsam
 Sollicitare minax alium non ante quiescit
 Ore sacerdotem, fore se quam spondeat ultro
 Authorem ipseri execrandæ, turpis adegit
 Quem patrare nefas timor, aut furor aûsa juvandi;
 Paret, & in trini lacratas nocturne lymphas
 Numinis ipse super massam ter fundit alienam;
 O scelus esse potest quo non immanius ullum,
 Quid non impietas obsessa furoribus audet?
 Rettulit hoc etiam (quem diximus ante docendâ
 Oppiduli Civis Heide informasse) sacerdos:
 Cum primum orta lues belli est, tojisse colonos;
 Inque pares numero tres se sociasse catervas;
 Ac *Magica artis animum* mediam statuisse magistratam;
 Ad fontes revocare suos quæ flumina novit;
 Moliri que leves ventos, iterumque morari,
 Quas docet stygius dæmon, hæc calluit artes:
 Quæ magicis verbis inhiantes ore rogavit
 Incantante viros, Christi num quilibet horum;
 Quo doceat, matrem dignetur honore Mariam;
 Et famulum huic sese ferat æqua mente vocari
 Esse, sonat vox una virum, mox improba Circe
 Ergo refert benedicturæ magico impia gestu
 Murmura, datque notas, stygiâ quibus exhibet artē,
 Et malam cantando prohibere futura videtur;
 Heu sævis fuerant hæc digna piacula pœnis,
 Tartarei execranda Deo res dæmonis artes
 Posthabita implorare, manet quam pœna pereuntis
 Præterea Verbi Divini rettulit idem
 Præco, sub auspicio belli solum arva secantem
 Esse dolo *captum juvenem, cui corpore scello*
Ventriculum, tribuit cui vim natura coquendi;
 Eripuit lignoque inversum adfixit acuto
 Incola Ditmarsiz Turcis immanior ipsis:
 Exemplum attonitos hostes crudele moneret
 Supplicii esse pari pœnas sibi lege futuras;
 Inferior virtus si palmam amiserit horum:
 Qua Tilebrugga jacet lotus agger cinctus, &
 Vimine fixa cacuminibus teres arbores altæ (undis
 Cernitur, hac agitatur sua cum procul agmina victor;
 Virga, velut tostem quæ præbet euntibus æstu
 Humanam dejecta viris ex arbore linguam.
 Horum cum scelerum pia castigaret amorem
 Turba virum, qui sacra docent præcula vates;
 Deque Magistratulegum custode monerent;
 Ordine cœlesti dominandi hunc jura tueri,
 Ergo Deo bellum vanis inferre videri
 Viribus hos, odio quibus est sancita potestas:

Incautum ore pios monitus fudere severo,
 Crevit ad hos demens quando petulantia mortum;
 Ac sævire mihi gens cœca furore sequendi
 Omne nefas cœpit, moremque relinquere suasit
 Hortandi, imperio ut dominantum obnoxia cedit,
 Si trahat hos canam tangendi cura senectam;
 Ante dicim triste nec morte perire laborent.
 Sulfurei interea succensi fomite nitri
 Dissectasse domum vis flammæ dicitur *Hammans*;
 Estque æquata solo aerei aggeris ardua moles.
 Sic *Tilebrugga* illo tunc propugnacula casu,
 Atque *Hemmingstadia* vastam sunt passa ruinam,
 Lux Veneris nomen sortita regentis amores
 Ortâ recens fuerat, *Comitis* agmine cinctus equestris
 Rex abit è castris, *Albersdorphaque* propinquat
 Villæ, *Izeboa* inde; ubi matrem fama morari
 Reginam, gnatum quæ languet amore videndi
 Victorem; partos huic gratandique triumphos;
 Deque suis coram quibusdam rebus agendi.
 Rex tamen ante; parat quam castris ire relictis,
 Omne geri vigilanter opus jubet ore severo,
 Hortaturque viros; belli qui frenâ gubernant;
 Datque potestatem plenam res quæque sequendi;
 Quas non impediatur ratio prudenter agendi.
 Fœdus inire datur, seu bella movere vicissim
 Copia, conditio nisi non subeunda repugnet
 Militiæ summo curas hæc iussa faciscunt.

Præfecto, (dici *Joannem* nomine noris)
 Atque viro egregio virtute, domusque paternæ
 Nobilitate, suos titulos tui laudibus auget;
 Et decus addit; ab interitu quod vindicat expertis
 Gloria mortis, abit cum vita soluta sub umbras;
 Discimus *Henricum* huic, cognomine utrumque
 vocari

Ranzâon, & consanguineam his clarescere stirpem;
 Nec non tanta viro commissa negotia sunt hæc;
 Huic cognomen honos *Aleseldo* stirpis avitæ
 Adserit, at proprio *Bertran* huic nomine ducunt,
 Cui ceu nobilitas decus ingens promittitur avorum,
 Sic parit huic celebrem virtus exercita famam;
 Quem generosa virum fortem natura creavit,
 Quod probat exemplis; laudem quibus edit amore;
 Non nisi virtuti quas deditus occupat hæres.
 Extulit brta diem roseis aurora quadrigis;
 Quam Rex; quamq; Duces statuere redire sequendi
 Spes inito subigit redimendam fœdere pacem
 Missos ante viros à gente volente tueri
 Deditio; petant quam sæva pericula; vitam;
 Quos ad castra simul redeuntés indice discit
 Rex certo, his equitum subito obviam turma jubetur
 Ire, tegat quæ præsidio; vimque arceat omnem;
 Quò tuti subeunt hi castra; docentque vicissim
 Gentis adhuc pacem responsa petentis amicam
 Conditione; valere sinat si victor eandem:

Postera lux emensa suas dum labitur horas
 Ergo, geri incipiunt de pace negotia faulto
 Auspicio; ortâ dies felix quæ tertia finit
 Quo demum aügultæ nascens concordia sancit
 Pacisque utriusque novas immoto fœdere leges;
 Et cuncti agricolæ sub castra venire jubentur,
 Quos fuga; deditio, quos belli à pelte redemit;
 E quorum numero jam millia quatuor armis
 Apti forsân erant, imbellis cœtera pubes;
 Horum quisque manu nudatam cortice virgam
 Victi more gerit; victrix cui dextra pepercit:

Et tormenta decem liquefacto ex ære caminis,
Fusa vehi curant una, quæ sola superlunt.
Cætera victor habet jam tum, cui sponte volentes
Hæc etiam tradunt, redimant hoc nomine pacem.
Ac poscunt humiles veniam, abjurantque futurum,
Ut violare nobis sancita furoribus ausint
Fœdera, ferre magistratus aut jura reculent.
Subjectam imperio deceant quæ munia gentem,
Hæc se velle fidem dant lege subire perenni,
Quam sacramento non confirmare reculent.

Exitus hic belli, gentem hæc fortuna fatigat,
Ditmaricæ dominam quæ se jactare tot annos
Ingenti potuit fastu, quem pœnia poposcit
Supplicium orta Deo longum frenante furorem,

Quo vicis impunè diu servivit, & iram
Illius impietas secuta putavit inanem,
Jure dedit tales pœnas Ditmarsa Tyrannis,
Quam multis exemplis modis viguisse fatentur,
Quæ memor historiis antiquior addidit ætas,
Sustulit hæc quondam gens clarum laude *Dedonem*,
Sic *Etclerum*, ambos comites ex stirpe parentum,
Selicet imperio subjectam nosset eorum,
Est dominis inferre manus tamèn aulæ cruentas.

Hac autore subit sic *Marchio* triste *Rudolphus*
Exitium, antiquo tenuit qui jura sub ævo
Ditmaricæ rector, cui nomen gnarus eodem
Tum vivebat, is ante diem sublatus adivit
Cæde pari mortem, cui nupta fuisse *vir ago*
Dicitur (hanc meminit *Walburgam* fama vocari)
Impia cum lacero huic naso gens abscidit aures,
Ac fluxus manantis aquis abjecit in undas,
Nomen adhuc hodie à gestis cui rebus inhæret,
Quo dolor, hæc quem sustinuit matrona, notatur.

Ditmaricam historiarum claros testantur avorum
Nobilitate viros præscis habitasse sub annis,
Incola paulatim quos sustulit efferus armis,
Quos à morte minus fuga tempestitiva redemit.

Gens hæc *Herrvigo* juga cum victore subiret.
(Hoc qui summus erat *Bremensis Episcopus* ævo)
Magnam ipso multam coram exactore sponndit,
Propositasque fidem leges mentita recepit,
Quam servare nihil jam pace potita laborat.
Audendi huic absente redit domitore voluntas,
More suo petulans nec desinit esse, *tuendi*
Sacramenta gerit gens nullam perfida curam,

Quin *Comiti* Holsaticæ Rex *Waldemar* *Adolpho*
(Patria gens illo numerat quem nomine quartum)
Rex, quo Danorum tutore potentia crevit,
Conseruisse manus *Rensburgam* dicitur urbem
Inter, *Bornheidamq;*, tulit quarum utraque laudem
Gestis antiquo præclaram rebus in ævo:

Ditmars Regem armorum surgente tumultu
Agricolæ Dominum conflictu Martis in ipso
Deseruisse suum, jamque hostes transfuga juyit
Rusticus, exercent hinc sæva pericula Regem,
Cum gnato quæ vix elabens obvia vitat.

Gens etiam Holsaticam quondam exercere rapinis
Ditmaricæ aulæ, viros huc auctos robore mittit,
Expolient ut opum indefensas munere villas.
Quam *Niclaus* ubi comes accipit Holsata famæ
Rem rumore, decem ter, alit quos aula, ministros
Concitat ex Equitum numero sociisque pericli
Ocyus armari triginta curat in hostem,
Et ciet agricolas, habitant qui rure propinquo.

Tali præsidio raptore pone fatigat,
Viq; viros amplam prædam remoratur agentes,

Adfuit è quorum grege corpore pene gigantem
Æquans unus, erant cui duris invia ferri
Ictibus arma, manu is Comitem pugnace petebat
Ante alios frustra, caput huic quia dicitur Heros
Dissecuisse suum, ferroque hausisse cerebrum
Inque fugam parvo vastos vertisse cyclopos
Auxilio ipsa Dei virtutem gratia juyit,

Sic *Dux Holsaticæ* cum bella *Gerhardus* ob æquam
Sulciperet causam, velletque domare ferocem
Ditmaricam, sed successum fortuna negaret,
Illius auxilio dignata juvaret & hostes:

Hos sua victores adeo ira furoribus egit,
Omnibus eriperent capitis ut vulnere vitam.
Et redemi precio non ulla cadavera ferrent,
Condere nec sinerent exanguia corpora tumbis,
Ore sed ablumi paterentur edace ferarum,
Impetrat exuvias Ducis ampla pecunia tantum
Componi tumulo, paucorumque insuper urnis
Membra virum, *Auratos Equites* quos fama recēset

Quam sic historiam canit ævo fama vetusto
Evenisse: Duces cum sæva pericula passim
Holsaticæ urgerent, adversa sortis adegit
Hunc ratio tentare fugam, atque recedere terris
Is cum sorte viam pueros, qui spicula gestant,
Ante remeti se pone sequente juberet,
Inque vicem audito his clamore putaret oriri
Rixas, fertur equo caput alite nudus ad ipsos
Nec nisi inermis adest, modo ferratam altera nullâ
Fert manus instrumentum, usu quod novit arator
Imminet, ut dirimat rixantum verberare lites.
Solutus, & errorem sero mutare laborat.

Venit ut huc, pueris exorta pericula vidit,
Vim quibus extremâ simul obrutus ipse subivit
Circumfusa virum, insidias qui fraude struebant,
Turba suum ense secat caput huic, puerosque trucidat.

Ergo jacente fugam duce dum necis agmina tentans
Sanguineo horrendam patiuntur funere stragem
Auratos Equites bis sex adversa peremit
Cum Duce vis clarosque facit quos stirpis origo
Nobilitate *Viros* *tercentum* cætera pubes,
Quæ cecidit, numero exponi vix posse putatur.

Ditmaricæ cum *Cesar* opum æqua tributa Colonos
Jure *Sigisfrundus* Romano posceret olim,
Impii ipse sui hos norat quod lege teneri:
Ula viri (*Bramiam* qui rexit *Episcopus* urbem,
Cuique *Glamersdorpho* dederat cognomen origo)
Gens ope, cui reditus immota jure sponndit,
Cæsarum elu lens à censu libera legem.
Nulla *Glamersdorphi* meritis sed gratia venit,
Quo libertatem sua tum tutela patrono
Ditmaricæ texisset, opum promissa suarum
Fœdere gens inuito non ulla tributa pependit.

Holsaticæ *Comites* facti cum fratre *Gerhardus*
Joannes vi barbaricam frenare parabant
Ditmaricæ quondam, & ditionis avita tueri
Jura suæ, unde *Ducum* bis sex junxere potentum
Auxilia, & socios ipsos habuere laboris.
Fortunæque Duces, quæ Martia prælia juyit
Principio pugne, victores mille trucidant,
Et septingentos immani stragè colonos.
Robore deinde prior gens facta, necesseque suorum
Ultra furore trahit vires in prælia tanto,
Mactandi rabies victos excedat ut omnem
Ita modum atque Duces bis sex certamine fundant,
Quisque sequebatur Patre quorum Principe stirpe

Et duo cæde virum potiores millia vincant,
Ac nulli parcant, fuga quem non eripit, armis,
Tantum sanguineos juvat exercere colonos
Sævitiâ, nemo quam Turca, Getesve probabit.

Sic cum Danorum gens Regem exercita bello
Ante alias, & sævitia notissima gentes.
Vicit *Johannem*, diramque exercitus ingens
Sustinuit stragem, haud qua majorem edidit armis,
Sævo virum vis ante, quibus sedem ora ministrat
Ditmaris, horrendam auditu vim discimus horum.
Quam tunc invictos furor exercere subegit,
Tres emensa fugax est dum mora temporis horas,
Cæde dedit victrix tantam violentia stragem
Comprendi numero ut vix densa cadavera possent,
Quæ, cum sine furor pugne subeunte quievit,
Exuvii spolians penitus nudata reliquit
Impius, humanoque carens ibi pectore victor.
Millia fert aliquot peditum obruta fama sepulcris.
At quos nobilitas illustres stirpis avitæ
Reddiderat, seu quos equites sua signa docebant
Esse, sepulturam gens æta furore negabat,
Ut canibus, ferisque cibi solatia ferrent.

Præterea insignem Ditmarsæ immanibus ausis
Historiam gentis non vano teste docemur.
Instauratorem lapsa has venisse sub oras
Tempore fama virum fert religionis eodem.
Quem vocat hæc eadem *Henricum* cognomine
Sudphem,

Hunc positæ furiis gens exagitata cremari
Igne pyræ voluit, sed quæ potuisse negatur
Succendi, ausa Deo monitore cruenta relinquit.
At gens prodigio ad pietatem nescia flecti
Cæde trucidat, edax quem perdere flamma recusât.
Impositum *scala* lacerat, vincumque catenis,
Ac diris adigit tormentis linquere vitam.
Tantum scelerum quo judice digna negatur
Colluvies pœnis, quibus est oppressa, piari?

Nunc *portenta* juvat non hanc mentita futuram
Ditmarsæ cladem indigenis exponere versu.
Fama refert *diro visam* ante pericula *stellæ*
Crime, diés aliquot superas arsisse per auras,
Et cum jam legerent ad bella gerenda coloni
Fortes sorte viros, cœtuque frequente toirent,
Et pullata locum hos campana vocaret in unum,
Perspicuo *vocem sonus* omine reddidit, *Eheu*.

Præterea gentem vis quo pœnæ obruit anno,
Æquoreas mutata vetat natura refundi
Mors suo refluas nec ut ante regurgiat undas,
Destituitque cavas undanti flumine fossas,
In totam derivat aquas quarum alveus oram
Ditmarsæ, unda rigat campos, piscesque ministrat.
Oppidulum hæc regione jacet, vocat incola *Lundam*,

Foras ubi glacies concreta cruore ruborem
Haud secus est imitata, virum ac si mille colorem
Corpora sanguineum staguis mæta dedissent:
In dirum liquidæ naturâ redacta cruorem
Fertur aquæ nocui passim ante pericula belli.

Vim *tempestatum* quoque tantam æstate laborem
Præcedenti hunc æthereos movisse fragores;
Læto flumineos horum ut violentia pisces
Sæva daret, quos extincto passim litida vehebat

Urbis opes æquans ubi villa domosque superbas
Heida jacet, diro sunt visa frequentè hiatu
Sese aperire faces sparcenti *chasmata* cœlo;
Qualibus haud alias rumpi gens æthera vidit

Adversas acies quoque visa cære per auras
Spectra virum horrendo pugnas imitata tumultu,
Ætheræamque plagam stipare, micantibus armis.

Haud mentita gravem sunt hæc miracula pœnam;
Exitus ostentis quam respondisse fatetur,
Quæ licet arguerent vastam impendere ruina,
Cæca subesse tamen gens omen inane negabat,
Quæ quo sæpe modo victos exercuit hostes,
Nunc experta parem pœnam mœrore laborat
Serò, quosque sui tutores ante putabat,
Amisisse viros se luctu mœret inani.

CORONATIONIS INCLYTI D. FRIDERICI II. REGIS DANICI HISTORIA.

Nunc quæ gesta, canam, postquam victoria sine
Impoluit bello: optatam cum nacta quietem
Arma forent, peditum legio dimissa sub oras
Diverfas iter omnis init, Rex eligit horum
E numero ante viros tamen, ac stipendia spondet
Æquâ, sui caput imperii quos mittit ad urbem,
Ipsè simul quam præsidio stipatus equestri
Re poscente petit, meritos quæ spondet honores;
Dania quos reduci virtutum præmia deber,
Aurea quæ parat huic insignia tradere regni,
Jure potest duplici quæ nunc ambire videri, (barit
Quod patris illa perat vice, quodque suam ante pro-
Virtutem egregio facto, hæc quam posceret hæres.

Mater ut in reditu gnati exultare videtur,
Quem foris arma sequi patriæ pro laude tenebat,
Quemque redire gravem spoliis, & honore docetur:
Excipit haud alio reducem te Dania plausu
Rex FRIDERICE recens partos gratata tri-
umphos;

Teque velut gnatum lætis amplectitur ulnis.
Urbs te compositis redeuntem exceperat armis
Haphnia nuper ovans tecum tua regia sedes:
Te desiderio genitrix Regina videndi
Orandum imperii augustis insignibus, urbem
Currû advecta subit, turmamque adducit equestrem;
Ac in minimo innuptas secum cum fratre sorores,
Matris ut addat honore decus præsentis Gnato.
Dulce videre comis imponi cuius ad aram
Insignem gemmis erat huic, auroque coronam;
Cum qua Majestas datur illo regia ritu:

Advenit huc cum Germano *Dux* fortis *Adolphus*,
Joannes, Equitatu instructus uterque superbo,
Hollatiæ ambò Duces, & clari laudibus ambò,
Quas parit his virtus, & avitæ stirpis origo,
Jure tibi hos patruos Rex illustrissime jactas,
Ut tribus est eadem stirps, sic eadem inclyta virtus.

Laude simul formæ præstans, ac flore juventæ
Haphniacam *Comes Oldenburgicus* ire sub arcem
Ductus amore tui haud Eques è patrio orbe grava-
Ut Majestatem laudum augeat ipsa tuarum. (tur;

Huc *Lubea* luos urbs (qua nec clarior armis
Altera, nec merces mutandi nomine) mittit,
Gratandi studium ut donis declaret honorem,
Legatos, nec non etiã urbs *Hamburgha* vetustis
Historiis, gestisque recens celeberrima rebus,
Dat sua cui rerum varias opulentia gazas,
Magnifico donasse potest huic munere Regem;
Quo testata fide in eum, fidosque favores.
Illa viris regitur, quorum artem industria cælet:
Res prudentè agendi, occasio si qua laborem

Obicit; hi facili mox consilio obviam sedant
 Damna, salus viget his bene publica fulta columnis:

Dantiscò una ex urbe graves ætate senatus;
 Ac virtute viros legat venerandus ad urbem
 Daniaci caput orbis, ut hi Regi aurea portent
 Don simulque alias res, quas opulencia mittit,
 Urbibus his quam præcipue fortuna ministrat,
 Quorum legati cum Balthica stagna secarent
 Una navigiis, penetrentque per æquora Regem,
 Dantiscani ortis, Lubecensisque procellis,
 Quos Argo velut una, maris patiuntur acerbum
 Vim motam vento, quæ navem illidit arcis
 Unde nisi puppi mox junctâ carina periculis
 Ereptos tumidas transmitteret æquoris undas:
 Nemo virum hac esset rabie eluctatus aquarum,
 Quam me teste gravem movisse pericula credas,
 Sustinui hoc qui momento maris ipse furorem,
 Naufragique tuli funestum pene laborem.
 Equoræam rabiem, tempestas tanta ciebat.

Gratia Teutonicas alias etiam impulit urbes
 Mittere, testandi studio FRIDERICE favorem
 Rex tibi quem tali ratione probare volebant:

Nobilitate domus etiam quos splendor ævitæ,
 Ornat & insignes titulis; & honore parentum
 Reddit in urbe frequens est turba coacta virorum;
 Quæ caput est regni, atq; à mercibus *Haphnia* fertur
Ensser Imperii Romani Augustus ab oris

Saxonia Elector pariter per longa viarum
 Ornandi studio assinent non ire gravatur
 Intervalla, morisque periculo credere vitam
 Qui comites septingentos adducit; & *Annam*
 Nuptam, quæ virtute potest generosa probari;
 Huic pietas mori decus omne magistra gubernat,
 Affinemque volunt Magnam quem fata vocari,
 Adferet invictæ divinam pectore laudem:
 Nec non illustres alios habet ipse viarum
 Nobilitate viros comites terraque marique;
 Quorum onus omne viæ dulcis præsentia lenit.
 Huic *Comes* ut juvenis, quo vix præstantior alter
 Laude decus formæ sequitur, quique inclytus hæres
 Clara *Domus Schvvarizburgiaca* primordia ducit;
 Utque genus titulis illustre ministrat avorum;
 Stirpis origo, patrem sic huic æquare cupido
 Est virtute, viri excellens Sapia rebus
 Cujus opem patriæ; mansit dum vita, ferebat.
 Huic etiam laudum studiis exercita virtus
 Addere Germani Guntheri calcar honesto
 Exemplo acre potest, qui nati major, & annis
 Martia bella sequi juvenilibus ausus; honorem
 Sæpe tulit, pugnam Hæctoreo dum more subivit.
 Ac virtute prior non rara pericula vicit
 Ob quam *Quinte* tibi viventi *Carole* *Cesar*
 Carus erat, Gnato nunc dilectissimus idem
 Quo Domino armipotens Hispania jure superbit:

Præterea fortes adeunt tecum inclyte Danos
 Dux Auguste duo *Comites*, quorum alter *alumnus*
Eisenburgiaca claræ se stirpis avorum
 Nominibus, sed *Barbiaca* se vindicat alter
 Hæredem, antiquo domus utraq; durat ab ævo
 Quorum huic *Birghard*; *Wolfgang* nomen at illi
 Urbis ubi alta viæ superato huc usque labore est
 Tecta subire datum, ventorum causa morari
 Forte jubet, nautis tempestas apta negatur.
 Ac mare sulcandi quam primum occasio surgit
 Est mora nulla, tuos proceres tibi jungis ituro
 Per mare navigiis, nuptamq; eadem accipit *Antiam*

Prora, locatque simul de turba pedissequa *transstris*.
 Pars Equitum urbe manent domini expectare mo-
 rando

Jussa sui reditum, superat pars una carinis
 Vecta sequens te trajectu brevior sed undas,
 Sex emetiri quem non rudis artis ad horas
 Nauta potest, vivet aura ratem modo lenis euntem;
 At tu quanta patent hinc Balthica stagna sub arcem
 Haphniacæ mare trajicere ausus es inclyte Princeps
 Nil noctem; binasque dies nisi pontus, & aer
 Te vidit, proceresque tuos, sociamque jugalem,
 Virgineumque gregem haud assuetam nare carinis.

Tempus erat, revocant quos fera crepuscula nocte
 Una maris timidæ emensa citatior undas
 Cymba viros reponit, eorum voce repente
 Rex te navigio vectum, caramque sororem
 Affectare viam huc *Magno* cum fratre docetur:
 Ergo dapes sibi tum quas regia cœna ministrat,
 Hospitibusque viris, surgens, mora nulla; relinquit;

Nil expectatum momento lætior isto
 (Moliri huc quem rumor iter terrestræ docebat)
 Excipere affinem arcis ac ardua tecta superbo
 More suo instituit, procerumque coire coronam
 Huc jubet adventum felicem Auguste precetur
 Hæc tibi pompa; decus grave quæ splendore sequatur

Spectandi desiderio genus omne virorum
Cogitur, huc tanto numero, ut vestigia stantum
 Pene negat plantis; & vix densum aera turbam
 Hanc capiat, quæ lata jacet portum inter, & arcem
 Ad quam tum tu te proceresque exponeret Argo
 Vecta tuos, dulcem & cum virgineo gregem nuptam
 Ac *Rex* amplexu te, dilectamque sororem
 Exciperet, comitumque Augustam more coronam
 Conveniente, decusque chori haud insuave puellas;
 Forma præstantes, & nobilitate parentum;
 Incipit horrendo procul aura tonare tumultu
 Dirum tormentis quem sparsa tonitrua vibrant,
 Quæ clangore potest imitari stridor, ahenis

Æthereo qualem tempestas ora fragorem
 Excitat, irati sævo cum concutit orbem
 Fulmina dextra Jovis, collucet & insignibus æther:
 Ænea sic sonitu diro diverberat autam

Mæliana, quo cælum, & tellus concussa tremiscunt.
 Quæ locus arcis habet; quæ plurima terreus agger
 Urbis & in portu vicino regia classis.
 Sulphureas massas passim, innumerumque fragorem
 Nunc spargunt tormenta; poli quo pene ruinam
 Formidant, quorum sonus ingens occupat aures.
 Tam vero *Fortuna* suas (sic nomine dicunt)
 Adventum gratata velut tibi Dædala navis

Dux generose ciet vires, imitata fragorem,
 Qualem tempestas luctanti vibrat olympo,
 Cum tonat æthereas quatienti fulmine nubes.
 Arcem molit refert, ac malos turribus altis
 Equat, & artis opus mirandæ est nobile puppis.
 Sulphureus vasto jacit hæc tum tum bine glandes
 Omni parte, facesque vomit, tonitruque resultat.

Nec non *Mercurii* vim nomine clarior Argo
 Omnem experta suam tonat una; unaq; coruscet,
 Et quatit ingenti terramque, undamque tumultu,
 Attonita exercent quo monstra marina pavorem.
 Sic cessare vetat vastam impetus *Hæctoris* navem
 Antè, globis quam cuncta suis tormenta sub auram
 Exonerare potest, alix sic ordine cunctæ
 Ejectare globos certatim, ignesque laborant,
 Instruunt quæ stant ad præliæ nautica puppes!

Sic *Venus* una, *Canis* sic nigra vocata fragorem
 Una iuvat, sociæ quem vibrant undique naves.
 Ut cum tempestas oriens insurgit Olympo
 Noctæ, facesque volant, ac sparsa tonitrua strident:
 Sic maris unda tremat, nimio sic terra tumultu,
 Aura sub exortam noctem sic luce coruscat,
 Vespertina dabat quia tunc caligo tenebras.
 Interea lætas dum paulatim imminet horis
 Festa dies regni capiti *Friderice* coronam
 Impositura tuo, tanti illustrissima proles
 Patris, & Imperii tanti successor, & hæres:
 Spargit odoratos tectorum in limine flores.
 Inque domorum unâ penetralibus, inque plateis
 Incola, & arboreas siccâ figit ad ostia frondes,
 Quæque negat rerum non ornamenta supellex,
 Promit, & ad festam sua præparat omnia lucem,
 Strata viarum etiam purgantur, & induit urbem
 Læta novo facies cultu, quo singula rident
 Tecta. Fori pariter, rectâ undè platea sub arcem
 Ducit, & ad portum, tabulis circum area claudi
 Incipit, & lapidum substrato, cedere fimo
 Durities, ne, si socio concurrat in armis
 Alter Eques, dorsoque excussus inane caballi
 Robur agi doceat, discrimine vita laboret.
 Strata fori alterius paries quoque ligneus ambit,
 Et duros silices emollit arena, vocari
 Tectum fore urbe Vetus solet, huic sua læta patescit
 Area, planiciem quæ præbet equestribus aptam
 Hæc exercitiis, quæ tunc pompa volebat
 Institui, ritu Rex solenni unctus ad Aram
 Esset ubi impositæ defunctus honore Coronæ.
 Hic tabulis exstructa domus dat aperta fenestras
 Illa parte, fori regio cui tota patescit,
 Ut procerum excipiat domus hæc dum sede coronâ.
 Matronasque decus pompæ, floremque puellas,
 Dum duo concurrent Equitum, & duo comminus
 hactis.
 Ac tandem omne graves pugnas imitabitur agmen.
 Stat lapide exstructum coctohaud ignobile *Tem-*
 Vastæ molis opus, cui maxima turris in auras (*plu*;
 Surgit, apex fulcire potest cæli astra putari,
 Virginis à divæ civis quod nomine dicunt.
 Ornamentorum hanc tunc copia discolor ædem
 Instruit, & sacrum locus induit omnis honorem.
 Sic ornatus obit solennem debitus aram,
 Ad quam tota *rubro subferuntur area panno*,
 Dives opum regio, nec non pecudum *Anglia* quæc
 Mittit ad externas haud parvo renote gentes.
 Pannum vela tegunt villosis serica fistis,
 Est quorum roseum species imitata colorem.
 Hic ubi *Sella* locum solii sortita figuram
 Occupat, & positi partem auro in lignæ supremam
 Scabelli pulvinar obit, cui, versus ad aram
 Innitatur utroque genu Rex, si qua requirat
 Causa preces fundi, atque Deum per vota vocari,
 Annuat ut ceptis vires, sortemque secundam.
 Sic quo juncta sacra *Templi area clauditur* aræ
 Vellera paries *rubro* incipit undique panno,
 Angliæ diversas regio quem mittit in oras
 Exhibet ornatu sedes pars una superbo,
 Quæ velamen obit regale colore rubenti
 Ex panno factum, arboreo depexa ministrant
 Scribis cois de rano vellera qualem.
 E regione pari, nisi quod diversa coloris
 Est species, sedem velatam purpurea panno
 Ornat, ut hac præstans *Regina* Virago locetur
 Cum *Natavi*, adhuc pullo quas luctus amictu

Uti cogit, ali potuit qui morte parentis,
 Nuper ad ætheream sedem quem fata vocarant.
 Fulta simul Templi pendent *tabulata* columnis,
 Quæ dent nobilibus matronis, quæque puellis
 Aptæ locum, unde queant spectacula sancta notari.
 Post cultum tabulis etiam quasi cœna fit aram,
 In qua Rex posito vestes commutet amictu,
 Hoc fieri ratio cum poscat, idemque Sacerdos.
 Facta virum gratis mulcere sonoribus aures
 Organa non etiam sua desunt Musica templo.
 Orta dies labente dabat vicesima lucem
 Mense (reservat ab Augusto qui Casare nomen,
 Consulibus hoc clarum cui Romæ dicavit honorem
 Mense, inimicamque Egyptum virtute subegit)
 Horamque octavam gnomon instare notabat:
 Pulsatæ complent festivis plausibus urbem
 Campanæ, sanctæque inducunt lucis honorem,
 Teque vocant ad opus celebri venerabile ritu
 Rex *Friderice*, sacra ut te sistas ædis ad aram,
 Imperiique petas solenni more Coronam.
 Sollicitum toto triduo te fama fatetur
 Expavisse, rei si quando subivit imago
 Tantæ animum, unde patet generosæ mentis acumē,
 Non temere aggreditur rem magnam provida virtus,
 Præstantemq, virum prudens timor arguit olim.
 Haud mora, solennem templi sub limina pompam
 Ducis ab arce virum, huc variis quos duxit ab oris
 Gratia te Regem dec orandi hæc luce futurum.
 Sex inflare tubas edocet ponere sequentem
 Anteeunt pompam juvenum, & qui rauca fatigant
 Tympana pulsando, quos proxima stipat cundo
 Turba virum, Proceres jactat quos Dania mater,
 Præcipuum quos inter obit: *Janfriskus* honorem,
 Regius hanc pompam qui *Cancellarius* auget.
 Horum Ductores habitu, incessuque decori
 Assunt, illustri de sanguine cretus avorum
 Nempe *Comes*, tradit *Ioannem* fama vocari,
Oldenburgiacam stirpem qui vendicat hæres,
Donavieq; *Domus* celebri haud ingloria proles
 Laude *Baro* juvenis, *Friderico* huic nomen, ab annis
 Qui teneris didicit virtutis amare decorem.
 Nec virtute minor, generis, nec honore paterni
Othocrosvius, obit quo Regia præside curas
 Aulæ præcipuo defunctus honore Magister.
 Post hanc ornatu splendens subit ordo virorum
 Turbam, *Saxoniæ* hanc quos secum *Electo* ad urbem,
Holsatiæq; *Duces* cum fratre benignus *Adolpho*
 Princeps *Iohannes* duxere, præire notantur
 Tres geniti illustri *Comites* de stirpe parentum,
Inguntherius, amat stirps quem *Suarizburgica* prole
 Ob dotes animi, & decus haud ignobile formæ.
 Alter, origo genus patrium *Eisenburgica* cui dat,
Wolffgenoo cui nomen, & ordine tertius horum
Barbasce spes magna *Domus* *Birghardus* adest Vir.
 Post turbam hanc *docti* sonitum formare tubarum
 Artè *novem* subeunt juvenum, & qui rauca fatigant
 Tympana, purpureo quos serica velat amictu
 Exterior tunica, & de panno regmen eodem
 Pileus est haud vile comis, at cætera gilvo
 Ostentant habitu speciosum membra decorem.
 His sua pone *Viri* vestigia proxima figunt
 Præcipui *Procerum*, qui regni insignia gestant,
 Sceptra duo portant, & debita Regis honori
 Ornamenta, virum *Fontano* huic nomen avitum,
Carolus ille, *Schotusq;* solet cognomine dici.
 Quatuor incedunt alij, quorum unus ad aram

Gestas insignem gemmis, auroque coronam
 Harceberge, suum est alias cui nomen Elero.
 Ensem fulmineum gerit Ottocrombe Magister
 Aula, dextra viri sceptrum regale, paremuni
 Aurea Stella solet clare cognomine dici,
 Nominem Magnus, utroque patent animi omine dotes.
 Aurea Massa crucem præbens, pomig, figuram
 Holgero gestanda datur sacra adis ad aram,
 Cui clarum cognomen avis dant Serta rosarum,
 Quorum nobilitas genus huic, laudat, quæ ministrat,
 Quam duplicat virtute, viro quæ sancit honores
 Ordine sic alti subeunt laquearia templi
 Quique gerunt regni, super aram insignia ponunt,
 Illa Deoque velut tradunt, ut deinde Sacerdos
 Ipsius hac tribuat vice Regi augusta futuro,
 Quem jam sede locant Procères reverenter ad aram,
 Nec non tota locum est sortita corona virorum
 Quo facto, qui debet opus solenne Sacerdos
 Hoc celebrare, parat rem, mittit & obvia summo
 Vota Deo ante aram procumbens corde loquenti
 Ore silente preces, & opem exorare laborat
 Niclapalladius, quo ducto Scania gaudet
 Præsida clara Regi divinos insula vates,
 Junctus utrinque juvat peragentem sacra sacerdos,
 Hoc quorum Doctore docens Norwegia summo
 Discit & à fuco divina oracula servat.
 Illo Rex Fredericus amat præcone doceri
 Verba verenda Dei, Niclao huic omine dulci
 Nomen, erit populi frenando crimina Victor.
 Fudit ubi ergo preces fat voce silente Sacerdos
 Ad Regem conversus ibi Procerumque coronam
 Incipit hæc fari: *O nunc quotquot adestis avorum
 Nobilitate viri illustres, & honore potius
 Virtutum, laudem quia Regis ob unius omnes
 Adsumus, optet agi qua lux hodierna docebo,
 Sed brevis est qua justa sine ratione: notandum,
 Non hominum nutu modo, verum autore creati
 Regem rite Deo hunc, ritu quod pingitur illo.
 Quod Procerum imposuit manus ara insignia Regis,
 Dulcis imago dari hæc celesti sorte fatetur.
 Hic veteri unguendi Reges mos durat ab avo,
 Qua nunc ergo decet, teneat reverentia mentes.
 Multa sacer nobis mysteria ritus adhibeat,
 Quæq; suo vestris que mentibus ordine pandam,
 Admoneo vero, dignos ut luce sequatur
 Quilibet hac mores, est que sanctissima festo
 Hoc celebri, omnis eat vicij procul ergo cupido,
 Non in visa Deo mentes nunc gaudia carpant,
 Leticiamq; terant gratantem talia Regi
 Ornamenta, Deo nova qua donante capessit.
 Non aliena tamen subeat pietate voluptas,
 Casta Deus mens est, incalli devovet ofor
 Iplè animi sordes, & casto corde vocari
 Gaudet, amatque preces sanctas audire vocantum,
 Quisque pius quas nunc mecum exercere labores.
 Audiat hæc ut vota Deus, patriumq; favorem
 Aspirare novo neget hinc ne Regis honori,
 Post juvenem ostendam firmo que jure dicari,
 Lege magistratum electum Deus approbat omnem.
 Hac aut, utque legat sibi junctus diva Sacerdos
 Verba jubet, pia que Romanis civibus olim,
 E. Tharso urbe genus qui ducit, Apostolus edit,
 Velle Deum tradens, genus ut mortale regatur
 Omne magistratu præbens vincula legum
 Lecta virum interpres aperit mox dicta Sacerdos
 Auribus hæc, tandemq; preces iterare notatur.*

*Quas tu Christe doces, conversus ad ora virorum,
 Et genibus flexis, surgensque hæc præcinit odam:
 Spiritus o tu nostra sibi præcordia motor
 Sancte novaq; accende dator pietatis amorem,
 Colligis æternis qui verbi è genibus agmen
 Vocetui, varias linguas quarum ora sequuntur,
 Ut regat una fides inultos, & reddat olympo.
 Hæc, & plura sonat per sacram Musæus ædem
 Cantando Chorus, interea prostratus ad aram
 Fert sua vota Deo, postque illa peracta Sacerdos
 Occupat adpolitam seliam, hoc augusta sedentium
 Turba notat Procerum, & conturgens imminet ara,
 Adductumque viri reverendi sistit ad ipsam
 Sellam nunc juvenem, quem Regem est hora creandi.
 Dumque tacent alii, janfrisus ibi ore disertio
 Danicus orator sic Cancellarius inquit:
 Hunc patrij heredem regni Reverende Sacerdos
 Sorte dari juvenem fatali, agnoscimus omnes,
 Quod successor eat divino ad nobile nutu
 Imperij regimen, que spes hæud spondet inanis
 Tum virtute parem fore, tum pietate parentis,
 Argumenta notant generosam maxima mentem,
 Unde Deo letas ardenti pectore grates
 Nos omnes agimus, qui Danica regna vicissim
 Respicit, & lætus sedato gaudia reddit.
 Quo bonus imperiis uno datum auspice Princeps.
 Totius hunc Regni juvenem suffragia poscunt
 Justa caput patriæ: nos te Pater ergo rogamus,
 Antè dicata Deo, huic insignia regia tradas,
 Quodq; ipsi, & patria Deus annuit utile rebus,
 Hunc caput Imperij tua lingua renunciet oro,
 Et vice Dextra Dei tua ductam oleo ungit ad aram.
 Hæc Procerum Princeps: sua dat responsa sacerdos
 Eximij virtute Viri, atque auguste Senatus
 Regni: namque piæ patriæ me nomine gentis
 Poscitis hanc operam, & vobis ego abibitor adsum
 Cujus vis merito officij, rem sponte petitam
 Annuo, solennem juvenique impono coronam.
 Sic ait, & Regi fari imitat plura Sacerdos:
 Non nego, grande subis onus, hinc te divitis heres
 Imperij, feris sed pectore collige vires
 Fide Deo, ille graves patriæ tibi tradidit habenas,
 Ille idem addet opem rebus, munitque levabit,
 Est talis eris, pietas qualem esse docet,
 Illius avertet tristestibi dextera castus,
 Florentemque statum, & dicitur aurea secula regnos
 Et sua cælestem doctrinam copia prægerit,
 Ror erigant amice se cuius alante piorum.
 Hispiuum ingenuis erit hæc tibi ignobile, Musis
 Te tuore, teget piæ vindicta clientes
 Defensore, hinc te misse parentibus orbis
 Patrono auxilium, & vidua solata matres.
 Marte suas pulso pax exeres aurea vires.
 Quod si quos furor invidia hic exerceat hostes,
 Ut tibi bella parent inferre potentibus armis
 Hos autore Deo funesta pericula perdens,
 Regibus ille suos jungit cæleste ministros
 Præsidium, freti duce se qui sceptrum gubernant.
 Finit ore tuens Regem hæc cum dicta Sacerdos,
 More duos digitos an sacra volumina mittit
 Jutandi solito Rex illique verba profatur:
 Gnate DEI te testor ego hanc FRIDERICUS ad
 aram,
 Me fore, quem deceat, tutorem adfirmo futurum
 Laudis ubique tua, tua meque Ecclesia pacem
 Ad seriore feret, tuæq; undiq; gloria crescet*

In regno speciosa mico, me cuius habentis
 Astringit patrio tua met a favore potestas.
 Non victum me a larga viris quoque dextra negabit
 Arte rudem quorum munus formare iuventam,
 Aut populis tua iussa meis monstrare docendo.
 Utque pie hac possim promissa sequi, annue vires
 Tu mihi CHRISTE, tuo mihi suffice robor a statu,
 Prosequar exemplo patria decus omne paterno,
 Quaque viros fas est ornari lumina regni
 Laude feram, his semper, nec debita premia deerunt.
 At quia natura Vicio cito labimur omnes
 Si te, non studio tamen irrita rit ad iram
 Vita culpa mea, veniam auxiliumque precabor.
 Deinde preces claro sic edidit ore Sacerdos:
 Te DEUS omnipotens pia nos in vota vocamus.
 Hac borea subiecta plaga tu regna tueri,
 Tuque fovere velis, caput illorumque benigno
 Hunc firmare Ducem auxilio, nobisque salustem
 Largiri, atque optata tui bona nomine Gnati
 Tum pueri incipiunt duo vota sonare precandi
 More DEUM vitæ pro munere totius omni,
 Vox alterna chori cum respondere notatur.
 Inde sacro huic operi qui præsidet, ungit ad aram
 Te FRIDERICE Ducem, & qua pectoris ossa renu-
 dat
 Secta parum vestis, tibi primum partem liquorem
 Illinit aereum tincto fragrantis olivi
 Pollice, utramque manum sic, quæ cubito illa cohæret
 Parte, Cuiusque humerum nudam dorso inter utrumque
 Dat tunicæ quæ rima locum, ungit, imagine signans
 Quippe Crucis, ritumque volens aperire pro faturo
 Ge utibus hic multis veteri mos mansit ab avo
 Ungendi Reges, qui dulcis imagine pingit
 Doctrinam, memori quam pectore discite talem,
 Quod mea visa manus si pectus inungere Regi,
 Illius in patriam fidem designat amorem
 Posci, animi motum cordis naturam ministrat.
 Non decet accendi favam ob leve crimen ad iram,
 Qui nil ferre potest regnum ambit inutilis hæres:
 Balsamæ humanis artus natura liquoris
 Mollit, & aereo delectat odore cerebrum,
 Fragrantis facies quo se quoque læta serenat.
 Illam magistratum mitem documenta requiri
 Monstrant, nec vultus austeros mere Tyranni
 Sumere fas hunc esse, petit cum turba clientum
 Defendi, hoc atque insque notat pars uncta lacerti:
 Quod pater esse solet patris omni tempore gnatis
 Hoc populis Regem esse suis DEUS usque requirit:
 At scapulas ungi dorso ossa membra sit illo
 Nomine: Rex populos vultu gestare iubetur
 Tunc humerum, duri exercent cum clade labores,
 Et miseram auxilio sortem lenire benigno,
 Cum gravis orta famies, aliæve pericula casus
 Hæc ait, & juvenem conclave subire Sacerdos
 Hoc usu factum, & Procerum deducat euntem
 Turba, monet, Tunicamque alio commutet amictu,
 Poscit bonos quo nunc ornari Regius illum.
 Turba DEUM interea solenni Musica cantu
 Laudat, & orat opem, Regique secunda futuro
 Auspicia imperij, nunc cuius obire labores
 Poscitur, ille intertextam tunicam induit Auro
 Ornamentum insigne, redit quo comptus ad aram,
 Ergo Sacerdotis (quem linea vestis obibat
 Primum, nunc habitum solennem corpora gestant)
 Fulmineum Aurato Capulo mox arripit Ensem,
 Datque novo Regi Friderico, ac talia faturo

Engladium, tradit tibi quem Divina Potestas,
 Quo tueare bonos, pravosque compescere possis.
 Ipsa Magistratum creat, & vi munus, & armis.
 Ut Gedeona ducem sacra fudisse fatentur
 Historia ense viros hoc Midia nitidos ora,
 Huic tribuit quem dextra DEI: sic Victor ovabis,
 Recogente tuum si quando feraris in hostem
 Sic tamen, ut propriis non fide re Viribus ausis,
 Ascribasque DEO, quacumque peregeris uni,
 Tantiæque non reddat eumdam tibi gloria mentem.
 Rex Procerum acceptum mox uni reddidit Ense,
 Vaginæ ille Latus quo tunc juvenile Sacerdos
 Huic cingit, pariterque refert: O quotquot adestis
 Daniacæ de gente Viri, Regem ense videtis
 Armatum ancipiti, Vos huic quo cura tuendi
 Est commissa, tenet quæ sic obvertat ut illam
 Nunc vobis partem est acies cui nulla, nec ictum
 Ipse minatur, ut hæc mitem fore signet imago.
 Sic & utraque manus tenet, ut mox, si qua requirat
 Causa, queat verti, & feriendo vulnere fiant,
 Cum punire reos parat, infantesque tueri.
 Hæc dum iuncta serit factorum Præses ad Ortum,
 Occasum, Boreæque plagam conversus, & Austri,
 Rex Gladium vibrare micantem cernitur auro.
 Cujus & ipsa notanda rei mysteria pandit,
 Et studium ostendi data regna fidele tuendi
 Omne refert, surgant quæcunque pericla, Sacerdos
 Nitenti genibus flexis imponit ad aram
 Regi, voce rei pergens aperire latentis
 Doctrinam, O proceres quam gratia vestra petiit
 Huic tribui imperij consensu totius, inquit,
 Fata sequens augusta viro do sponte Coronam,
 Et creò Rectorem patriæ, quem destinat auctor
 Ordinis ipse Deus, valeat hæc quo dante potestas.
 Ves capiti impositam juvenili rite Coronam,
 Quotquot adestis, seu testes attingite mecum,
 Quosque loci sunt haud angustia tangeret, dextras
 Hæc tamen extendam hi, causa probanda requirit
 Nescere de decet capiti pingi sub imagine Regem,
 Quem penes Imperij sit vis, ac summa potestas.
 At gemmis varie distinctum in signe superbis
 Præcipuos diademæ viros, & lumina regni
 Denotat, ergo pijs completitur aurea Regis
 Quando Corona capiti, Majestas maxima laudum
 Hunc sequitur patriæque statum res floret ameno,
 Hæc est: Cum Proceres præfelli rebus agendis,
 (Quos Diademæ notat) Caput imperij undiq; Regem
 Consilio, & virtute juvant, cumque ille vicissim
 Hos armat, & candore pio concordia cœritat.
 Atque illum hi decorant, hos deserere ille veretur,
 Quos cum Rege DEI bonitas ut amica gubernet
 Oro nefas oriens discordiæ ne qua sequatur
 Materiamque malis odorum causa ministret.
 Et quia nunc ritus hodiernos rite sequendi
 Ordo iubet tribui patriæ haud ignobile Regi
 Sceptrum in signe, gradus paulum removersc, tuendi
 Ut spectantium oculis non desit copia Regem,
 Hæc quia doctrinam pariter mysteria pingunt.
 Hæc ait, & flato rutilans Huic porrigit auro
 Sceptrum, illoque refert Reges, ac jurâ notari
 More, decet Regem quæ conderet, quæque tueri,
 Et inextimisse DEO sibi curam auctore gerendi
 Hanc onus imponi, custodemque ordinis ipso
 Esse magistratum sanctis præside posci.
 Sic CHRISTO tribuunt sacri illo nomine Vates
 Sceptrum, divinam legem quod tradidit orbi

Continet hæc sceperi doctrinam dulcis imago.

Hæc, & plura refert isto documenta teneri
Rita, facundis aperit, quæ singula verbis
Mente jubens memori Regem illa notare Sacerdos,
Jam quo dante manus facta *Auri ex corpore Massæ,*
Est cæsi Formæ globi, Crucis & Venerabile signum.
Læva capit Regis, facit hæc cui verba sacerdos:
En Massam Domi solitam de nomine dici,
Est imitata globi siquidem malive figuram,
Quæ dulci vastum documento denotat orbem;
Corpora natura qui cuncta capax ambit,
Ut moneare, regi totam debere patrono
Te patriam, gestare manu quasi posceris agras,
Si qua premit fors dura tuas discrimine, gentes,
Aurea Massa rotam dat talem tradita læva.
Sic DEUS ipse manu totum depingitur orbem
Sustentare, memor quia nunquam deserit egros
Mortales, pietas quos huic accepta gubernat,
Mater amore prius ferventi desinet uri
In sobolem, licet huic vicio natura repugnet,
Et vix ulla trahi tam fædo crimine possit,
Quam Deus auxilio vera pietatis amantes
Destituat, mergique sinat sine sine periculis,
Cujus ad exemplum componi est utile Reges
Quorum est, ceu propriam, patria curare salutem.
Deinde velut cunctos nos cæli amplectitur orbis,
Quem Mali tibi forma refert: sic pingimur uno
Rege gubernari te, quotquot Dania nunit,
Teque caput, Regni populis reverenter amari,
Atque patrem patria agnoscere debere docemur.

At Crucis esse Notâ Pomo quod cernis in Aurco,
Te meminisse monet, Christum qui dira subiit
Proba Crucis nostram reparans lapsam ante salutem,
Usque e caput Regum dominari, ipsoque creati
Uno autore magistratum ac consistere mundi
Imperia, & tristes, cum vult, ea ferre ruinam.
Dirigere ergo tuum huc studium omne juberis, hono-
rem

Illius ut pietas tua provehat, usque tueri
Pergat, opemque tuis hunc poscas rebus agendis,
Qua vincas adjutus onus varij omne laboris,
Quo rerum moles animum, quo cura fatiget,
Qua gravat assidue dominantum exercitia mentes,
Quam crux regali rem denotat addita Malo.

Hæc documenta gravi latè sermone Sacerdos
Explicat, & pulcro sacros gerit ordine ritus,
Quos ubi rite vacans his rebus cura peregit,
Hæc qui festa decent vox Musica personat hymnos,
Quos ubi cantantum rursus ora silentia claudunt,
Quam sacra doctrinam mysteria quæque sequantur,
Pluribus instituit verbis aperire Sacerdos.
Jamque virum imperij REX cuique insignia reddit,
Qui gessere sacram quo more decebat ad ædem,
Iple suam repetit solenni ornatus amictu
Sedem Rex, auri quæ luce refulget, & ostro,
Quem Proceres comitantur, & ad tentoria substant.
Forte moram unâ fugacis adhuc parvam hora pe-
regit

Temporis, & penitus sacrorum opus omne quievit.
Othocrombus ubi finem accipit aure notari
Pollens eloquio vir, & aulæ insigne magister
Nomen honore sequens, omni tacito edere cœtu
Verba diserta parat, gratesque virum ore catervis
Daniaco facundus agit, quod Regis amico
Solennem ornârunt studio reverenter honorem,
Et memorem officij fore Regem spondet in ævum,

Tum Rex, ad procerum sua jam quem versa co-
ronam

Sella tenet, virtute viros, & stirpe parentum
Egregios, patriam bene qui juvère merendo
Fulmineo feriens ter lenius ense sinistrum
His humerum, *Auratos Equites bis quatuor* illo
More creat, veteri qui promanavit ab ævo:
Te, regni qui munus obis insigne *Magister,*
Quique decus patriæ, & levis haud es gloria terræ
Hardeberge, datur proprium cui nomen *Elcro.*
Teque *Ericæ,* suum *Crabbo* cui stirpis origo
Dat cognomen, & ingenij qui dotibus æquas,
Et virtute, viros, quos fama sub æthera tollit.
Nobilium te nemo virum quia doctior artes
Calluit ingenuas, nec te præstantior alter
Romano formare potest sermone loquelas.
Et tua cum Danum te patria terra creârit,
Teutonicam doctis scis linguam reddere verbis,
Jure potens tali te Dania jactat alumno,
Cui te crescit honos autore. Meretur ut amplam
Nam sibimet soboles generosa, suæque parenti
Laudem; terra Viri sic patria nomen alumni
Jactitat, egregium Virtus quem clara fatetur.
Utilis est patriæ tua docta scientia rerum,
Esse gravem tibi quam suffragia multa fatentur.
Unde, quibus rerum molès, & cura rogatur,
Et patriæ utilitas fervetur, & effera vulgi
Compefci levitas queat, ut scelus omne quiescat
Scribere justus, opus nunc condis nobile, leges.
Et velut ingenuas colis ipse peritior artes:
Sic doctis candore Viri testaris amicam
Mentem, cumque DEI sit opum tibi copia nutu,
Largus adesse soles al orum munere Musis,
Nulli tui meriti quas nunquam oblivio tangent,
Donec honos erit his, & debita gloria famæ.
Sic Equitis tibi REX aurati fautor honorem
Contulit *Hermolæ,* domus qui *Drollus* avitæ
Jure vocaris, & illustri es de stirpe parentum,
Nobilitas quorum hæredem te laudibus ornat,
Te Virtute virum prior haud, aut clarior alter
Dignus es ergo, decus laudum quem tale sequatur,
Lumen & ipse Virum es, qui Regis honesta fidei
Facta juvant ope, consiliis quam ferre laborant,
Sic te Rex illo dignatus honore *Libori* est,
Prodit item generis *Drollum* quem fama vocari
Nomine, quod decorat te gloria clara parentum,
Quam duplicare potest tua dotibus inclyta virtus,
Ob quam Regis amat te candor, & esse superbæ
Ornatum titulis vult laudis, ut illa loquantur
Præmia vi partum generosæ mentis honorem.
Sic, *Luccam* quem fama docet cognomine dici,
Te creat eximium Rex nobilitate *Georgi*
Illius hæredem decoris, quia talia reddi
Dona tui tibi pro meriti ratione decebat,
Qualia claro etiam Rex ornamento *Tagoni*
Tunc concessit (avita domus cognominat *Ozeri*
Is quoque consilio patriæ nunc rebus opem fert,
Et procerum esse potest nulli non laude secundus,
Nicla Lange tibi simul illo nomine famam
Augeri voluit Rex, & clarescere stirpem
Laude tuam hac, satis antè decus cui nobile crederet,
Te generosa viris æquat natura, vocari
Lumina qui patriæ virtutum nomine debent,
Fas erat ergo dari famæ vi vacis honorem,
Inclyta sortiri quem virtus jure putatur.
Sic sua *Vernero* (grave cui cognomen avorum

Pasbergo remanet) titulorum gloria crevit
 Aucta pari ratione, viro Rex fautor haberi
 Digno, cui daret hæc etiam ornamenta, volebat,
 Huic Equitis Vis aurati simul unde dicavit.
 Quo donare Virum Rex forte volebat eodem
 Eximium, *Holgero* est cui nomen, amena *Rosarum*
Serta notant cognomē (eum quod multa loquantur)
 Signa gravem virtute, simulque sequatur avorum
 Claram laude domum, patriæque sit utilis hæres.
 Sic quem *Corvittum* docet haud obscura vocari
 Fama, sed *Ulfeldum* cognomine stirpis avitæ,
 Quem generosa virum fortem natura creavit.
 Sic alium quem Joannem, vel origo parentum
Ulfandum vocat, huic datur Aulæ curâ Magistro,
 Regis eum tali dignatur honore voluntas.
 Nec non, *Erico* cui nomen, itemque vocatur
Ruta, quod hac soliti dici sunt voce parentes,
 Quos genere eximios sua prædicat inclyta laudum
 Fama, viro ergo decus grave stirpis origo ministrat,
 Addere cui clarum virtute laborat honorem,
 Et, quem *Jacobum* dicunt cognomine Dani
Broggenhusum, etiam qui itemmate ducit avito
 Nobili laude genus, patriæque juvare salutem
 Consiliis solet augustis, quæ docta ministrat
 Huic sua mens ulu magnarum exercita rerum
 Regis obire graves nutu quas sæpe jubetur.
 Sic, *san Joannem* noto quem nomine dicunt,
 Qui Procerum ascribi numero Virtute meretur,
 Non neget esse suas quos patria terra columnas,
 Luminaque & columen, quorum prudentia servit
 Consiliis regno conata vetare labores.
 Sic, quem *Christophoran* dici voluere parentes.
 (*Joanni* cognomen) honos cui stirpis avitæ,
 Et virtutis, amat qua famam extendere, crescit,
 Quatuor esse viros alios sic sponte volebat
 Ornatos Equitum Auratorum nomine Rex tum,
 Virtus quos omnes generosa, genusque parentum
 Nobile lat claros facit, unum fama *Lagonem*,
 Unum *Nicoleon* docet (horum utrique remansit
Ulfando cognomen idem) unum eademque vocari
Othonem, patriæque domus ab origine *Bradam*,
 Unumque *Albertum*, patriæ cognomine *Schilam*,
 Hi sibi delatum cuncti reverenter honorem.
 Detrectant, hæc ingenuam argumenta loquuntur
 Mentem laudis opus quondam contemnere laudē.
 Omnem sacra pium jam finist actio ritum,
 Egrediens sacra capiti inpositam æde gerit Rex,
 Auro fulgentem, & gemmarum luce coronam,
 Inque manu sceptrum dextra, per limina templi
 Turba sequi Procerum quem cernitur omnis euntē.
 Jamque locatum in equo, color est cui cæsius, alto,
 Aurea cui phalaris ornato frena, tapetes
 Pulcri dorsa tegunt etiam, nec ephippion auro
 Non micat, & velum, præbet quod desuper umbrâ,
 Auro intertextis filis, flavique coloris.
 Quatuor extensum hoc gestant, sultumq; columnis
 E numero Procerum, altus equi hoc sub tegmine
 fertur
 Terga premeis Rex pulcri, amplam penetratque
 plateam,
 Aeream à templo ducit quæ lata sub arcem,
 Quæ quam longa sacra huc è limine ducit ab ædis,
 Armatis utrinque Viri stant ordine membris
 Quadringenti habitu fufci, gilvique coloris.
 Ordine subsequitur se pompa decenter eodem,
 Autè fores templi quo Regis ab arce subivit,

Tum verò clangore *tubas*, pulsataque raucō
Tympana certatim stridore sonare notares.
Ænea nunc spargunt diros *Tormenta* fragores.
 Terra tremit nimio cœlique immensa tumultu
 Machina, solenni certant nunc omnia plausu.
 Nunc quasi gratari naturæ gaudia cernas
 Regi augusta novo, nunc ipsaque tecta videntur
 Exultare, quibusque negat natura moveri
 Sensu lætitiæ, silices; nunc bruta, virosque
 Indulgere juvat lætis effusus horis.
 Cum sene Neptuno nova tangunt gaudia Nymphas,
 Quæ maris exercent solitam sub gurgite vitam.
 Ipsa freti natura refert velut omine quandam
 Læticiam, suavi dum murmurat unda susurro.
 Totius imperii nunc plausu jubila certant,
 Teque probant ad tale Deo ducente vocari
 Rex FRIDERICE decus, quem gloria tanta sequa-
 tur.

Interea ordo Vices pompæ sortitur eundi,
 Quam talem servare juvat, qualem ædis eundo
 Tecta sub alta sacra ratio exercere iubebat.
Sex juvenum arte sonos docti formare *tubarum*,
 Et pulsare gravi clangentia tympana plausu,
 Ante eunt, vastas vox implet clara plateas.
 Dein *Comes*, *Oldenburgiaco* qui sanguine stirpem
 Ducit, *Joannes*, & *Donavia* inclytus hæres
 Stirpis honore *Bare Fridericus*, & aula Magistro
 Regia qua gaudet, Vir, (*Elero* huic nomen, avitæ
 Sed ratione domus *Hardebergum* accipe dici,)
 Incedunt pompæ ductores, stipat eorum
 Cœtus terga frequens, auroque decorus, & ostro
 Ut virtute virum, & præstantum stirpis avitæ
 Nobilitate, favor quos Regem laudibus æquis
 Ornandi *Holsatiæ* partim huc adduxit ab oris,
 Partim *Saxoniæ*, aut *Danorum* è gente coegit
 Officio Regem decorandi prompta voluntas.
 Post turbam subeunt *alij* hanc inflare periti
 Arte *tubas* juvenum, & qui *tympana* *Martia* pulsant.
 Inde duo ornatis in equis qui regia gestant
 Sceptra viri, adque sacra Proceres qui insignia Regni
 Non sine honore gravi portant *quatuor* ædem.
 Quorum *Primus* it ante alias sortitus honorem
Hardebergus, obit quo res vigili Aula Magistro.
 Tu generose tenes Eques *Othocrombe* sinistram,
 Vosque duos etiam ornatu graviore decori,
 A tergo stipant duo, quorum arx conficit uno
 Regia præfecto res, quas sortitur agendas,
 Omne virtutum *Magno* cui nobile nomen,
 Aurea consuevit cognomine *Stella* vocari.
 Alter avis etiam genus haud ignobile ducit,
 Quem vocat *Holgerum* domus haud obscura paren-
 tum;

At cognomentum reddunt tibi *seria Rosarum*.

Sic hanc multorum decorat præsentia pompam
 Qui præstant genere, & virtutis honore virorum,
 Sic *lanfriscus*, adest vix quo præstantior alter,
 Non leve pondus habet laudum ipse decusq; suarū
 Quale refert etiam tua Cancellarie Regni
 Laudibus *Antoni* præsentia *Prisce* superbis.
 Pro meritis magnum cui Dania debet honorem
 Quæ te sæpe graves dijudicat auspice causas,
 Et magnis in rebus opem te poscit agendas.
 Sic virtutis egens nequaquam *vare* vocari
 Fama refert aliàs quem *Crabbum* à stirpe parentum)
 Et qui consiliis opus es Regi autor honestis, (ges-
 Lumen es huic pompæ, quam nō nisi splendidi au-
 Emicat

Emicat hic etiam *Ioachimi* gloria *Becci*,
 Ac solenne decus iuvat, & se huic clarior addit,
 Qui præstans virtute vir est, & regius aula
 Quæstor, obit tali curas dum munere servit.
 Nec non innumeris aliis hæc aucta superbit
 Pompa viris, quos nobilitas extollit avorum,
 Quos inter clarum esse virum virtute *Lagonem*.
 Nemo *Bradam* negat, aurati cui iusta dicavit
 Quondam Equitis censura decus, quo fortia debent
 Laudem facta sequi, quibus ille meretur honorem.
 Sic horum è numero esse negat te nemo *Georgi*,
 Qui cognomen habes, quod *Serta Rosacea* reddunt,
 Ingenij claras qui prodis acumine dotes.
 Ingenuas quare doctis insigniter artes.
 Annumerat te fama viris; qua teste disertas
 Romano, Graioque sono potes edere voces.
 Ad genus hanc addit tua laudem nobile virtus.
 Tuque parem magnis illustri stemmate famam
 Steno secute Viris non *Rosopare* decorem
 Exiguam addis: *Ericæ* parum nec Regis honorem
 Tu tunc *Lange* juvas, clarum quem nomine Virtus,
 Nobilitasque facit, Nec in *Widfelde* catervam
 Infimus hanc decoras nulli impar laude Virorum,
 Nec te *Petræ* (vocat sua stirps quem patria *Bildam*)
 Deditit laus in solenni debita cœtu.
 Nec, tecum cognomen idem quorum extet utrique
Ioannem, Hartwicumque Viros, quibus edit & ipsis
 Mens laudem generosa, nec est ingloria stirpis
 Nobilitas, sequitur quorum hoc etiã alter honorem
 Nomine, quod claras huic dotes fata ministrant
 Ingenii doctas tenet unde sagacior artes,
 Parturit huic quarum laudanda scientia famam.
 Te *Niclae* simul ratio cui stirpis avitæ
 Indidit *Ulstando* cognomen, teque *Georgi*
 Quem *Delphina* vocant cognomine, teque paterna
Ioannes Schaugarde domus generosior hæres
 Teque *Arralde* (vocant *Ogerupam* à stirpe parentû)
 Teque sequens clarû *Otho* genus qui *Rutta* vocaris,
 Fert vix quo formæ procerior alter honorem.
 Et te præclaris ab avis exorte *Georgi*
 Cui cognomen idem, tunc regia pompa notari
 Lumen habere potest, quam Rex sectatur euntem,
 Egregio gestatus equo, ardentemque Coronam
 Gemmarumque aurique gerit splendore decoro
 Impositam capiti, manus altera nobile sceptrum.
 Ad latus incendunt stipantis utrinque superbi
 Turba satellicii, *decies* sunt quatuor hominum
 Quippe Virum, tegit his sua vestis discolor artus,
 Serica dimidiam partem quæ tota nigrantem
 Præbet, dimidiam gilvi decora coloris.
 Serica fusca comas etiam horum tegmina velant,
 Quasque gerunt hastas insignia Regis imago
 His insculpta refert satis arte decenter in auro.
 Post Regem altus equo formoso Elektor euntem
 Saxonix fertur, Comes huic stipare sinistram
Carolus & tali *Danzew* honore potiri
 Cernitur hanc venit qui tunc legatus ad urbem,

Hos sequitur forti cum fratre decorus *Adolpho*
Holfatiz Dux *Ioannes*, duo deinde duos hos
Ioanne cum germano, cui mollior ætas
 Vernat adhuc, teneroque virens in corpore virtus,
 Magnus ob egregias animi Dux nomine dotes.
 Hinc Comes à *Suarzburgiaco* qui sanguine stirpem
 Ducit *Ioannes*, atque *Eisenburgica* proles
Alter, item de *Barbiaco* cui stemmate stirps est,
 Tres unâ, in medioque subit *Suarzburgicus* hæres
 Deinde Viri qui Rex ope te *Friderice* gubernant
 Consilij, *Holfatiz*que Duces, teque inclyte princeps
 Saxonix, hi cuncti comitantur in ordine pompam
 Sublimes in equis hanc, ornatuque decori.
 Cum *Natabus* eam sequitur *Reginâ* catervam
 Curru invecti tribus, quarum est tibi maxima *nata*
 Saxonix Elektor conjunx *Auguste* Virago.
 Octo præcipui currum stipare notantur
 Nobilitate Viri obductum velamine nigro.
 Deinde senatores Regni tres ponè sequuntur
 Egregiis in equis, sexque unâ alij ordine currus,
 Vectant matronas hi, Virineamque catervam
 Arci vicinum pontem Rex forte subibat:
Ignis arte *Draco* secat aëra factus inanem
 Regi ex arce volans expassus obvius alis,
 Et veluti augustum huic gestu gratatus honorem.
 Ordine marmoream tali tandem itur in arcem.
 Tum verò totos ingenti splendida luxu
 Tres agitata dies Regi convivia durant,
 Antè, dari cupido quam sunt spectacula vulgo
 Cœpta, daret quos concurrens Eques acriter *hastas*
 Quarta recens lux orta polo dimoverat umbras,
 Densatori in medio, dat semitâ recta sub arcem
 Inde viam, ex tota cois urbe cœtera virotum.
 Hac quia luce cohors Equitû huic concurrat in armis,
 Nec non ipse viro concurrere fortiter audes
 Rex *Friderice* (vocant cognomine *Ranzæon illum*)
 Egregio virtute, decus cui præcipis illo
 Nomine tunc palmæ, quod te prior ille petivit
 Decubatus equo te traxit, atque reliquit habenas
 Victus equi, hac ergo es tu parte secus honorem.
 Altera lux erat orta, frequens se turba virorum
 Nobiliû armat, equos phalerisq; intermit, & ostro
 Inque Foro, vetus appellant quod nomine Cives,
 Cogitur, hic teretes concurrens frangat ut *hastas*,
 Et tandem strictis quasi pugnam miscet armis,
 Ut plures socio quisquis teneaverit hastas
 Congrediens, aliàs specimen seu strenuus edet,
 Ille serat gemmis radiant in, auroque coronam
 Præmia quælibet tellantia laudis honorem.
 Omnia jam fuerant ubi fuisse peracta secundo,
 Tântus in urbe fragor tormentis lparlus ahenis
 Ingruit augusto Duce portas arcis apertas
 Egremente, poli ut quis formidare ruinam
 Possit, ab it Rex huic comes unâ, & factus eorum
 Arte caput supra *Draco* motis provolat alis,
Lætitiz hic valedicendi vim plausus habebat.

AD LECTOREM.

Quoniam in hac descriptione historica, benigne Lector, plurima & frequens est mentio Clariss. Nobilissimique viri Joannis Rantzovii, equitis Holfati & Bellatoris præstantissimi, cujus potissimum ductu & auspiciis per Regem & Principes id bellum feliciter confectum est: ne quid forte rerum gestarum ab eodem te lateat, non ab re facturos nos esse censuimus, si binâ elogia sub ejus effigie, ipso etiam-

num vivente, collocata & diversis in locis in lucem typis edita, corollarii loco huic historiæ nostræ adjungeremus. Quibus & Epitahia diversa adjecimus eandem ferè rem, sed modo dissimili explicantia, & præterea honorificæ sepulturæ & justorum eidem factorum succinctam recitationem, quæ nusquam hæctenus publicata apparuit. Hæc tu boni consule. Vale.

VITA SEU EFFIGIES PRÆSTANTISSIMI HEROIS JOANNIS RANTZOVII, Equitis Aurati. V. C.

DEUS Trinus & Unus te longè sospitet, & in hoc vivida senectæ robore diu feliciter conservet, fortunate senex, qui ex Equestri & Nobili Rantzoviorum familia (quæ fuit inter Cymbros sive Holfatos, testantibus id annalibus vestris, ante trecentos annos virtute bellica clara) es ortus, domesticaque educatione ac disciplina, vulnèrum & periculorum cõtemptor factus, cum tredecim annos natus, mortuo patre, clam arrepto domi equo; invita matre & tuis, ad proxima castra evolasses, miram indolem ad militiam intulisti: dein vir effectus, durissimis, belli laboribus te totum dicasti; susceptaque nobili peregrinatione, totum pene orbè terrarum circumvagatus es, non tam religionis causa, ut multi opinabantur, quam ut multarum gentium mores, tractandique belli rationes acutissimè perspiceres, & posteris Cymbrorum, Gothorum, Wandalorumque tuorum Majorum inviseres. Adita primò Anglia, deinde Hispania (inde divum Jacobum more tunc inveterato salutasti) postea Germania, Italia, Creta, Asia ac Syria maxima ex parte peragrata; ad Hierosolymam urbem pervenisti, ibique cum aliis religioso sacrificans dignitatem Aurati Equitis suscepisti: quam succedente tempore editis egregiis factis cõdecorasti atque ornasti. Hæc tua illustis peregrinatio in illa deflenda tempora incidit, cum Selimus Turcarum Imperator, mortuo Campsone & interfecto Tomembejo; Sultanico imperio cruentis victoriis finem attulit: unde nisi magna numinis providentia ad majora esses reservatus, navi vix elapsus, à Turcis captus fuisses, te tuosque socios tanquàm Mameluchos persequentibus. Navi illa Neapolim pervenisti, indeq; per illud regnum Roman protectus, Leoni decimo Pontifici Maximo, more Italico, sed non sine saltu Cymbrico, pedes deosculatus es. Inde per Italiam, Galliam & Germaniam, notitia multiplici in peregrinatione auctus, domum redisti, & illic proptèr summam ingenii tui dexteritatem & agendi peritiam. Fridericus tunc tantum Princeps Holfatiæ, te filii sui Christiani morum inspectorem, ac omnium rerum ejus gubernatorem constituit, missurus filium ad Septemvirum Electorem Brandeburgensem, ut unà cum ipso Wormatiã versus iret, quò Cæsar Carolus V. tunc primum Principes Germaniæ, ornatus Cæsarea potestate convocarat. Quo in loco Lutherus sua dogmata summa cum constantia præsentibus cunctis ordinibus Imperii protulit & scripto exhibuit: quæ tu modestè arripiens, supervacuos aliquos ritus contem-

nere didicisti. Finito illo conventu, unà cum Principe tuo ad patrios lares reversus, Magister palatii creatus es: & cum deinceps Christiernus II. Danorum Rex, immanissima crudelitate in proceres Gothos, Danos & Suedos sæviret, illique publicè conspirarent, consentiente & permittente D E O, certissimo semper ultore scelerum, & Fridericum patrum Christierni ad suscipiendum Diadema regium adhortarentur, tu Principi tuo Friderico iussor & autor extitisti, ut oblatam provinciam susciperet, ne alioqui tota sua familia illustis illa regia sedeturbaretur. Nam Suedi, cum Fridericus longius rem cunctando protraheret, quendam ex nobilitate equestri sibi Regem delegerant, quod & de Danis erat timendum. Quare ipsius auspiciis exercitum in Daniam traduxisti, nonnullisque locis ibi prius expugnatis, Hafniam regalem urbem, plusquam per integrum annum obsidione pressisti, illaque fame domita, cum ab esu felium ac canum non abstinere, in tui Principis gratiam suscepisti. Quibus rebus peractis, cum quatuor cohortibus ac trecentis Equitibus Scandiam navigasti; & commissa ancipiti pugna cum Severino de Norbu; viro strenuo & rei militaris perito, secũ habente quindecim millia agrestium tandem eum superasti. Nam aut vincendum; aut moriendum tibi erat: nullus locus fugæ patebat: Circumdatus enim eras mari & hostili exercitu. Sic virtus viam invenit. At nisi summa festinatione usus fuisses subsidio hostibus Otto Stigesen cum alia non contemnenda manu collecta ex plebe; venisset: quæ paulo post eodem die devicisti. Sic hos victor uno die factus, binisq; castris hostium potitus, cibisque ambobus captis; seure castra esmeratus. Severinum paulo post, non solum confessi facinoris veniam, sed amplam præfecturam à Friderico adeptum, pristina libertati restituiti, ut omnes inde perspicerent, te non solum in bello invictum; & in inimicos tuos in pace beneficum esse: quæ tamen ipse tua ingentia merita, magna cum sit nominis pristini & gloriosi infamia, novo scelere priori addito, dedecoravit. Contra enim datam fidem, clam ad Cæsarem Carolum, Regis sui Christierni II. Uxoris fratrem aufugit, ejusq; partes secutus; in obsidione Florentina (cupiens sui animi magnitudinis apud extras nationes exempla edere) fortiter pugnans interceptus est & sic perpetrati facinoris & violatæ fidei iusta premia recepit. Jam regno aliquo modo pacato, Christiernoque in Norvegia ab aliis Proceribus conditionibus circumvento; iploque in perpetuum carcerem condemna-

dēmnato, Fridericus in ejus locum Procerum suffragiis Rex declaratus est, qui regno ad annos decē summa cum moderatione præsuit. Quo tandem è rebus humanis ad divinam patriam sublato, relictis tribus filiis impuberibus, & tertio Christiano virilem ætatem ingresso. Lubecensis Reipub. turbatores nonnulli, facto prius fœdere cum Duce Alberto Megapolensi, & Comite Christophoro Oldenburgensi, & Danicis quibuldam Proceribus novis rebus studentibus, patriæ tuæ bellum acerrimum intulerunt: quod prius geri quam parari animadversum est, anno proximo post Friderici mortem, vestratibus in constituenda repub. tempore interregni, & deliberationibus de novo rege faciendo, occupatis. Sperabant enim Lubecensium isti factiosi, sese civitatem suam, tribus regnis Septentrionalibus positam, Venetiis æqualem reddere posse. Tunc tu iterum Reverende Senex, natus justam defendendæ patriæ causam, & ab extrema servitute vindicandæ, in medium armatus ex tuo castro, quæquam uno pede æger per integrum annum fueras; claudicans prostris, omnesque privatos dolores communi patriæ saluti postponis: nec defuit fortuna audenti salutaria, Illico enim non sine admiratione omnium qui id divinitus contigisse religiosæ affirmabant pristino pedum robori ac agilitati restitutus es. Collecta deinde parva manu cum Christiano, Lubecenses, non procul ob oppido Octino, desideratis multis aufugere, Segebergensem obsidionem relinquere, ac de sua propria Civitate defendenda sollicitos esse, coegisti: ac posthæc Trayemuniã vi cepisti, naves subsidio missas expugnasti, ipsamque urbem Lubecam obsidione cinxisti, brevique tempore ex tuis per te collocatis castris tantum effectum, ut pacis conditiones vobis etiam non inutiles susceperint. Tu enim eo tempore cum *Erico Erikson*, alias *Banner*, & nonnullis equitum alis ac militum cohortibus, in Gothiam sudlandiam missus eras, ut ægestium multitudinem, maxima ex parte rebellantem, aut bonam gratia ad pristinum officium & saniora consilia reduceres, aut armis opprimeres, & meritis ab illis pœnas lumeres. Cui injuncto officio satisfacere cupiens, oppidum *Alborch*, in quo rustica plebs, Duce Clemente Nauclo, congregata erat, fortiter illis defendentibus, cum tuis feliciter expugnasti, semelque non sine tuorum dolore, cum primus vallum conscendisses à summo ad imum dejectus es: ibique multiplici cæde exempli causa facta, captivum vivum Clementem quasi Regem plumbea corona dedecorasti, & sic palo configendum curasti, meritisque perfidiæ pœnas ab illo exegisti. Inde in *Wentzhusel*, tribus diversis itineribus, cū copiis tuis contendisti, ibique vacillantes in fide continuisti, principibus factionis sublatis, reliquos ad officium reduxisti, novoque juramento obstrinxisti.

Hinc in Fioniam cum trajecisses, plebem etiam ibi majore numero congregatam tuis copiis adortus, in fugam conjecisti, ac paulò post non procul ab *Affensen*, in aperto campo seorsim ante primos ordines cum uno equite, te in primis petente concurristi, illumque mortifero vulnere affectum, de equo non sine præfugio futuri eventus dejecisti, signoque cæteris dato, exercitum *Comitis de Oldenborch* justa acie ac prælio superasti, interfectisque in illo prælio Comitibus de *Hoie* & *Techelnborch*, castris hostium & urbe potitus es. Unde in Selandiam profectus, ibique plerisque locis vi subactis, iterum,

ut ante decennium, per XIV. menses Haffniam obsedisti, defendentibus fortiter urbem, & tuis virilibus conatibus egregie resistentibus Duce & Comite, expectantibusque à Cæsarianis auxilium, sperantibusque eos occasione non defuturos. Quæ opinio illos haud sefellisset, si tum ex tuo singulari consilio & solerti prudentia, certa Equitum peditemque manus, in terram Gröningensem Cæsari parentem, non fuisset missa, quæ vicum *Damvallo* fossaque muniret atque teneret. Quare effectum est, ut Cæsarianos magis de oppidulo *Dam* recipiendo, quàm de obsessis opem ferendo, alienaque ora infestando, cogitare oportuerit: Præsertim Carolo tunc Italicis rebus implicato deque Regno Neapolitano, ac Ducatu Mediolanensi defendendo, sollicito. Quare obsessi in urbe Haffnia, consumptis omnibus alimentis, quibus homines vesci poterant, extrema inopia premebantur, ac desperatis tandem auxiliis, cum illis nihil aliud reliquum esset, quàm ex fame lurida mors, ad pedes Christiani III. Ducem & Comitem se projicere, & culpam agnoscere, delictisque veniam petere coegisti. Quibus rebus confectis, Christianus more Gothorum Regio Diademate ornatus, ac patri suffectus est. Fuerunt sequentes anni utcunque tranquilli, sed tamen semper timendus erat Carolus V. semel irritatus, propter affinis sui captivitatem. Contigit tamen deinceps, ut bellum exarserit inter Cæsarem & Juliacensem de Ducatu Geldriæ, Gallusque Rex Juliacensem, sub spe matrimonii sororis suæ filia, Regina, Navarræ, in partes suas traduxerat, quibus sese adjunxisset Christianus ex usu regni fore existimabat. Ideo te, ad percutiendum fœdus cum istis duobus, Juliacem versus misit. Sed tu Regem Gallia omnes suos conatus edintendere, facile perspexisti, ut Cæsarem implicitum aliquibus negociis redderet, ipsumque longe à finibus suis amoveret. Ducis verò res eo loco esse intellexisti, ut per ætatem ipse parum aut nihil de bello cogitaret: illi vero, quibus bellum demandatum erat, segniter rem administrarent. Quare tu summa prudentia fœdere illo infasto regem tuum implicare noluisti, cum ex longo rerum usu ac noticia didicisses, magnos Reges, propter privata commoda, publica sancire fœdera, ac ratò sancta inviolataque præstare. Id tamen, favens partibus Regis Gallia, promisisti, te legionem veteranorum militum, & quingentos Equites nigros, ipsius sumptibus in Brabantiam, & *Martinum de Rosheim* missurum esse, & apud Regem tuum tantum effecturum, ut classem suam ad depopulandum & infestandam oram maritimam inferioris Germaniæ mitteret, & sic unam cum aliis Imperatoris opes distraheret sive distineret: quod utrumque summa fide præstitisti. Quantam enim vastitatem Martinus, adjunctis sibi tuis copiis, Brabantia attulerit, ruinae testantur, & Antverpia fere capta perenne testimonium præbebit. Naves vero, vento contrario orto, per totam ætatem optatum cursum tenere non poterunt, sed tamen homines maritimos, ne aliis opem ferre possent, suspensos tenere. Succedente autem tempore, aliquoties cū Cæsarianis non uno in loco, ut cū *Maximiliano Bureno* & aliis, de facienda pace egisti: quæ colloquia & Actiones tãdiu irritæ fuerunt, donec Spirã versus profectus, ubi cū tuæ legationis sociis solerti opera effecisti, ut Christianus honestis amicitia legibus Cæsari Carolo V. junctus sit, carenaque grãdis valoris, sicut & Collegæ tui, à Cæsare discidens donatus sis.

Qua pace facta domum reversus, Principes tuos occupatos esse dividendis principatibus, avitis atque paternis cernens, quod tibi maxime ex gravissimis causis displicebat (diminui enim hac ratione potentiam conjunctam videbas, ac facile oriri posse inter principes similitates timebas, quæ ipsi & patriæ extremam allaturæ essent perniciem) te omni magistratu & præfecturis, quibus eras insignitus, volens abdicasti, & cum tuis in posterum honorificè vivere decrevistis, retentis solummodo illis, quæ erant usque mortem tibi literis scriptis confirmatæ & merito datæ. Ille recessus Christiani pristinam erga te benevolentiam planè everit: ac tali suspicione animum ejus pupugit, quasi aliis ex causis te ejus negotiis subduceres, adjuvantibus clandestinis plurimum inimicis (nam *virtutem invidia sequitur*) & nitentibus præsertim eo, ut fictis & futilibus rationibus viam invenirent, qua alioqui præclarum regem, erga te ingratum efficerent, & ut is ingentis tui beneficii merita insigni aliqua injuria persolveret. Nam qui apertus tibi inimicus esset, regem tum alienato, nemo inventus est. Sed hoc tibi cum clarissimis Ducibus commune fuit: hi præterquam in ultimo vitæ actu invidis circumveniuntur, ut Hannibali, Scipioni, Bellisario, Narseti contigit, & tua ætate Gonsalvo magno accidit: qui non tantum circumventi, sed etiam diminuti dignitate, in ipso injustè illatæ contumeliæ dolore mortui sunt: tu tamen ipsis omnibus longè beatior ac felicior fuisti. Rex enim tractu temporis (quire & nomine vere Christianus erat) inimicis animi sensibus tua præstita officia perpendens, teque falso ab inimicis clandestinis (qui apertè aggredi innocentiam tuam non poterant) delatum intelligens, prius à te data suo filio fide ac manu te necessitatibus ingruentibus, illi non defuturum, additis his expressis verbis: *Si filius ea, quæ essent tibi ab Avosuo Ipsosque, propter summam merita usque, ad mortem collata, non revocaret, sed rata haberet (non tantum sic te, sed etiam filium regis tibi obstringens) tibi est reconciliatus, summamque, te in honore, ut antea, ad supremos usque, cineres habuit & coluit. Filius Regis quoque factæ Promissioni conditionem adjunctam probe intelligens regia planè indole summam erga te benevolentiam ostendit, & sese tibi non solum justa laborum præmia parata conservaturum, sed si velles etiam cumulatorem pollicebatur: cui tum respondisti, nihil te amplius optare quam suam gratiam: tui officii nunc esse, veteribus meritis avo ac patri præstitis jam fere obsolescentis, novis illa augere & splendidiora efficere. Elapsis postea paucis annis, Rex Christianus longo morbo paulatim consumptus, & ex his ærumnis ac laboribus (ut illi per somnium indicatum erat) ad semper mansuram patriam & requiem, per mortem translatus est. Continuo regni habenas, *Fridericus II. Christiani III. filius*, à patre designatus, suscepit. Contigit autem, ut eodem tempore *Dux Adolphus* ex cupiditate honestæ vindictæ, clanculum contra *Ditmarcos* exercitum conscriberet. Illorum enim terra sæpius vestrorum Ducum ac Nobilium & Populæ sanguine tecta est, cum vestrates redintegratis viribus clades fatales à majoribus suis, sed non sine forti ac virili repugnantia, in *Ditmaria* acceptas, novis victoriis resarcire studerent, ac justam sumere de crudelibus barbaris vindictam properarent: adeo ut contemptis omnibus belli disciplinis solæ confisi causæ & justæ vindictæ, se ipsi in palustres voragines demiserint, ubi iniquitate loci circumve-*

ti, & magna cum patriæ calamitate oppressi, ingens sui desiderium luctumque suis reliquerunt. *Adolphus* igitur, cum *Ditmarcos* privatis viribus aggredi festinaret, ut hinc majorem nominis sui claritatem compararet, & fines suos dilataret, persuasus seu opinans, *Fridericum* consanguineum, mœrore ex morte patris, ac rebus regni constituendis, occupatum, facile hoc sibi præsertim armato concessurum. Id Tu statim exactæ prudentiæ senex olfaciens, adhibito *Andrea de Barbi*, Episcopo Lubecensi, & Filio tuo *Henrico* (tunc temporis *Friderici* in Ducatibus vicario) ne simultas ac sinistra suspicio inter consanguineos oriretur, in istum statum rem perduxisti, ut ab omnibus tribus Principibus, publico decreto sumptumque, bellum contra sempiternos & avitos hostes gerendum, & sic Majorum ossibus insepultis parentandum esse, conclusum sit. Prius rebus necessariis, quantum in tanta festinatione fieri potuit ad id comparatis, *Fridericus* & Principes die constituta cum suis, nempe quatuor legionibus peditum, & tribus millibus equitum in unum locum conveniunt, ac Te unum invictæ virtutis belli illius ducem delegerunt, sperantes *Fortunam*, ut *fœminam, à re factis generosis olim subactam, semper usque, ad exitum vitæ morigeram fore*. Quem honorem primo repudians, jam fere septuagenarius, & ætatis excusationem adducens, tandem victus illorum precibus ac postulationibus, suscepisti. Ac quando cum principibus hostiles fines ingressus fuisti, semper eo animum intendisti, ut Principum juveniles ac generosos inultos animis conatus (qui cupiebant aspera audacter aggredi, & pugnam impigre cedere) senili cunctatione reprimeres, & quam celerimè posses, hostium in magnam longitudinem productas triplices fossas ac munimenta cum legibus, captata prius temporis & loci opportunitate, transcenderes, memorabileque detrimentum, ubi barbari sese securos esse crederent, illis inferres. Primo oppidum *Meldorp*, diviso exercitu, tribus locis uno tempore adortus, non sine vulneribus tuorum expugnasti, interfectisque multis hostibus, cæteris suis fugatisque ibi castra, tanquam in medio *Ditmaricæ* secundum longitudinem, inter *Suderstrand* & *Nordstrand*, quibus duobus locis flos & robur militiæ *Ditmaricæ* habitare solet, posuisti: atque sic eorum copias, ne conjungi possent, diremisti ac separasti. Inde in *Suderstad* cum parte copiarum profectus es, reliquis copiis in castris & apud Principes manentibus, eo consilio, ut si forte reliqui *Ditmarsii* periclitantibus *Suderstrandensibus* opem ferre vellent, illis objici possent: quo in loco maxima strage edita, reliquam multitudinem, exercitu circumdato, sine ulla conditione sese dedere cogisti: quorum pars *Holsaticis* carceribus usque ad belli exitum damnata pars *Albim* deportata alienis oris imposita est. Tertio *Heydam*, quæ *Ditmariorum* nobile Emporium fuit, cum principibus circa vesperam castra movens, per noctem contēdisti. Inde non procul rustici, adductis tormentis infestisque volitantibus signis, cum Equitibus vestris ex longa nocturna ac diurna profectioe lassis & defessis, cunctatibus non nihil tuis militibus, & diutius, quam par erat, in itinere hærentibus, audacter arma contulerunt. Ibi que tui omnes Principes, primis in ordinibus hostes aggressi, singuli speciem virtutis ediderunt, & majoribus suis fuso sanguine hostium litarunt. *Dux ADOLPHUS* fortiter pugnantis graviter vulneratus est.

Ab hostibus ter prælium redintegratum, eo eventu, ut maxima pars illorum vitam, reliqui superstites diu defensionem barbaricam libertatem ac terram ipsam amiserint, verosque eo die tuos Principes Dithmarsis Ducem effecisti. Quo bello conficiendo, non solum acutissimi Ducis nomen, qui nihil absque summo consilio susciperet, sed etiam humanissimi tibi comparasti. Si enim acerbe vindictam exercuisses, fraternus amor te excusare potuisset: Unum enim Fratrem tibi Dithmarsiam ante 59. annos fortiter pugnantem interfecerunt. Tu autem contra multorum sententiam quingentos Dithmarsos alioqui trucidandos, *Friderico Rege* in tuam sententiam traducto, incolumes conservasti, te palam humanum Ducem belli esse glorians, non Carnificem. Orta deinde seditione inter Legiones, qui inhiantes rusticorum bonis discedere à finibus volebant (cum tamen, excepta Schönvefii Legione, non multum vera virtute dignum edidissent) tu Dithmarsis nonnullis restitutis armis, Legibusque diversa in loca ablegatis, tormentisque abductis Equitibus, vi & metu ad imperium redire, & ex provinciis vestris sine maleficio discedere coegisti. Hoc ultimo virtutis tuæ specimine edito, actum concludere, volubilemque fortunam non ulterius periclitari, sapienter decrevisti. Quare te jam fortunatum senem appellare non vereor, cum in tempore manum de fabula tollere didiceris, ornatuque jam sis omnibus muneribus, quibus ullus unquam inter Cymbros tui ordinis ac loci cohonestatus fuit, ac tribus Regibus, *Friderico I. Christiano III. & Friderico II.* victrici manu singularique prudentia, cum cæteris Proceribus, Diademaque Regium imposueris, receperisque profusi sanguinis & laborum tuorum justam mercedem, eaque nunc lætus, cum duobus filiis ad similes honores ex parte provectis, & magna nepotum sumæ spei caterva, lætus frueris, exstructis ædificiis multis regio luxu: ex quibus unum *Bredenberga* cum munitissimis, aliud *Buibkamp* cum ornatissimis in tota Cymbria arcibus conferri queat, Hoc tibi nunc supremi laboris superest, ut, cum tua anima ex hoc ergastulo liberata erit, Corpus tuum religiosis in monumentis majorum, ad spem beatæ resurrectionis, paulisper pompa funebri tuorum Nepotum brachiis deponendum cures. Postremo opto, ut solita utens erga Deos pietate, te diu in columen Regi ac Principibus tuis, Patriæ, Filiis & Nepotibus, Deo optulante conserves.

ALIUD ELOGIUM SUB EFFIGIE EIVSDEM.

DEUS Trinus & Unus te longè sospitet, & in hoc vividæ senectæ robore diu feliciter conservet, fortunate Senex, quem ex equestri & pervetustæ Nobilitatis, apud Holsatos Saxones Rantzoviorum familia natum, syderum inclinatione Genius Divinumque gratia, per bellicas virtutes, ad justam fortunarum atque gloriæ societatem extulerunt. Quò jam tum contendere es visus, quando proximus pubertati à patris morte, arcepto domi equo, ad vicina castra evolasti. A quibus provectiore ætate in Angliam, Hispanias, Italiam, Cretam, Asiam Syriamque progressus, & apud Hierosolymas militari baltheo honestatus, ex tam longa & periculis variis obnoxia peregrinatione, non modo id honoris insigne, sed animum plurima variarum re-

rum, imprimisque exquisitoris disciplinæ militaris cognitione instructum, ad patriæ optimorumque Principum tuorum, Holsatiæ Ducum, cultum retulisti. Eam cum infracto animi corporisque robore, temporibus ita postulantibus, in campum produxisses, re ipsa comprobasti, *non pugnantium numero sed Imperatoris atque militum virtute, constare insignes victorias.* Sic ala una Equitum, & quatuor peditem Germanorum cohortibus, post edomitam Hassniam Daniæ regum permunitam sedem supra quindecim Scandianorum millia, bis eodem die diversis locis acie victor, ducibus captis, profligasti. Quo felici rerum successu, & pacis fundamenta à te jacta sunt, & Borealis Nobilitatis attritus, lacertusque, sub Christierno II. immanis crudelitaris Rege, splendor & tranquillitas revixit. Nam hinc ejus spes, quæ ad regna Septentrionalia respiciebat, ex fuga in quam se conjecerat, scelerum ultricibus diris consciam mentem impellentibus, planè imminuta fractaque, aditus vero ad regni fastigium patefactus fuit optimo Principi tuo *Friderico, Holsatiæ Duci.* In quo ille justè, clementer pieque usque ad vitæ exitum versatus, & subditorum de se expectationi undiquaque satisfecit, & fidei meritumque tuorum magnitudinem regia liberalitate agnovit. Ab ejus rebus humanis excessu cum novi popularium motus per Daniam excitarentur, & Lubecensium quidam, rerum novandarum studiosi, inopinato se in patriam tuam cædibus atque incendis late effunderent: Auctor Principi tuo *Christiano, Friderici Filio, Holsatiæ Duci* fuisti, ut inter initia Lubecam invaderet. Quòd cum te ducem administrari jussisset, id dextèritate consiliorum, ad Octinum eorum copiis, non modo ad solvendam *Segebergensis Castri* obsidionem, sed *Travemundæ* atque navibus aliquot captis, urbeque ipsa obsessa, cū belli sumptus, & dilabentem mercimoniis quæstum, ferre cives diutius, aut non possent, aut non vellent, certam pacem speratæ victoriæ præferre maluerint. Quæ eò liberalius afflictis concessa fuit, te Cymbricos motus coercente, quò magis Principis atque patriæ tuæ interfuit, vicinam hanc flammam restingui, & tot simul enascentium hostium vires deduci. Nam factiosorum quorundam Danorum motus, *Albertus Megapolitanus Dux & Christophorus Oldenburgensis Comes,* justis exercitibus tuebantur, Hassnia regali munitioribusque locis occupatis: quorum vires, per *Balthaci maris* insulas diffusas, cum sigillatim adoriendas censuisses, atque tuum salutare consilium *Christianus Princeps* approbasset, per continentem traductis copiis, primo Cymbricos Juras feliciter aggressus, *Alborga* vi expugnato, ac deletis adversariorum partium copiis, redactisque in ordinem sacrorum Papisticorum nonnullis præsulibus, qui se hominibus novandarum rerum studiosis, duces autoresque præbuerant non minimum Danici regni tractum Principi tuo conciliasti. Proxima erat *Fionia*, ubi valido hostium præsidio Assense oppidum tenebatur, & cum justo exercitu Germanorum illustres Comites, *Johannes ab Hoya & M. à Techlenburg,* aliisque strenuularum atque cohortium Duces excubabant. At tu nihil hostium potentia territus, trajecto mari, cū obsidione *Assensis* strenuè cæpisses, incumbens ejus solutioni Comitibus, ludabilis exitumasti, producto in patentes cæpos milite, prælii aleam subire, quàm intra castorū munitiones obsessi præbere speciem; Itaque

Itaque cum justa acie, loco ab hostium præsidio editiore, confligeres, insigni victoria, quæ Comitem utrumque multosque fortes viros absumpsit, eoque ardentis fortunæ progressu tota insula potitus es. Hinc in Selandiam itum, in qua expugnatis propugnaculis, & subditis pacatis, restabat una *Haffnia* regum sedes. Ea tum illustrium virorum atque veterani Germanici militis præsidio, tum suis munitionibus adversus omnem vim insigniter armata, fame subigenda fuit. Quod post XIII. obsidionis Mensem feliciter cessit, eoque majorem Principi tuo clementiæ atque moderationis gloriam peperit, quod ille indulgentius ad Saguntinam (ut ajunt) famem adactis dimisso sine noxa præsidio ejusque Ducibus, ignovit. Hac via Christianus Princeps, verè Christianus, cum seditiosis hominibus Daniam purgasset diademate Regio procerum consensu ornatus, per omnem vitam consilia actionesque suas, maximo subditorum commodo & gratulatione, eò retulit, ut illustri nomini essent consentaneæ. Quæ excellenti virtute perpetuaq; felicitate impulsus Carolus Cæsar qui ab amore à Christiano Rege animo, ob Christiæni sororij sui custodiam, liberis ejus incitantibus, erat, potius te paucisque aliis actoribus cum illo in gratiam redire, quam hujus deformatam scelestissimorum delictorum turpitudine causam persequi voluit. Sic aucto confirmatoque Principis tui imperio, cum jam sexagenarius ab ætate ad quietem respiceres, à lividorum oculis atque dentibus semoveri tuus recessus tam longè non potuit, quin absentia gratia apud optimum regem attractaretur. Quod tu eò nobiliori proposito negligendum existimasti, quò certius statuebas, gratissimi benevolentissimique Regis animo, tot adversis prospere spectatam cum extremo vitæ discrimine fidem, integritatemque tuam, malevorum obrectationis eximi nunquam posse. Neque tua te sefellit opinio, quando decedente corporis vigore, te solite complexus, Friderico filio, Regi designato, ingenue commendavit. Quem à patris morte, cum patris Johanne & Adolpho, Holfatiæ Ducibus, in Dithmarfos gentem ferocem, & hactenus pro injuncta habitam, vindicantem, cano & penè se-

ptuagenario capite secutus, delatum communi Principum consensu Magisterij equitum munus, ut modesta ætatis excusatione declinare voluisti, ita strenue postulantibus Principibus susceptum tutatus es, nunquam pristini vigoris robore intermisso. Sed ejus secundissimi belli laudem sicut libenter & merito ad Regis atque Ducum gloriam refers, qui utiliter consulendo, atque fortiter pugnando, clarissimorum Heroum munera impleverunt: ita vicissim tuam, tot antea victorijs partam Lauream, hoc clementiæ encomio ex eò bello non inviti reddent ornatorem, quò supra quingentos Dithmarfos, qui adversum te in acie constiterant, cum projectis armis extrema experiri non vellent, nonnullis eos ad necem poscentibus, humaniore animi decreto vivos incolumesque conservasti, cum eorum sanguine interempti olim fratris manibus litare potuisses. Cujus facti memoria ingravescenti nunc ætati tuæ eò dulciòr proculdubio est, quò magis perpetuum animi tui propositum, nunquam mercenariæ externorum militiæ, sed uni patriæ ejusque legitimis Principibus, ea moderatione obstrictum, ut victoris manus robora clementi erga prostratos indulgentià pro merito temperares, hoc velut extremo actu confirmare es visus. Igitur ætatis veniam legitimo jure consecutus, vive in posterum, tot exhaustis feliciter belli laboribus, diu felix atque incolumis, in tuis privatis ædibus: quarum alteras Bredenbergi, perductis justis munitionibus atque propugnaculis, solo depresso ad Storam, reciproco æstu fluctuantem, alteras Italicæ elegantie imitatione Bothcampij, editiore specula ad locum Bissenum, magno sumptu excitasti: & inter gravissimas consultationes, quibus præsentem animi vigorem, cum suo Genio, tum diligentiter observatione, ad circumspecti judicij acumen perductum, Regi principibusque tuis fideliter impertis, te rerum gestarum recordatione, & fecunda ex tribus liberis nepotum neptiumque sobole oblecta. Quos ut virtutis tuæ æmulatione, digna te Patre Avoque, sectari atque consequi videas, utque transcurso mortalis vitæ spacio, pie sancteque ad beatorum sedem hinc emigres, id tibi concedat inexhaustæ bonitatis & clementiæ numen æternum.

EPI TAPHIUM

STRENUÏ ET NOBILISSIMI VIRI JOANNIS RANTZOVII, Equitis Holfati: quod ei in primaria æde oppidi Izechoæ à piissimis filiis in sempiternam memoriam collocatum, marmorique incisum est.

Johanni Rantzovio nobili Holfato, qui post susceptum balthei militaris decus, & perlustratas remotissimarum gentium provincias, quantum pacis bellique artibus, omnibusque corporis atque animi eximiis bonis eniti potuit, id omne, secundum pietatem in Deum, uni patriæ ejusque laudatissimis Principibus, Friderico I. Christiano III. & Friderico II. Danorum ex ordine Regibus, hujusque patris Johanni & Adolpho Holfatiæ ducibus impendit, felicissimo eventù, ut pote luminis cum julto Imperio Dux, exortis subinde bellis destinatus, semper victor, qui præter copias deditasque urbes atque arces, profligatos ejectosque procul Cymbricis & Holfaticis finibus hostes, in ordinem redactos Papisticorum sacrorum seditiosos antisti-

tes, rebelliumque Dithmarforum contusam & fractam armis contumaciam, octies patentibus in campis, diversis præliis superatas hostiles acies, vel ab ipsius indulgentia, vel à fœda fuga vitam coegerit impetrare, illustri & fidei erga patriam ejusque Principes, & clementiæ erga victos gloria, quam ad fatalem maturæ senectutis horam sine fortunæ ludibrio perduxit, sicque domi suæ, ætatis veniam nactus, omnibus animi sensibus integris, in charissimæ Conjugis, filiorum atque nepotù complexu, æternò numini spiritum, à quo acceperat, firma in Christum fide, & certa Resurrectionis spe confirmatus, reddidit, Henricus & Paulus filij, parenti cariss. mercentes posuere. Obiit Anno Domini 1567. Die 12. Mensis Decembris. Cum vixisset annos 73. & Mensem I.

IN TUMULUM EJUSDEM

Equitis clarissimi.

Hic sita *Rantzovii* sunt frigida membra *Joannis*,
 Inclyta cui virtus nomen equestre dedit.
 Qui Diadema tribus, procerum statuente Senatu,
 Regibus Arctois imposuit manibus.
 Christèrni pepulitque. Duces virtute secundi,
 Ejecit regni sedibus eque tribus.
 Quid referam Comites, populos, domitasque tot
 Bis rediit caelo victor ab hoste quater. (urbes
Dania testis erit, bello concussa *Lubeca*,
 Hoc duce quæ capta est, *Hassnia* testis erit.
 Nauclerique feros compescuit ille tumultus,
 Intulit & rigidis signa tremenda tutis.
 Ille, armis frustra toties bellisque petitos,
 Tempore *Ditmarfos* contudit exiguo.
 Quemque ferox multis *Ditmarsia* fuderat annis,
 Cymbrorum vindex sanguinis ille fuit.
 Singula quid referam? nil non laudabile fecit,
 Consilio felix, Marte togaque fuit,
 Auspice multa Deo, primo sub flore juventæ,
 Pro patria gessit, multaque bella senex.
 Ut charus patriæ, charis jucundus amicis;
 Hostibus adversis sic metuendus erat.
 Quid structas ædes memorem, magnoque labore
 Condita magnanimi tot monumenta viri?
 Qui licet exhaustus senio sua fata subibat,
 Visa tamen patriæ est mors properata nimis.
 Hoc duce quæ caret, & quondam fortasse carebit:
 Quod tamen in ventos omen abire velim.
 Addè quod & mansit, jam succedente senecta,
 Corporis integritas ingeniique vigor.
 Undè futurarum prudentia maxima rerum,
 Perpetuò constans judiciumque fuit.
 At postquam cursum, dederat quem fata, peregit;
 Defecit casto conjugis in gremio.
 Terrores metuens nullos, solatia sensit
 In CHRISTO moriens justificante Fide;
 Vita vale, dixit, spes & fortuna valete.
 Lubrica vos, vera est nunc mihi parta quies.

DE OBITU JOANNIS RANTZO-

*vii, Equitis Aurati, ex Cancellaria
 Regis Dania,*

CUM placido vitæ mutasset tempora fato
 Joannes heu *Rantzovius*,
 Luxerunt nati, conjunx, *Hollatica* tellus,
 Uno ore plangentes patrem.
 Mars tumulo imposuit laurum, zonamque trophæ-
 Et hostibus demptas opes. (umque
 Pax etiam, aut concors huic, aut contraria Marti,
 Amantem laudavit sui.
 Fama hinc dispergens latè ore manumque secuta est
 Virtutum testimonia.
 Qualiter hunc igitur vixisse putabimus annis
 Lustrorum bis septem & tribus?
 Totnamque hic vixit quem Mars, Pax, Fama, per-
 Requirit, laudent, offerant. (emptum
 Et pia cum natis *Conjuncta* viduata Marito,
 Et Patria lugeant Patrem.

IN TUMULUM EJUSDEM.

Conditur hoc tumulo rara pietate *Joannes*
Rantzovius, claro stemmate natus, *Eques*;

Regibus imposuit tribus hic diadema superbis,
 Fertile Danorum qui coluere solum.
 Et sæva injustè *Christernum* bella moventem
 Sedibus averit Marte potente tribus.
 Frena recusantes multas compescuit urbes,
 Submisitque ducum colla superba jugo.
Dania sæpe ejus norat fortissima nomen,
 Sensit & illius pulchra *Lubeca* manus.
 Quæ tulit illius *Schöningia* signa triumphi,
 Octinum & pariter terra *Fiona* refert.
 Est adhuc memor hostilis *Judlandia* cladis,
Nauclerum domuit qua sua dextra trucem.
 Omnis testis & est pugnans *Ditmarsia* nuper
 Infausto, cujus moenia victa jacent.
 Sic felix fuit & fortem se præstitit, ut cum
 Consereret victor bis quater hoste manus,
 Quid referam mores mixtos gravitate decora?
 Quid, quod erat junctum cum bonitate decus
 Integer ipse fuit maculis non oblitus ullis,
 Atque tulit sortem, qualiter illa fuit.
 Consiliis populum dubitantem juvat honestis,
 Juvat & afflictos pro bonitate viros,
 Rebus in ambiguis vultus non sumpsit acerbos,
 Nec fato elatus prosperiore fuit.
 Sed mens illius certo deducta tenore,
 Quod fuit ante pedes, excutiebat opus.
 Hinc sua clare viget gestarum gloria rerum,
 Omnibus ipsius est cognita fama locis.
 Sed postquam senio confectus & obsitus annis
 Sensit se vitæ continuasse viam,
 Speque fideque Deo certus constante adhæsit,
 Et sic voce pia, cum moreretur, ait,
 Reddam animam Christo, mea pignora care valete;
 Et tu me gremio suscipe, *Christe*, tuo.

DISTICHON CONTINENS NŪ-

merum anni, quo obiit Joannes Rantzo-
vius, Eques Auratus,

Tempore quo Vere SVBITE SVÆ fata *Joannes*
Rantzovius, Versus Denotat XLVV.

QUÆRELA STORÆ

fluvii.

Rivule cur præter solitum tuus humor abundat
 Dic *Stora?* lucidulam quis tibi turbat aquam?
RANTZOVII miserum me tristitia funera turbant
 Cresco ego de lachrymis perditus ipse meis.
 Ille erat heu summi vivens mihi causa decoris,
 Ille mihi moriens abstulit omne decus.
 Ne mihi quis lympham violaret, condidit arcem
 Me prope depresso, *Palladis* arte, solo.
 Extinctum plangant pax & cum Marte *Minerva*,
Relligio, *Charites*, *Cymbrica* Terra Patrem.

EPITAPHIUM EJUSDEM.

Quæ Lector celsis insignia juncta columnis,
 Quæque opera è *Pario* marmore facta vides,
 Inclyta **RANTZOVII** sunt hæc monumeta *Joannis*,
 Frigida defuncti sub quibus ossa cubant.
 Hic dum vivebat nulli virtute secundus,
 Militis *Aurati* nomen adeptus erat.
 Nam firmi vegetus juvenis cum corporis esset,
 Ingenii sensit munera magna sui.

Per varios populos longinquaque climata terræ
 Immenſam ad Solymas per mare fecit iter.
 Unde illi rerum prudentia magna parata eſt,
 Ut poſſet patriæ commodus eſſe ſua.
 Poſtea felici Clementem Marte repreſſit,
 Jutica cum fureret ſeditione cohors.
 Obſidione premens Aleburgica mœnia, Cives
 Rex Chriſtiane tuo ſubdidit imperio.
 Chriſtophori Comitum dum rura Fionia miles
 Vattaret, victrix hic quoque dextra fuit.
 Haſſnia cum nollet clauſis ſe dedere portis,
 Miles in hac præſtans obſidione fuit.
 Schanica Meiero devicta fera agmina capto
 Compulit & domini ſubdere colla jugo.
 Extera funeſto ſtreperent cum bella tumultu,
 Strenuus audaces movit ad arma manus.
 Publica reſtimidiſtremuit quando anxia curis,
 Conſilio patriæ profuit ille ſua.
 Seures conſiliis fuerat cœu Marte gerenda,
 Regibus ille ſuis inſtar Achatis erat.
 Nobile Rantzovicum generoſo à ſtemmate nomen
 Nobilius factis reddidit ille ſuis.
 Bis ſeptem luſtris quum tres adjunxerat annos,
 Vitaque jam finem cœpit habere ſuum,
 Preſſa gravi ſenio gemerent cum membra dolore,
 In Chriſto moriens leniter occubuit.

*ALIUD EPITAPHIUM EIUSDEM;
 in quo primum Diſſichon continet annum Chriſti,
 quo obiit, & prima litera majuscula
 nomen auctoris.*

HOLſatæ Rantzo *De CVS & tUte La Joannes*
 HUC poſtVS, LAUDIS VIX poLVS Ipſe
 Imberbi Solymas mento qui venit in oras, (Capax
 Rettulit auratæ militiæque decus.
 Nec non Chriſtiano, Fridericis atque duobus,
 Tradidit Arctoi ſceptra regenda ſoli,
 Rectori quod erant Attidæ Neſtor Achilleſque,
 Id tribus his ſolus regibus ille fuit.
 Illius eſt fractus Chriſternius fortibus armis,
 Cederet ut regnis Marte cedente tribus.
 Chriſtophorum profugo ſtante pro rege ducęq;
 Albertum, nigri qui bovis ora gerit,
 Vaſta inſtaurati renovantes bella Gradiyi,
 Ad regis conſtat procubuiſſe pedes.
 Senſitque infelix in victas Haſſnia vires,
 Illius auſpiciis Haſſnia capta piis.
 Roſtrata memorare poteſt quis prælia claiſis
 Pro tantis dignè conditione ducis?
 Ita ſed emenſæ referam veſtigia vitæ;
 Et quoties hoſtis copia ſtrata feri.
 Norbius ingenti venit obvius agmine primum,
 Eſt ubi Scandiacy grandis eremus agri,
 Trita videns ſocii ſed Otho Stigefeniſius arma,
 Hic uno, dixit, biſſa trophæa die?

Sunt etiam nobis vires, vel præſtet Achillem:
 At vix intuitus terga pudenda dedit.
 Obſtitit & Marcus Meyer, cum dira moveret,
 Quatuor in paries iſ laceratus obit.
 Vdus adhuc Oetinus habet fera ſigna cruoris,
 Cæſorum variis offibus albet humus.
 Peſtifer hos ſequitur Nauclerus in ordine quartus,
 Succellum & vires ſperat habere ſuas.
 At non Hoſſaticus cedens, nec territus Heros,
 Obvia victrici tendit ad arma manu,
 Turbatum ſuperatque Ducem ſtringitque catenis,
 Firmam procul muris non Aleburga tuis.
 Regali donat ſceptro; plumboque coronat,
 Tunc ubi ſupplicis afficiendus erat.
 Inſauſtos etiam Comites extendit arena,
 Hic ubi Taurinus mons juga celſus habet.
 Formidata olim totis Ditmarſia regnis
 Hoc duce Principibus colla premenda dedit,
 Et quamvis validis pugnarit fortiter armis.
 In tribus eſt tandem victa cruore locis.
 Cætera quæ reſtant Sophocleæ digna Cothurno;
 Cântet cum claris Hoſſata terra Danis.
 Ipſe Deus verò talem vileſcere gemmam
 Non paſſus; cœli traxit ad aſtra vagi.

*DE ARMIS JOANNIS RANTZOVII
 Equitis Aurati, quarum ſuam partem Henricus,
 & c. Rantz. filius, donavit fratri Paulo.*

Dividere arma patris cum vellent bellica nati,
 Corpore quæ proprio geſſerat ipſe ſuo,
 Mars clypeum abjecit, dixitq; o parcite nati,
 Parcite, in his aliquid Mars quoque juris habet.
 Quæ toties genitor defendit ab hoſtibus arma,
 Turpe, ea ſi natis diripiantur, erit.
 Integra, dante Deo, poſt triſtia fata manebunt,
 Ut ſacra, dum vixit, tutaque ſemper erant.
 Ergo dedit Paulo, fraterni pignus amoris,
 Henricus partem, Marte monente, ſuam.
 Exoptatque armis cum laude utatur iisdem,
 His uſus genitor qualiter ante fuit.

*QVERELA ANNE RANTZOVIAE
 in funere ejuſdem dilectiſi, conjugis ſui, incomparabilis
 virtute Herois, incifa lapidi ſepulchri, quod in piano
 Patri memoriam grati filij in templo primario
 oppidi Iizehoe ſtatuerunt.*

Conjugis Anna ſuicū conderet oſſa ſepulchro;
 Hæc ait, in lachrimas tota ſoluta piæ:
 Si mihi non tecum licuit, vir ponere vitam,
 Adox, tamen intereunt nime a vota, ſequar;
 Et precor, ut placide conjuncti viximus ambo
 Sic quoque Cœleſti nris beet arte Deus.

DE SEPULTURA ET EXEQVIIS

Funebribus Ejusdem Nobilissimi Equitis, Joannis Ranzovij, appendix, per Christophorum Kellinghausen Hamburgensem.

CUM de Præclarissimi herois, cum illustri vitæ curriculo rebusque fortiter gestis, tū placida & beata ex hac mundi colluvie emigratione multa superius luculenter commemorata sint: id unum te, humanissime Lector, desiderare amplius posse existimavi, quod disertè illic explicatum non erat, quæ is funeris pompa in honore ad sepulturam elatus, quoque splendore & magnificentia justa ei facta essent. De qua re, quoniã ea quoque, ut reliqua, honorificentissima ipsi meritò contigerunt, quam potero paucis, dicam. Nam cum annis jam tribus septuagenario provecior, & ipso prægravantis ætatis senio debilitatus, & lenta morbi diuturni tæbe confectus, integris planè universis & immotis animi sensibus de ærumnosa hac vita, obitu sanè perquam tranquillo & pio, discederet: inter cætera plurima, quæ prudenter pieque admodum & munificè, se fatiuncto peragenda, testatus constituit, & illud filiis, quos omnino duos paternæ virtutis & gloriæ æmulos reliquit, præceperat: ut se post mortem illatum majorum sepulchro, quo & Pater, & Avus, & Proavus & Abavus, conditi quietem sanctam in Domino agerent, in oppido propinquo Itzehoa, tumularent. Quia verò grassabatur tunc eo in oppido vehementer pestis (ut & in aliis plerisque Germaniæ locis & oppidis) qua multi indices mortales mortem obirent, ne propinquos suos, gentiles & amicos ad honestandum funus eum in locum accerserent, quem justo metu propter vitæ periculum adire omnes formidare poterant, tandiu id differre, seq; in ædem proximam deponere, quoad pestilens contagio illic serpere & sævire omnino desisset, jusserrat. Quod supremum dulcissimi parentis mandatum, ut ei post obitum quoque morem gererent, quem viventem amore summo complexi, mirà cum pietate & observantia obsequentissimè semper coluissent, fideliter quoque & solerter sunt executi filij. Exemptis enim intestinis arculaque ex plumbo seorsum conditis, exenteratum primùm cadaver opobalsamoque inunctum, & fragrantibus aromatis, molli intersperso Anglici filii tomento effartum, deinde sarcophago item plumbeo querno intecto ligno compositum, in æde parœciali pagi Bredenbergæ (quam collapsam ipse olim restituerat, & donariis elegantique exædificata turri pio liberalique animo exornaverat) lateritia extructa domuncula deposuerunt. Ubi cum in tertium jam mensem supra annum constituisset, mitescente magis magisque in oppido lue, ad principes & civitates finitimas, ad agnatos, necessarios & amicos, literas dederunt, ut in colliculum imminentem oppido pridie Calendas Martias convenire, & deducendo funeri interesse pompæ vellent. Quo adveniente tempore, alter filiorum major natus *Henricus Ranzovius*, regius in Holsatia Vicarius (nam Paulus junior frater cum illustrissimo Principe Adolpho ad obsidionem arcis Gothæ profectus, ex necessaria ea causa parentali-

bus adesse non poterat) cum familiaribus nonnullis biduo antè ad templum sese conferens, ubi in ædicula clausum funus custodiebatur, ea effracta, post habitam funebrem ab ejus ædis Presbytero *Nicolaus Vinterbergio* orationem, cum per fenestellam stanneam, quæ eum in usum in loculo erat, faciem defuncti charissimi parentis, desiderio etiamnum nimio vix lachrymistemperans, supremum contuitus esset, & aliquot ejus imagunculas ex argento conflato inauratas injecisset: id serici villosi atro intectum velamine, & arce impositum, in castrum suum Bredenbergam secum avexit. In quod præcedentibus cum faulis nepotibus, & honorifica insequente pompa, illatum, in cubiculum pullato undique panno intratum velatumque, accensis circum funalibus, pheretra collocavit. Huc postridie ejus diei, *Eberhardus ab Holle*, Lubecensium & Verdensium præsul & Henrici affinis, vir spectabilis coque honoris fastigio longè dignissimus, cum honesto & mediocri comitatu advenit, alijque item nonnulli nobiles viri, ut funeri efferendo inter essent, qui honorificè omnes excepti & tractati splendide, noctem ibi unam cum suis egerunt. Insequenti die, qui exequiis præfinitus Calendas Martias antecedebar, elatum cubiculo in vehiculum idem, quoad vectum, pullo integumento obductum collocaverunt: & aliis nonnullis ponè legentibus ejus vestigia cutribus qui mœstissima conjunx nurusque geminæ, cum numerosa & pulchra nepotum neptiumque sobole, & agnatæ quædam foemina vehebantur, satellibus stipatum undique; circumcursantibus, ita in oppidum inducitur. Interea *Henricus Ranzovius* cum Antistite, & quibusdam agnatione proximioribus, amplate ministrorum familia, lugubri omnes habitu, pullis & syndone peples à pileis in terga defluentibus equorumque ephippijs atratis stragulis operatis, in collem oppido propinquum contenderunt: quo Principum Civitatumque Legati, propinqui, gentiles & amici, præclari omnes & nobiles Viri, magno numero confluerant. Quibus in corona circumstantibus Henricus illustri & facunda oratione amplissimè gratias egit, quòd in locum illum ad diem dictum rogati promptè accessissent, utque ad reliqua exequialis ejus honoris & celebritatis solennia peragenda, supremam & piam, paternis manibus secum operam præstare, & iis finitis epulo funebri interesse non gravarentur, perhumaniter perque amanter rogavit. Inde ternis simul binisve junctim equitantibus, composito decenter ordine currum, quo funus deferrebat, confectati, longo agmine (nam trecenti ferme erant, qui equis vehebantur) lentoque & moderato equorum gradu, sensim & magnificè oppido ad equitarunt. Quod ingressi, ubi in ædes atratas undique & funalibus collucentes (quas magnificus Heros per amplas sibi & splendidas olim extruxerat) funus deposuissent, in hospitia per oppidum plerique dilapsi, ut equis in stabula traditis singuli ad cohona-

cohonestandam funeris pompam redirent. Sub idem præterea tempus curribus frequentibus, quorum supra quinquaginta fuisse constat, ingens foeminarum Virginumque nobilium turba advecta est: quæ cunctæ pro regionis more, ut funus comitantur, candidis lineis velamentis capita obvoluta, quæ inde per scapulas utraque licenter errantia dependebant, sese perornaverant. Earum complures ad defuncti Equitis conjugem *Annam*, ex vetusta & clara *Vallstorpiorum* gente prudentissimam honoratissimamque foeminam, sese conferentes, quæ iidem in ædibus ad funus viri mœsta atque ad eam exanimata ferè lectu morabatur, largifluis opplentibus vultum lachrymis, & ingenti animi dolore interceptiente spiritum, eam verbis amanter & diligenter consolatae sunt. Quæ dum fierent, interim æra campana in ædibus sacris, cum in oppido, tum in vicinis circumquaque pagis parocialibus, nusquam cessabant: quibus & oppidum ipsum, & omnis circum vicinia late perfonavit. Caterum ubi efferendo funeri destinata advenit hora, illud serico villosio nigro obductum seni ejusdem gentis & stemmatis, præstantes omnes animis & viribus nobiles Viri, succollantes in humeros phæretro sustulerunt, & lento gravique incessu, dum subinde ob nimium plumbei lignæque loculi pondus furcis hereticisque transferro subjectis, subsistere cogentur, in templum ejus oppidi primarium, divo Laurentio martyri dicatum, deduxerunt, longo honoratissimoque & præcedentium & cœmitantium agmine. In primis ex ludo literario pueri de more antecedeabant, lugubres cantiones vernacula latinaque Lingua alternatim decantantes, quibus nunc gaudium, nunc tristitiam aulculantium animis infundebant. Eos Verbi divini Mystæ & interpretes in oppido & pagis finitimis insequiebantur, quibus sacratæ supra quadraginta ex nobilitate Virgines, ejusdem cœnobij contigui templo alumnae, candido tinnis amictu (ut ejus sectæ mos & instituta ferunt) succedebant, & ipsæ temperatis vocibus suaviter funeri præcipientes. Hinc ministri universi Henriti, habitu obscuro & tristi funalia manibus gestantes, ingrediebantur: eorum vestigia calcabant novem e duobus filiis Nepotes, deducentibus præceptoribus, & ipsi cereos grandiusculos, quibus conversa gentis Rantzoviarum insignia (ut cæteris funalibus cunctis) appensa spectabantur, funeri avito præferentes. Inde proximè ante loculum absolutæ nigredinis equus unicolor, pullato terram radente stragulo, à Vicarij regij puero sessore legniter adigebatur. Sequebatur verè longa honestissimus illustrium & ornatisimorum Virorum cœmitatus, quibus unus omnibus habitus atratus & lugubris erat. In his nobilissimi gravissimique Viri, Legati Friderici I. Daniæ Regis, trium Holsatiæ Principum Joannis senioris atque Junioris & Adolphi, Reverendus amplissimusque Lubecensium & Verdensium Anctes, Legati Comitum Schövenburgij, Civitatumque Lubecensium & Hamburgensium, conspiciabantur. Aderant ex gentilitia stirpe Rantzoviorum prognati plures paucioresve triginta, Viri propè omnes meriti, & præclarorum gestarum memoria florentes, & ætate canisquæ decoris venerandi. Nam quos ex nobilitate omni Holsaticæ florenti ævo integer adhuc & vividus, ad præclara eximia virtutis præmia & ornamenta consecranda capiendaque sanguis alebat, eorum

pars multo maxima ad obfidionem arcis Gothæ, ab illustri magnanimoque duce Adolpho evocata, sub pellibus & velis canabeis in castris excubabat. Quæ expeditio cum in idem forte tempus incidisset, effecit, ut rariores virorum nobilium, quam accessissent alioqui, pompæ huic exequiali interessent: cum præterea complures quoque in Daniæ Friderico Regi contra Suecum jam pridem militarent. Sed nobilium tamē ejusdem ditionis numerus, qui funus sectati sunt, trecentos circiter nihilo minus ad æquavit. Post nobilitatem succedebat oppidi Senatus Civesque honoratiores, quos ex pagis circumquaque finitimis coloni longo ordine insequentes agmen claudebant. Nec longo hinc intercedente intervallo, frequens elegantissimaque foeminarum nobilium spectabatur series, quæ & ipsæ pro regionis more habitu funebri, ut dictum est, præcedentium Virorum pompam comitabantur: easque inter eminentes, lectuque & mœrore propè confecta, clarissimi Equitis Conjunx, cum nuru utraque & neptibus pluribus, omnium oculos in se vertebat. Ubi jam in cœmeterium ventum est, circuitu ter de more templo funus intulerunt, idque media in æde ante suggestum, ex quo conciones sacra ad populum haberi solent, sub machinula lignea instar ædiculæ fabricata cancellaque, quæ undiquaque defixis cereis collucentibus ardebat, constituerunt. Exinde finitibus cantionibus usitatis & solennibus, orationem funebrem habuit ejus ædis oppidique Presbyter summus, *D. Joannes Vorstius*, quem Præpositum vulgò vocant. Vir pietate & doctrina senioque venerabilis. Qui dum peroraret, fuitus ex eo loco succedentium nobilium humeris sublatum, & ad latus australe chori propè clathros, quo loco majores ejus complures tumulati sunt, ut & lapides impositi eorumque inscriptiones, & æra ab iisdem inibi Sanctæ individua Trinitati dicata, abunde testantur, in sepulchro arcuatum, quod pij gratique filij, cum in sempiternam clarissimi parentis memoriam, tum proprium & perpetuum familiæ suæ monumentum haud levibus impensis pulcherrimum & edificarant, depositum est. Id supra reliquam pavimenti planitiem tribus ferè ulnis, gibbo ex polito levigatoque candido lapide porrecto & utrinque redacto, altius assurgens, cui insignia gentis artificiose eleganterque incisa, & coloribus distincta, quoquo versus latera exornant, vivas superne utriusque parentis quasi recubantis imagines, niveo marmore affabre effictas, spectantibus ostendit. Eodem quoque loco passim Epitaphia & Elogia, quæ hoc libro continentur, lapidibus in columnas parietemque immixtis incisa insculptaque, de vitæ cursu rebusque gestis, tam præstantis & spectatissimi inclita virtute Viri, lectores erudiunt. At peractis ritè & solenniter in æde sacra cæremoniis cunctis, hinc ad convivium funebre discessum est: quod magna elegantissimorum Convivarum frequentia, & splendore ac munificentia, ut tanti Viri exequiis conveniebatur, summa celebratum est. Aeris quoque plurimum in pauperes distributum, & largæ aliis aliisque & quæ pater moriens passim & à se nuncupatis donari mandaverat, & quæ his filiorum in super adjecit liberalitas, munera præbita sunt. Quibus per dies aliquot, ut mos est, agitatis universi inde, post actas utrinque prolixè decenterque gratias, in sua discesserunt. Ita qui placidè beatæque de instabilis hujus vitæ, quam omnem præclaram

fortuna

fortunatamque exegit, praesidio & statione discesserat: qui immortalem meritis illustribus ubique terrarum de se famam & gloriam excitaverat: qui spectata & sempiterna egregia atque invicta virtutis monumenta posteris moriens reliquerat: honestissimam quoque caduci atque emortui cadaveris sepulturam, iustaque & exequias se dignas, hoc extremum honoris & officii defuncto parenti in more & luctu maximo piissimis filiis tribuentibus, cumulate consecutus est. Quod equidem ipsum ad reliquam ejus in vita felicitatem, qua non sine admiratione magna, occulto quodam conspirantium syderum favore ac consensu, vel potius effusa atque constanti divini numinis, rectissimam mentem gubernantis adjuvantisque benignitate atque clementia, ad extremum usque halitum perpetua usus est, quasi coronidem seu colophonem aptissime congruentem, accessisse arbitror, ut, qui in vita prospera gloriosaque omnia habuisset, nec hoc extremo mortalibus praestari solito honore ac munere careret. *Et si enim sunt, qui sepultura jacturam levem ducant, quando ex quocunque terra operculo tantundem ad superos itineris est piis creditur: & multi pra-*

stantissimi viri, & aeternis ob comprobatae factis virtutem laudum praeconiis celebrati, vel in terribissimis carceribus agriitudine & squalore consumpti sint: vel pisces in undis obruti agitantque fluctibus paverint: vel in pulvere caenoque parente sub dio à vermibus ferisq; inmissibus laniati devoratique sint: alijsve indignis extincti suppliciis passim & misere compuiruerint: ij tamen ipsi honestum post mortem sepulchrum haud adeo aspernantur, quin, si contingat, ingens bonum: si denegetur a fortuna, leviter ferendum esse statuunt. Omnes certe mortales, praestantibus & magnis ingenijs praediti, illud potissimum in votis habent, ut tranquillo & praclaro vita exitu diem suum extremum claudant, exemptique vivis tumulo, uti supremo corporis humani receptaculo, donataque post exhaustos vita laboris quietis sede, honeste contendantur. Nam & sanctissimos illos viros, quos antiquissimo seculo, ob summam vitae innocentiam ac religionem, Deo per charos fuisse sacraliter testantur, jam morituros vel in primis praecipisse posteris suis legimus, ut obita morte cadavera sua sepulchris, vel à seipsis, vel majoribus suis constructis, honorifice inferrent atque deponerent.

EPITAPHIUM,

In quo ipse Magnanimus & Spectatissimus Heros, JOANNES RANTZOVIVS loquitur:
autore eodem.

DUM licuit voluitque Deus, mihi vita placebat
Rubrica, nunc mors est non gravis ipsa mihi,
Sed patriae forsan nimis immatura videtur,
Semper viventi quae mihi chara fuit.
Pro qua non timui terraque marique labores,
Et prope praesentem lætus adire necem,
Illa meam nunc forsan opem deferta requirit,
Sæpius in magnis qua fuit usum inalis.
At mihi quo pacto nimium properata senectus
Absciderit vitæ stamina pulla meæ?
Naturæ (quodcunque datum) satis & mihi vixi:
Sic ætate gravis perfero fata lubens.
Namque quoties ævum jam tot producit annos,
Quod mihi præscripta vivere lege datum?
Et vitæ satis, ad laudem quod sufficit, egi.
Nec periit virtus nostra caduca nimis.
Gloria per totum mea jam percrebuit orbem,
Quæ radiis cincti solis aditur equis.
Illa superstes erit, donec benefacta probare,
Suppliciisque malos subdere, moris erit.
Sic merui, virtute bonam dum profero famam.
Et mihi pars vitæ nulla labore caret.
At dulces utinam moveant mea facta nepotes,
Ut fieri similes aut superare juvet.
Nondum etiam horrebant prima lanugine malæ,
Cum functo satis arma parente tuli.
Hinc lubuit procul amotas invisere terras,
Et magni varios orbis adire situs.
Visa mihi tellus, quam flavus arare Britannus,
Lædere quam ferro fuscus Iberus amat:
Quam molles habitant Itali, Cretesque Syrique,
Quam gentes Asiæ Marti samore truces.
Ad Solymas sacras fortunatumque sepulchrum
Sum meritis nactus nomen equestre meis.

Hoc etiam feci pulchris illustrius ausis,
Et decus extendi Marte togaque meum.
Nam patriam claros repetens per Teutonas bram,
Gessi victrici fortia bella manu.
Et via quas longinqua mihi patefecerat artes,
His patriæ cæpi commodus esse meæ.
Ipsa mihi testis meritorum Dania pugna,
Quam lata profert Jus ditione suam.
Novit & Oceanus mea Balthicus inclyta facta,
Creverit ut fuso sæpe cruore rubens.
Virtutemque meam merito complexa favore,
Quæ mihi natalis Cymbrica terra fuit.
Hanc quoque cum damno mirata bis Hafnia capta:
Principibus sedes Hafnia grata suis.
Cognovitque potens opibusque virisque Lubeca
Eminet Arctoo quæ decus alta solo.
Nec secus hanc cum clade sua Ditmarsia sensit,
Cum subiit justum me duce victa jugum
Et tamen est quod victa mihi quoque debeat ultra
Vita quod est multis voce redempta mea.
Sic operam tribus impendi pro regibus omnem,
Sub gelido regnum qui tenuere polo.
Et charæ vigilans patriæ ducibusque dicavi,
In me quicquid opis consiliique fuit.
Hinc opibus partis, patriæ natale subivit,
His quoque collatis amplificare decus.
Impensisque duas construxi grandibus arces,
Quas soboles æquæ nunc mea sorte tenet.
His precor utantur post sæcula multa nepotes,
Et mea conentur fortia facta sequi.
Hac fragilis vitæ cursum ratione peregi,
Sic obij mortem sustineoque lubens.
Depositum tumba corpus mortale quiescit,
Spiritus in sancta sede perennis agit.

ACTA ET GESTA CELEBERRIMI CONVENTUS ELECTORALIS apud Francofurtum Mœni in Germania Anno

1562 celebrati, ad Cæremoniarum Imperialium cognitionem utilia.

VERA NARRATIO QUO MODO ET FORMA
D. MAXIMILIANUS BOHEMIÆ REX &c.
electus fuerit in Regem Romanorum, apud Franco-
furtum Mœni, Anno Domini 1562, die
24. Novembris.

NARRATIO adeo hujus actus tota manus Electorii Senatus septem nimirum Optimates Imperij matutino satis tempore horam circiter sextam in *Aede Romana*, quæ eadem est Domus Senatoria Francofurtensium, convenientes ibidem ad aliquot horarum spacium (nona ferè præterierat) una morâ traxerunt. Exinde porro omnes ac singuli patricio seu Electorali suo Habitu pro more induiti (habitus autem erat toga talaris cocinea pretiosissimi panni, & ornamentum capitis mitra rubea exquisitissimo pellitij genere subducta, licet ex his Electoribus unus *D. Maximilianus* eo quod regia polleret apud Bohemos dignitate regio quoq; diademate circa tempora cinctus, cætera verò in vestitu par erat) spectabili sanè atque pulchro ordine pariter bini ac bini, & primò adeo Elector *Moguntinus* & Elector *Trevirensis*, postea Elector *Coloniensis*, & Elector *Bohemia*, deinde una serie conjuncti Elect. *Palatinus*, Elect. *Saxonia*, & Elect. *Brandenburgensis* invicem, comitati omnes in equis ad templum, *D. Bartholomæo* sacrum devenere; parique ordine, in chorum ejusdem templi, ad cujus utranque latus sedilia Procerum splendidis admodum ac deauratis aulæis extructa, & decorata erant; ingressi sunt. Regi autem Maximiliano Elector *Saxonia* *Gladium Imperialem* in argentea aurataque vagina reconditum prætulit; interea quoque dum ibi cultus divinus perageretur, gladium illum Imperialem *D. Petrus à Rosenberg*, Coronam autem regiam *D. Schenk à Limpurg*, quoties ea Rex deponeret, ex officio tenuerunt.

Cum igitur, ut dixi, ad Chorum templi devenissent, confedissentque partim Elect. *Moguntinus* & Elect. *Bohemia*, & Elect. *Palatinus* à dextro chori latere, partim verò inter utrumque latus Elect. *Coloniensis*, *Saxonia*, *Brandenburgensis* & *Trevirensis*, tum Episcopus *Wirciburgensis* pontificalia pro more circumdatus, hymnum, *Veni sancte spiritus*, devotè succinuit, quem deinde *Musici Chorus* *Cæsareus* ad finem usque suavi concentu modulatus est; processibus interea ad genua provolutis; Hoc finito *Wirciburgensis* Episcopus publicum Missæ officium de Spiritu sancto juxta *Bulla Aurea* constitutionem inchoavit; Proceribus interim nonnullis

nempe Elect. *Palatino*, *Saxoniae* & *Brandenburgensis*, eò quod communibus huic Ecclesiæ cæremoniis interesse minus soleant, in conclave dextro chori lateri proximum, secedentibus, & ipsos comitantibus *Wilhelmo Comite provinciali Hassia*, *Georgio Comite Palatino* Elect. filio, *Francisco Duce à Lauenburg*, *Anhaltio* cæterisque aliis unà cum consiliariis suis; qui omnes posteaquam Missæ sacrum finitum animadverterent, in chorum regressi suam quisquam pristinam sessionem ceperunt. Finito itaque hoc sacro officio, idem *Wirciburgensis* Episc. hymnum *Veni creator*, canere incipiens reliquam ejus partem musico choro decantandum reliquit. Quo peracto omnes pariter Electores ad summum altare, servato priori ordine, processerunt; juramentum istuc præstituri, cujus hæc erat forma: *Ego N. N. juro & iestor per sacrosanctum Evangelium, cujus scripturam coram me hic presentem intueor, quod per fidem meam quam Deo omnipotenti quamque Sacro Imperio Rom. debeo ex toto cordis mei sensu atque intellectu per divinum adiutorium suffragium daturus & electurus sum in caput seculare totius Christianitatis, inque Regem Romanorum & destinatum Casarem cum quem & ratio mea & intellectus fore ad hoc idoneum ac dignum suaserit ac dictaverit, non alicujus rei conditio, non munera aut primum, non promissio aut quidvis horum aliud, ita me Deus juvet & sanctum ejus Evangelium.*

Primus itaque Elector *Moguntinus* juramentum hoc interpoluit, qui pacem jurationis formulam cæteris deinceps electoribus; nempe *Trevirensi*, *Coloniensi*, *Bohemia*, *Palatino*, *Saxonia* & *Brandenburgensi* proposuit. Ecclesiastici quidem Electores interjurandum dextram in pectore ponere; *Seculares* autem hanc ad librum *Evangelij* applicare visi sunt.

Hoc peracto, reverenter de altari omnes recedentes suum quisque sessionis locum repetière; moxq; iterum sacer hymnus, *Veni Sancte spiritus*, concentu & modo (ut ante retulimus) decantatus est: Proceres rursus genua inflexerunt.

Posthæc igitur in nomine altissimi in Conclave chori (qui locus destinatus erat Electioni) juxta ordinem processionis prius observatum primò *Moguntinus*, deinde *Trevirensis*, *Coloniensis*, *Palatinus* & *Brandenburgensis* ingressi; & ostio post se occluso soli ibidem paulo mitius dimidiæ horæ spatio manserunt.

manferunt. Hoc interjecto mox unusquisque eorum duos ex suis arcanos *Consiliarios* (quos singuli ad id jam antè delegerant) intrò in Conclave accessit jussit, inter quos *Regis Maxi.* duo erant *Consiliarij D. Christophorus à Kitzing* Aulae praefectus, & *D. Leonhardus ab Harnach* Inprimus Cubicularius: omnes verò hi consiliarij, cum vix semihoræ spatio in conclavi fuissent, iterum ex eo digressi, iterumque ostium occlusum, & Electores soli intus ad horam integram commorati sunt. Nec longè post *Cancellarius Moguntinensis*, & unus ex *Secretariis* qui verba vocesque circa suffragia electionis ore tenus prolatas celeri calamo in scripti formula conciperent, coramque recitarent, accessit sunt.

Prædicti quoque *Consiliarij* statim postea in conclave revocati sunt, ut essent quasi testes secretæ Electionis. Quibus admodum citò dimissis, in locum eorum accessit sunt quidam Principes *Wilhelmus Comes provincialis Hassiæ*, *Georg. Comes Palatinus*, *Franciscus Dux Lauenburgensis*, *Joan. Albertus Meckelburg. & Princeps Anhaltis*, quos omnes & singulos Electorum Senatus statim & ipsum *Rom. Imperatorem* ablegavit, ejusque *Cæs. Majest.* rogari jussit, ut quandoquidem in Electione rata ac transacta sint omnia, sua *Majest.* ad se in templum *S. Bartholomæi* ad audiendam votorum & suffragiorum conceptionem venire non graveretur.

Interea inclyti Electores nihilo secius in Conclavi expectantes satagerunt, ut Proclamationis forma de Electo novo Rege *Rom.* legitimo ac unanimi modo conceptis in scripto verbis exprimeretur.

Adveniente igitur *Cæsare*, idque in ipsa meridie pariter omnes Electores decenti ordine è conclavi excedentes ipsius *Maj.* obviam processerunt, quibus cum ille sigillatim venerabilem dextram porrexisset, placidè sacris rebus unà successit. Habebat autem in comitatu suo *Cæsar* inclytos Imperii Proceres, Ducem *Bavariæ*, Ducem *Julie*, Ducem *Wirttembergensem*, Ducem *Meckelburgensem*, Principem *Uranie*, aliosque permultos Principes, Comites ac Heroes.

Rursus igitur in Chorumitur, Elect. *Trevirensis* præeunte solo, posthunc Elect. *Palatino* & *Marchione* simul, deinde proximè præcedente *Cæsarem* Electore *Saxon.* qui & eidem gladium prætulit, *Cæsarem* dein sequentibus à tergo Elect. *Moguntino*, *Bohemix*, & *Colonicis*, atque sic in sacrarium Chori sese receperunt, ubi cum *Cæsar* pontificalia sua, ex auro contextum paludamentum, humeris indutus, & capite *Diadema Cæsareum* gestans, è sacrario rursus in Conclave transiret partipsum ordine Electores in prædictum Conclave deduxerunt, primò præeunte Electore *Trevirensi* solo, quem *Palatinus Ponium Imperiale Auratum*, *Brandenburgensis* verò *Sceptrum Imperij*, & Elector *Saxonix Gladium Imperialem, eumque nudum* ex officio quisque suo *Cæs. Majestati* præferentes sequebantur, mox ipse *Cæsar*, tum post eum Elect. *Moguntinus*, Elect. *Bohemix*, & Elect. *Colonicis*.

Confidentibus ergo ipsis in Conclavi *Cæs. Majestati* per Elect. *Moguntinum* reverenter denunciatum & explicatum est, quod *Maximilianum Bohemiæ Regem* &c. filium suæ *M.* unanimi voto ac suffragio in *Romanorum Regem*, ac deputatum *Cæsarem* delegissent, ideoque eos omnes humiliter orare, ut hoc sua *Majestati* ratum & acceptum habere, & *Regem* hunc *Rom.* recens electum agnoscere ac recipere

clementer dignetur. Quod quidem *Cæsar* summa cum animi voluptate ac gaudio acceptans Electorum placita ac vota singulari gratificatione profecutus est.

Quo peracto Electores iterum è Conclavi in chorum exeuntes & *Cæsareæ Majestati* in dextro chori latere locum eminentiorem designantes inter *Regem Rom.* (quem elegerant) ad summum chori altare honorificè deduxerunt superque ipsum imposuerunt, ipsis interea circumquaq; adstantibus Sedit itaque *Rex* in altari tantisper, donec ad finem usq; decantatum esset gloriosissimū ac solenne canticum *Te Deum laudamus*. Quod sanè canticum tanto communis jubilationis sonitu, clangore ac strepitu hinc humanæ harmoniæ ac musicorum instrumentorum, hinc tubarum, organi, hinc tympanorum aheneorum toti templo insonuit, ut omnem ferè auditum excelluisse visa sint. Nec illa quidem satis erant ad summi jubili ac gaudij testationem nisi etiam totius geminæ urbis *Francofurtensis* mœnia, pomeria, portæ, aggeresque vallati inmensa tormentorum ac bombardarum fragore ac sonitu reboarent, turretsque & templa acri campanarum ingeminatum sonitu contremere. Inter hæc verò jubila (cum longius producerentur) Electores sæculares *Clenodias Imperiales* quas diximus eos *Cæsari* prætulisse, *Palatinus Ponium Imperiale* filio suo, Elect. *Saxon.* *Gladium* Duci *Lauenburgensi*, & Elect. *Brandenburgensis Sceptrum Imperiale* Principi *Anhaltis*, ut hi vicem ipsorum interim sustinerent, donec à summo Altari redissent; tenenda coram *Cæs. Majestate* tradiderunt. Postquam illa itaque tam gloriosa & varij generis Jubilatandem remitterentur, tum facti Electores *Regem Rom.* de summo Altari rursus dimittentes ipsum extra in medio Templi supra solium sublime quoddam contiguum, quod ibi extructum erat, in throno regio constituerunt; feceruntque eum publicè pro conacione totius populi, recitata etiam *Decreti* ipsorum per *Decarum Moguntin.* sententia electum *Regem Rom.* proclamari. Atque his ita omnibus & singulis nō minus solenniter quam feliciter peractis tam *Cæsar* & *Rex*, quam cæteri Electores, Principes, Proceresque omnes ad suum quisque diversorium se conferre cœperunt. Erant autem ante fores ejusdem templi quidam è Senatu *Francofurtensi* constituti Viri spectabiles, qui gestarent cœlum portabile (ut vulgus appellat) ex auro sericoque contextum, ut sub eo *Cæsar* & *Rex* usque ad palatia sua graderentur. Senatus quoque idem tantam platearum longitudinem quanta à templo inde ad palatia usque pertingeret, tabulatis ligneis, eo quod compitaluto & cœno & pluviarum improbo humore erant immunda, sterni curavit. Ejus autem è templo processione hac ferè erat series, primò omnium præcessit ingens Anticorum, Comitum, Heroum Nobiliumque turba; hanc sequebantur tubicines cum tympanis aheneis; primò ij qui erant Elect. *Saxon.* deinde tubicines *Brandenburgens.* postea *Ro. Regis*, extremò tubicines ac tympana *Cæsaris*, qui omnes alternis vicibus ac rem in gemmare sonum sine intermissione intendebant: hos rursus sequebantur alij Principes ac Magnates Imperij post illos *Cæsareæ Majestatis Caducearij* auro sericoque villosi vestiti; tum magnificus ordo Electorum, *Trevirensis* præeunte solo, posthunc Elect. *Palatinus* in dextera

Pomum Imperiale, & Elect. *Brandenburgen*. Sceptum gerentes simul incedebant, deinde Elect. *Saxonia* Gladium gerens, solus post hunc tandem Sac. *Cæsarea* *Majestas* & *Rex Romano*. Aureo uterque Caput Diademate cinctus Paludamentoque Aureo super indutus gradiebantur, horum mox vestigia Elect. *Moguntinus* & Elect. *Coloniensis* premebant, illos rursus ingens, ac longa procerum, Nobilium ac *Guardiæ* & *Satellitij* *Cæsarei* & *Regij* hastata phalanx cum innumera aulicorum populique multitudine sectabantur.

Atque cum hoc modo ad palatium Cæsaris jam

deventum esset, tum Cæsar actis prius gratis Electores à se benigne dimisit, pariterque Rom. Regem, qui & ipse in Palatium suum ad sumenda prandia magno Procerum comitatu stipatus divertit. Et sic quidem fuit primi hujus Actus electorialis finis. Tanta autem fuit Optimatum omnium inter eligendum unanimitas ac concordia, quanta ne à centum quidem annis audita fuisse perhibeatur. Ex quo merito omnes Christiani firmissime sperare debent, Deum tandem res nostras clementius respecturum, concordiam & pacem daturum, & omnia tranquilla ac læta redditurum esse.

ALTERA NARRATIO DE GLORIOSA ET SOLENNI

CORONATIONE ROM. REGIS DIVI MAXIMILIANI

facta eodem loco & anno, die verò ultimo

Novembris.

DOrò interjectis sex diebus & instantibus Calendis Novembris (qui dies Divo Andreae Christi Apostolo sacer est) rursus in templo prædicto convenere primo *Ecclesiastici* Electores nempe *Moguntinus*, *Trevirensis* & *Coloniensis*, atque una cum his *Wirceburgensis* & *Marguardus Spirensis* Antistites, idque mane cum dies satis illuxerat horam paulò post sextam, imminente verò jam septima tum *Bohemia Rex*, & una cum eo *Sæculares* Electores *Palatinus*, *Saxonienis* & *Brandenburgensis* ad Palatium Cæsaris una se contulere. Ipse igitur *Rex* sericam vestem ostro tinctam quæque promissa quidem, sed strictior erat, & aurato texto, cui pretiosissimum pellicum subductum prominebat, pellucidam gestabat, hanc superindutus oblongum indumentum ex auro contextum chlamydis instar, capitis verò pileum cæteris Electoribus conformem: qui iidem omnes & singuli Electorali suo Habitu & *Clenodiis* Imperialibus in dextris, ut supra relatam est, conspicui Cæsaream & Regiam Majest. quorum uterque sub Tegmine portatili aurato incedebat *Cælum* id vocant, (cujus tergeminum axem humeris sustinebant *Selecti* è *Senatu* *Francofürten*. *Viri D. Christopherus Keller*, *Carolus Kuhn*, *Ambo* scabini & *Anton. lungius*, *Carolus à Glanbach*, *Instantius ab Holzhausen*, & *Daniel Hengsbürgerus* quatuor Senatorij Ordinis *Viri*) à latere quidem dextro Elect. *Palatinus*, à sinistro autem Elect. *Brandenburgen*. Electore *Saxon*. inter utrunque gradiente, à palatio Cæsareo ad templum usque prædictum *S. Bartholomæi* comitatu sunt. Eò postquam deventum, atque id *Ecclesiasticis* Electoribus, qui in sacratio chori interim sua quisque Pontificaliâ induerant, denunciatum esset, protinus hi quidem obviam Cæsareæ & Reg. Majest. in medium chori progressi sunt primo ad eò Elect. *Moguntinus* præcedens tum Clero suo, ex hoc alio *Crucem argenteam oblongam*, alio pedum *Episcopale*, alio *Baculum argenteum*, in quo *stilla Archicancellariorum Imperij* affixa pendebant, gestantibus, Majestatem ipsius venerabundus excepit: ad Regis verò utrunque latius duo Episcopi supra dicti *Wirceburgen.* & *Spirensis* (eo quo reliqui duo Electores Archie-

pisc. nondum essent consecrati) se applicantes ipsum medium reverenter amplexi sunt, hos verò tres *Sæculares* Elect. cum *Clenodiis* suis, mox Cæsar ipse, & à tergo ejus *Baro* quidam *Schenckius à Limburgk*. *Chlamydem* Cæsaris portans, post hunc duo reliqui Electores *Ecclesiastici*: *Trevirensis* & *Coloniensis* sequebantur. Cæsare itaque primum in Choro sessionis locum à dextris capiente, tres Electores *sæculares* unus Pomum Aureum, alter Sceptum, tertius Gladium tenendo coram ejus Majestate stantes paululum ministrarunt, quibus ille mox innuit ut & ipsi pone dextro latere considerent, iussitque, ut ipsorum officarij substituti inter invicem eorum gererent: reliquis quoque Principibus *Duci Bavaria*, *Duci Italia*, *Magistro ordinis Germanici*, *Wolffango* & *Georgio Ducibus*: *Palatinis*, *Duci Meckelburgensi* aliisque ex opposito sibi sedilia dari mandavit: præterea alios Duces & principes, nempe *Wirtembergensem*, *Ducem Lotharingensem*, duos *Landgravios*, *Ducem Lauenburgensem*, *Ducem de Arschot* *Principem Urania*, & *Principem Anhaltia* & reliquos, ubicunque vellent, consistere permisit. *Legati* quoque *Pontificij* non longo inde intervallo à conspectu ipsius sicut & reliqui Electorum summi *Consiliarij* a sidebant. *Rex* interim in medio templi apud altare donec Cæsar cum toto *Senatu* *Principum* consedisset expectavit, cumque apud altare flexis genibus orasset precesque finisset ad Sellam sibi destinatam inque Cæsaris conspectu positam auratis stratis tapetibusque altis decoratam à duobus Episcopis *Wirceburgensi* & *Spirensi* ducitur, reliquis quoque Electoribus *Ecclesiasticis* una cum his suam quisque sedem nempe *Trevirensi* & *Wirceburgensi* à dextro regis latere, *Coloniensi* verò & *Spirensi* à sinistro occupantibus. Mox igitur Elector *Moguntinus*, qui *Consecrator* erat, sacrum officium *Missa* inchoans, pro more confessionem præfatus est. Hæc cum incipitur tum Elect. *Palatinus* è choro in conclave se subduxit, licet reliqui duo Elect. *Saxon.* & *Brandenburgensis* sub sacro illo persisterent, donec cantaretur *Alleluja*. *Rex* itaque mox à duobus illis Episcopis *Wirceburgen.* & *Spirensi* ad summum Altare deducitur, uti ipsum genua provolutum Elect. *Moguntinus*, tanquam *Consecrator*, his fere verbis interrogat, nempe *an fidem Catholicam servare, Ecclesiam Christi defender.*

defendere, justiciam administrare, Imperium Roma-
 augere & amplificare, viduas & orphanos omnesque
 pauperes suscipere, & Pontifici Romano debitum honorem
 distribuere velit? Ad quæ omnia cum Rex se prom-
 ptum & paratum fore affirmando respondisset, Ele-
 ctor Moguntinus manum super Caput ejus imponens
 oravit, finitisque precibus Regem sacro Charis-
 mate inungere cœpit, & primò in summo Capitis
 vertice, deinde in pectore, postea in Scapulis seu Hu-
 meris, cum in Dextro Brachio inque Dextera Manus
 Palma inunctum duo Episcopi supra dicti in Concla-
 ve chori, ut ibi oleum Charismatis aqua ablueret,
 deduxerunt. Quod cum esset ablutum Regem alio
 vestitu nempe Diaconali, quem amictum quondam
 Imperator Carolus Magnus gestaverat, indutum
 rursus è Conclavi ad summum Altare reducunt, cui
 tum Consecrator Moguntinus Gladium nudum in
 manum dedit simulque monuit & hortatus est, ut
 totam Imperij Rom. rem pub. fideliter protegere, omnia-
 que qua ad ejus salutem ac conservationem concerne-
 rent, pro viribus suis persequi velit. Gladium igitur
 illum in vaginam Elect. Sax. recondidit ac Regis la-
 teri circumdedit. Mox Consecrator Dextro Regis
 Digito prætiiosissimum Annulum aptavit, corpori
 Chlamydem ex auro rigidam induit, Sinistræ Manui
 Chrysolitum sive Pomum aureum Imperiale, Dex-
 træ verò Sceptrum Regium, & Capiti Coronam aure-
 am (quæ Clenodiæ fuere Caroli Magni) imposuit:
 Coronam autem, cum Regi imponeretur, tres Ele-
 ctōres Ecclesiastici simul attigerunt Regemque reli-
 giosè initiarunt. Sic itaque Coronatum Elect. Mo-
 guntinus iterum per juramentum in sancta Evan-
 gelia officij ac promissi facti admonet, simulque in-
 jungit, quatenus omnia quæcunque Christianum
 Regem facere decet, & fas est pro animi sui viribus
 servare ac præstare studeat. Posthæc igitur Regem
 jam solenniter & gloriosè coronatum ducunt in su-
 blimem quandam structuram asseribus contignatam
 cujus omnia auratis segmentatisque stratis panno-
 que viridi circumquaque erant tecta: super hæc au-
 tem erat Sella seu Thronus Regius in forma Regii il-
 lius solij quo Carolum Magnum usum fuisse perhi-
 bent, miro splendore apparatus, in hoc Throno seu
 Solio collocatum, & sedentem ipsum Regem posses-
 sione ac residentia Romani Imperij publice in con-
 spectu omnium inaugurarunt. Tum Elect. Mo-
 guntinus Regi Romanorum regno recens initiato
 de summi honoris istius accessione suo & aliorum
 Confratrum suorum nomine honorificè gratulatus
 & bene precatus est, seque & omnes alios status Im-
 perij gratiæ ac tutelæ ipsius humiliter commenda-
 vit.

Mox igitur rursus magno cum Jubilo ac gaudio
 totus Chorus musicus gloriosè, Te Deū laudamus de-
 cantare, tubæque & organa ac tympana toti templo
 insonare cœperunt. Interea à novo Rege corona-
 te Heroici Equites deauratis armis decorati & insi-
 gniti sunt quidam Principes, Barones ac Nobiles,
 nempe duo Comites Palatini, duo Landgravi, Dux
 Eberhardus Wirtenbergen. Joan. Albertus Dux
 Meckelburg. Dux Carolus à Münsterberg. Christofe-
 rus à Carlevis, Erasmus Magro. Ioan. Phrysinger &c.
 Quibus solenniter peractis Rex iterum è sublimi
 illa structura descendens in chorum rediit
 ac Sellam suam pristinam repetiit, intendens cultui

divino, cujus Sacra Elector Moguntinus peragebat:
 cumque sub Offertorio sacræ Missæ Rex patenam
 apud altare deolculatus esset, obtulit sacrificanti E-
 lectori Moguntino super Altare magnum Aureo-
 rum numerum, moxque rursus in solio suo recu-
 bans, librum quoque Evangelij, cum finita esset ejus
 lectio, osculo veneratus est. Porro inter hæc duo
 Canonici Aquenses in medium coram Rege prodie-
 runt, qui conceptis verbis & juramento præmissio
 Majestatem ipsius veteris statuti ac consuetudinis
 admonuerunt, asserentes unumquemque Regem Ro-
 manorum noviter Electum ac Coronatum in nume-
 rum collegarum seu Canonicorum Aquensium recipi
 solere. Hæc autem cum omnia & singula ita gere-
 rentur, & ad finem properarent, tum Serenissima Re-
 gina D. Maximiliani Conjunx, quæ toto hujus actio-
 nis tempore unà cum multis illustribus Matronis &
 Ducibus ut Lotharinga ejusque filia, & item Electo-
 ris Saxo. Conjuge, atque Bavaria Ducissa, ac plerisque
 aliis in loco sublimi consistens singulas hæc cære-
 monias spectaverat, tandem surgens se è templo in Ele-
 ctoris Sax. Conjugis diversorium ad sumendum ibi
 prandium cum toto prædicto nobilissimarum du-
 cum comitatu recepit: ubi etiam totius Electorij
 Senatus amplissimam è Templo processionem è fe-
 nestra spectavit. Finito itaque (ut ad incepta re-
 deam) demum hoc summæ Missæ Sacro Electores
 Ecclesiastici in chori sacrarium secedentes pontifi-
 cales sacras vestes rursus deposuere, habitum ordinis
 Elect. induerunt, tum Cæsar (qui toti huic sacro Of-
 ficio & Coronationis actui in solio Cæsareo residens
 interfuit) cum illa aspersa esset Aqua Benedicta è
 Sella surrexit, exitumque è templo parat. Diver-
 tunt itaque unà omnes ad Curiam Senatoriam ubi
 Cæsareum seu Imperiale Convivium in cœnaculo
 apparatus erat, præcedente primò Electore Trevi-
 rensi solo, & post ipsum sequentibus in una serie
 Palatino cum Pomo Aureo, Saxone cum Gladio nu-
 do & Brandenburgensi cum Sceptro Imperiali, mox
 Cæsar ipse & ad passum unum juxta à sinistro latere
 Rex Rom. sub tecto aureo incedebant, horum tergo
 imminentibus Elect. Moguntino & Colonienfi. Inter-
 eundem verò Rex Rom. per duos Equestres Hastarios
 magnam vim Aureorum & Argenteorum in medi-
 um populi, cujus tamen major pars ob custodiam
 Regis & turbas cavendas armis induta erat, spargere
 & hastæ subicere curavit. Fit igitur mira hinc in-
 de concursio, mira direptio, quassatio & percussio,
 ita ut quidam è vulgo ob violentam concussionem
 vix mortis periculum evaserint. Cæsar itaque &
 Rege cum toto Procerum comitatu ad curiam veni-
 entibus & aulam sive cœnaculum ascendentibus
 mox iterum omnes tubæ, tympana ac bombardæ im-
 menso sonitu gaudij lætitiæque signa dare cœpe-
 runt.

SEQUITUR CONVIVII Cæsarei descriptio.

ERANT igitur in Aula Cœnaculi illius omnia
 magnifico planè apparatu instructa, mensa que
 distincto ordine adornatæ, ita ut ea Mensa
 quæ Cæsari & Regi una ponebatur, cæteris aliis se-
 ptem graduum altitudine emineret. Huic igitur
 cum

cum tandem *Cæsar & Rex* accumbere vellent, tum *Electoꝝ Brandenburgensis* ex solenni ordinis sui seu *Electurae Brandenburgensis* officio (à quo *Sacri Imperij Archicamerarius* appellatur) mox è cœnaculo illo per gradus descendens & equo insiliens ad Tripodem qui sub dîo & propè Coquinam Cæsaream positus erat, festinat inque eo *Mallivum* seu *Pollubrum deauratum* aqua repletum & mundissimam *Mappulam* invenit, quæ secum in equo ad cœnaculum tulit, cumque equo descendisset, eumque equum *Comiti à Zollerens* (eò quòd is esset *Sacri Imperij Vicecamerarius*) in manus tanquam ex officij iure ad ipsum pertinentem proprium tradidisset ipse pedes per gradus cœnaculi ascendens tubis tympanisque hinc inde sonantibus eadem ad lavandas manus *Cæsari ac Regi* subministravit, moxque pelvim illam una cum mappula prædicto *Comiti à Zollerens*, cui prius & equum, ut ea retineret, tradidit.

Post hæc descendit è cœnaculo *Electoꝝ Saxonie* volens & ipse officij sui, quod sibi ratione Ordinis Imperij incumberebat, satagere, similiter Equum satis splendide ornatum ascendit, rectaque tendens ad eundem ferè locum in effusa *Avenæ* ingentem acervum cum equo infertur, ac illo descendens sumpsit in manum Modiolum argenteum deauratum, quem *Avenæ* mensura ad summum usque replevit concussitque: hunc mox ad distribuendum reliquum *Avenæ* tradidit *Comiti à Pappenheim*, eo quòd is esset *Rom. Imperij Vicecomes*: ipse interim in equo ad cœnaculum rediens, Modiolum argenteum & ipsum quadrupedem, cui infederat, jam dicto *Comiti* pro officij iure servandum reliquit.

Deinde è cœnaculo descendit quoque *Elect. Palatinus* ad obeundas officij sui, quod in Imperio gerit, partes (unde *Archidapiferum* seu *Discopherum* Imperij eum appellant) qui cum & ipse in phalerato equo ad coquinam Cæsaream venisset, ac tria *Fercula* seu *Catinos* deauratos cibo repletos in Tripode positos invenisset, eos utraque manu assumptos ad cœnaculum portat, præcedit ipsum *Elect. Saxonie* cum nigro *Bacillo* tanquam *Architriclinus* seu *aulæ Cæs. Marschalcus*: cum itaque *Palatinus* ad cœnaculum veniens equo descendisset tradidissetque hunc pro inore officij *Comiti à Seldenek* (qui est *Ro. Imperij Vicecapifer*) ipse fercula illa præcedente eum *Elect. Saxonie* cum *Bacillo* (ut dixi) *Mensæ Cæsaris* apposuit: *Catinos* verò illos postea idem Comes reservavit. Porro unus ex *Baronibus à Limpurg* *Archiepiscopus* *Ro. Imperij* (quod officium est *Elect. Bohemie*) vicem gerens *vasa potoria aurea argenteaque* procurans *Cæsari* Regique pocula ministravit: quæ & ipsa postea idem sibi de iure vendicavit. Erat quoque proximè *Coquinam Cæsaris Fons vinaris* artificiosè in publico apparatus, è cuius canalibus seu fistulis merum vinum satis largè promanebat, quibus tuncque ex eo quantum satis erat haurientibus. Atque cum sic *Elect. Sæculares* suo quisque officio, quòd *Ro. Imp.* debebant, perfuncti essent ac *Mensæ Negociâ* curassent, tum postulante id ordine *Electoꝝ Moguntinus* cum cæteris duobus *Ecclesiasticis* *Electoꝝ*, ad mensam *Cæsaris* cominus accedens gerensque in dextera ex argenteo *Baculum* oblongum eumque *Argentis* *marcarum* duodecim pondere *grævem*, cui tria sigilla *Electoꝝ* *Archicamerarii*

cancellariorum affixa erant, atque facta honorifica inclinatione officij, obsequijs & *Juribus* suis præmissis se suosque *Confratres Electores Eccles.* & officia ipsorum novo *Rege Rom.* humiliter commendavit, & ei omnem felicitatem ac *faustam Reip.* & *Sacri Romani Imperij* administrationem & gubernationem exoptans, ac votis omnibus prosequens, mox propius ad ipsum accessit, & sigilla illa sua *Majestati* obtulit. Sed ea *Rex* reservare nolens eidem *Electoꝝ Moguntino* ad collum, torquis instar, circumdedit: simulque disertè profatus est, se non solum *Ecclesias & iura ipsorum* pro viribus suis salva ac illa cupere semper, sed etiam se omnibus ac singulis ipsis, sicut & cæteris *Sacri Rom. Imperij* statibus, donec viveret, benignum, propensum atque amicum animum illaturum esse. Cum itaque sex *Electores* munia sua Imperialia sic coram novo Rege executi essent, substitutis interim ac ordinatis suo loco & nomine duodecim in *clivis* *Comitibus*, qui deinceps inter prandendum *Cæsares* ac *Regiæ* mensæ interservirent, ipsi tandem mox singuli singulis mensis eodem in cœnaculo positus ad sumendum cibum accubere: harum autem mensarum hic erat ordo: primo *Mensæ Elect. Moguntinæ* in dextero post *Cæsarem* latere, à sinistro autè *Elect. Colonienfis*, & inter utrumque latus ex opposito *Cæs. Majest. Elect. Trevirensis* *Mensa* erat adornata: porro in dextero latere post *Moguntinum* accubitum sortiebatur *Elect. Palatinus*, & à sinistra ejus loci parte post *Colonienf. mensæ* separatim positæ erant una *Elect. Saxonie* & altera *Elect. Brandenburgensis*. Hoc igitur ordine confidentibus illis ac prandentibus omnia quidem splendide lauteque apparatus fuere, & suis cuique mensæ illorum adjunctis *Abax*, quòd super imponebantur aurea vasa, *Cyathi* lanceæque, & id genus similia ex argenteo *Penario* seu *Camera Cæsaris* deprompta: cæteratim adstantibus hinc inde ac ministrantibus cuique ipsorum suis nobilibus *pollatoribus* *Dapiferis* & *Bacillonibus*.

Præter has *Electoꝝ* *Mensas* fuere & aliæ duæ hæud longè inde à conspectu *Cæsaris* strætæ, quarum priori assederunt *Wirceburchensis* & *Spirensis* *Antistites* una cum *Duce Bavarie* & *Duce filia*: alteri *Mensæ* accubentibus *Duce Lotharingia*, *Duce de Arschor*, *Principe Orantæ* & aliis plerisque quos omnes & singulos *Cæsar & Rex* ad hoc solenne prandium invitarent. Rursus adhuc quatuor aliæ mensæ non minus magnificè quam opiparè instructæ erant in proximo ejus loci *Conclavi*, quas occuparunt *Legati Civitatum Imperialium*, ut *Colonienfium*, *Nürnbergensium*, *Francofurtenfium*, & aliorum, qui iidem cum profus pariter & equali modo, sicut *Principes Electores*, tractarentur & exciperentur læti profus ac hilares, cum cæteris ibidem præsentibus frontem explicerunt.

Postquam tandem epulis exempta fames fuerat, remotisque mensis omnes surrexerant, tum *Sex Electores* ad summam *Mensam Cæsaris* Regisque quasi uterque cominunem habebat accedentes sui quisque officij Imperialis munia (quæ quidem interim *Officiariis* seu *Vicariis* suis commiserant) repetierunt paululumque ministrarunt. Mox verò & *Cæsar & Rex* à *Mensa* digressi inde ad *Spectaculum*, quòd publicè præbebatur è sublimi loco videndam processerunt. Erat autem *Bois* *speculatae* magnitudinis

tudinis totus & integer ad ignem tostus & assatus, atque varij generis animalibus intus repletus & foris adipatus: Hunc vulgus seu fex hominum dispartivit, dilaniavit frustillatimque divisit. Quo spectaculo finito *Cæsar & Rex* è cœnaculo Domus Senatoriæ cum toto Electorum aliorumque Principum Senatu Nobiliumque comitatu pari ordine ac forma, in qua è templo eos exivisse diximus ad Palatium suum divertere cœpit tubis tympanisque

omnibus certatim insonantibus: eò cum devenisset totum illum Sacrum Electorialem Senatuum Pontificalibus adhuc indumentis (quibus & interprandendum usi sunt) decoratum sereno vultu junctis dextris honorificè placideque à se dimisit. Et hic quidem fuit solennis ac gloriosæ hujus coronationis felicissimus exitus. Deo Regi Regum, & Domino dominantium, sit soli gloria, laus & honor in perpetuum, Amen.

DE
ELECTIONE ET IN-
AUGURATIONE
MAXIMILIANI AUSTRII II.
Rom. Regis, Francofurti ad Mœnnm,
Anno 1562.

HISTORIA PER ADAMUM & NICOLAUM
HEYDENOS Fratres, Gemellos,
descripta.

Reverendissimo Amplissimoque Principi ac Prasuli
DN. JOANNI à LEYHÈN, Archiepiscopo Treverensi, & Electori, Sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum Archelatense Cancellario, *Domino nostro Colendissimo atque Observandissimo.*



UUM non sine multa diligentia homines studiosi, qui nos nostraque præcesserunt tempora, suam posteritatem insigni amore & benevolentia prosecuti, non tantum memorabiles Romani Imperij vicissitudines, aut Romanorum Imperatorum successiones, sed etiam ritus præcipuos actusque illustriores, novo aliquo Rego atque Imperatore designato, habitos atque celebratos scripto comprehenderint, *Illustrissime & Reverendissime in Christo Prasul*, sanè quàm optimis quamque honestissimis eorum exemplis nos juniores quoque insilire cumprimis decet. Itaque nuper nobis Francofurtum profectis, ac inibi acturibusque per quam memorabilibus, quibus vos Romani nostri Imperij Electores & Principes in eligendo inaugurandoque Romanorum Rege MAXIMILIANO Austrii II. utebamini, partim visis partimque aliorum indicio exploratis, ut eos ex Germanico edito scripto Latine succisvis operis redderemus, cuncta honestissimis, quæ diximus, majorum exemplis, tum singulari ad hoc studij genus amore incitati sumus: Verum enimverò etsi id nostrum scriptum primo quidem intuitu minimè dignum, quod sub diu raperetur judicarem, & quia rudi, ut ajunt Minerva, magis compactum quàm fabrefactum esset, & quòd alios hanc ipsam materiam dignioribus illustraturos verbis confideremus, secius tamen à quibusdam nostrorum amiculorum admoniti, Typographo quoque importunis identidem sollicitante precibus, suppressere, nisi

difficiles & morosi omnino perhiberi vellemus, diutius nequivimus. Quale verò quale est, sub bono R. T. A. auspicio emittere ausi sumus tribus potissimum causis adducti: *Prima* est, quòd existimavimus nos nostrorum studiorum fortunam nulli relictis consecrare posse, quam ei Principi, qui & rerum gestarum magna pars fuit, & nostra patriæ æquabilis, Deo secundo, præsidet moderatione. *Alter* aut vel hujusmodi munusculo pro innumeris beneficiis, quibus R. T. A. sibi nos nostrosque felicis memoriæ parentes in perpetuum devinctos tenet, gratum declarem animum. *Ultima*, ut si hinc R. T. A. gustum aliquem percipere vellet, quos in Latina progressus fecerimus lingua, ejusdem R. T. A. judicio cœptum Juris studium vel continuarem, vel prorsus intermitteremus. Continuare verò etiam si R. T. A. suadeat, nosque summe cupiamus, difficulter, hoc difficillimo præsertim tempore, poterimus, sine R. T. A. similiumque Mœcenatum liberali subsidio. Si vero sint Mœcenates non solum Marones non deerunt, sed nec alij qui sua studia eò cupidè relaturi sint omnia, ut vel Ecclesiasticæ vel Politicæ Reipublicæ ornamento atque utilitati esse queant. R. T. A. divinus favor diu servet incolumem, cui nos totos communisque patriæ salutem ita commendamus, ut majore observantia magisve ex animo commendare nequeamus. Data Heidelbergæ 18. Martij, Anno 1661.

R. T. A.

addiditissimi clientes,

*Adamus & Nicolaus Heydeni,
Fratres, Gemelli.*

MAXI-

MAXIMILIANI AUSTRIACII. in Romanorum Regem Electio à Germanico

Latine reddita per *Nicolaum Heydenum Eyslan-*
drum Dumensem.



Um præter Cæsarem ; aliosque complures Romani Imperij Principes & Dominos, etiam Septemviri (qui allas Electores dicuntur) Francofurti, quod est ad Mœnum flumen oppidum; mense Novembri, Anno 1562. cum aliis Reipublicæ de causis, tum vel maxime, ut Romanus aliquis Rex, qui secundum Cæsarem velut alterum Imperij Caput esset, deligeretur, convenissent: Ad vigesimum quartum ejusdem mensis diem, hora ante meridiana sexta; Curiam Romana dictam, ingressi; ibi ad horam nonam remanserunt. Deinde *trabeati* simul, Rege velò Bohemiæ auream in capite coronam gestante; ad D. Bartholomæi Equites sese conferunt. Eo ordine, ut Moguntinum & Trevericum, Rex & Colonienfis; hos verò Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus simul insequerentur. Horum singulis singuli Marescalli, equis quoque insidentes; districtos præterebant gladios. Ut autem hoc quod dixi ordine, in Fani Chorum, aureis hinc atque hinc exornatum spariis perventum est; singulique suas ceperunt itationes. *Wirzeburgicus* Insignis Pontificalibus, uti vocant, indutus; clara voce sacram illam, qua divini Spiritus imploratur adventus, Canticenam auspicatur; eamque tum Cæsariani Regiique Symphoniaci absolverunt, Electoribus interim positus genibus, pro felici consiliorum augurio; summissa voce supplicantes. Postea *Wirzeburgicus* Liturgiam de Sancto Spiritu, ex *Aurca Bullæ* præscripto (sic enim Carolinam Imperij Constitutionem nominant) peragere cepit. Tunc *Palatinus*, *Saxo*, *Brandeburgicus*, ex Choro in proximum Conclave discedunt, inibi donec Liturgia ad ordinem deducta esset permanentes: Insequentibus eos *Guilhelmo Landgravio Juniore*, *Georgio Palatino*, *Francisco Lanenburgico*, *Anhaltio*, aliisque compluribus, una cum suis Consiliariis, Principibus atque Ducibus. Finis igitur Liturgia, cunctisque his ad suas denud sessionis reversis; O de illa: *Veni creator Spiritus*, cantatur. Tum *Septemviri* ad summum Altare simul procedentes; ibique *librum sacram*, ut appellant, manibus contingentes; verbis conceptis per eam, qua Deo sint & Imperio devincti, hinc, religiose jurant, *se creaturos esse Reipublicam Christianam novum atque summum a Cæsare Magistratum; id est, Romanum Regem, quem eo munere dignum & imprimis idoneum ac salutarem esse censerent, quantum quidem iudicio possint ac ingenio consequi, nullo neque pacto, neque largitione, neque mercede, neque pollicitatione, interveniente.* Post reperta jam tertio æterni Spiritus invocatione à Cantoribus, Electores intetius Conclave; ubi antiquitus Electio fieri consueverat, ingrediuntur, illic soli occlusi tum aliis Imperij de rebus deliberantes, tum nominatim de aliquo in Regem adaptando suffragia incuntes:

Post elapsum autem selqui horæ spacium, *Moguntini Cancellarius*, unaque cum eo quidam *Secretarius* intro accersuntur; concepta Septemvirorum suffragia excepturi, nec non à *Singulorum Septemvirum Consiliariis binis*, quibus quasi religiosis testibus præsentibus, legitima fieret suffragiorum pronuntiatio. Sub hæc *Moguntinus* à reliquis Septemvirorum interrogatus; quemnam ipse eligat Romanorum Regem, deinceps in Cæsarem promovendum? Respondit: *Se eligere Maximilianam Bohemia Regem.* Tum hos vicissim Moguntinus singillatim rogat. Atque ita *una omnium voce Rex renunciatur Maximilianus.* Hoc facto; *Guilhelmus Landgravius Georgius Palatinus Germanus*, *Franciscus Lanenburgicus*, *Meckelbergicus* & *Anhaltius* ab Electoribus à Choro; ubi adhuc subsisterant, accersiti, ad Cæsarem amandantur; ei ipsorum in Electione consensionem denunciaturi; eumque ut ad ipsos in D. Bartholomæi Aedem venire; dataque audire suffragia dignetur, oraturi. Inter ea Electores eodem quo fuerant coacti loco, renunciationem Regis describendam; inque literas sua relata suffragia, propriis singuli signis obsignanda curant. Porro *Cæsare* circiter horam diei duodecimam adventante, ei Electores pariter ex Choro in medium usque Fanum obviam prodeunt, quos ille comiter salutato, benigne ex ordine appellat: comitatus *Bavaro*, *Luliacensi*, *Wirtembergico*, *Turanensi*, & aliis præterea permultis Principibus, Comitibus atque Dominis. Mox una in Sacrum proceditur, ibique Cæsate Pontificalibus induto insignis; & Capiti Imperiali imposta cotona, simul sese in Conclave recipiunt. Hic *Moguntinus* & suo; & collegarum nomine; Cæsari quem admodum *summa concordia consentientibusque omnimodo suffragiis, Regem Bohemia; ipsius dilectum Filium Regem Romanorum* renunciare exorsus: ac ut *Cæsar* hanc Electionem suo assensu approbare; novumque Magistratum pro Romano Rege; & à se secundum deinceps agnoscere minime graveetur, demisse orare. Hæc referenti Cæsar cum plausu annuens, *Electores summa agit gratias, & quod optime de Republica sentiant, & sua progeniei non minimam rationem habuisse respicienda deprehenduntur.* Post hæc progredientes, Cæsar in suam à dextra Chori parte sedem sese contulit: Electores verò electum à se novum Regem acceptum Altare: ex more veteri impoluerunt. Tum Symphoniaci & Organistæ alternis vicibus hanc D. Augustini & Ambrosij Oden: *Te Deum laudamus* &c. recinunt; quibus Tubicines succinentes Tarantularum clangore totum templum personant, Campanarum quoque pulsus haud mediocrem edit sonitum; nec non majora in vallibus, muris ac turribus emissa tormenta, tantum efficiunt fragorem; ut ipsum cælum tonare videretur.

Tandem hujusmodi absoluta latitæ significatione, Rex de Altari ex Choro ineditum quoddam tabulatum, variis instructum aulis, deductus, ibidem Regali imponitur Solio. Tum à *Moguntinensis Collegij Decano* suffragiorum Decreto recitato, *quidam pro concione, quod tanta consensione Electio esset facta, Deo maximas agendas gratias oratione docere, & ut cuncti novo Regi fidem omnem officiumque præstent, exhortari: Ac in ipsius laudationem digressus, quomobrem ex omnibus solum creandum Septemviris visum esset, demonstrare.* Hanc orationem auditurum atque ordinum applausus & admurmuratio subsecuta est. Posthæc Cæsar solenni pompa, in ligneo strato, à *Senatu Francofurtensi* ob platearum immundiciam apparato, domum deducitur. Præstant *Aulici, Nobiles, Consiliarij, Comitès* frequenti numero. Insequantur *Saxones, Brandeburgici, Regis, atque Cæsaris* Tubicines & Tympanistæ; ex ordine per vices tubis æreisque tympanis clangentes. Tum Imperij *Duces atque Principes* per multi. Post eos *quatuor Pracones, Heroldij* dicti, Cæsarianis Aquilis

triumphalibusque insigniis conspicui. Deinde *Trevericus* solus. Ab eo *Palatinus* aureum Malum ferens, figuram orbis terrarum. Juxta *Palatinum Brandeburgicus* cum Regio Sceptro. Ponè hos *Saxo*, strictum prægestans Cæsari gladium. *Cæsar* aureo insigni pallio, Imperialique diademate ornatus, sub aureo quadrato velo, à sex Senatoriis Francofurtensibus *Viris, Christophoro Keller, Carolo Kühorn Antonio zum Jungen, Carolo à Gläuburg, Justiniano ab Holzhausen, & Daniele ab Hinsberg,* in argenteis gestato fustibus, incedebat. Parum post, neque ita longo intervallo, & quasi iuxta Cæsarem, electus in regio ornatu *Romanorum Rex.* Post eum *Moguntinus & Coloniensis* simul. Pompam clauderant *Centuriones & Tribuni,* hastati cum suis cohortibus, reliquisque & Cæsaris & Regis & Principum stipatoribus & ministris. Ab utraque verò strati parte Civès armati, qui viam facerent, turbamque submoverent, astabant. Atque ita deducto in suam aulam Cæsare; Rex cæterique Principes singuli domum divertunt.

MAXIMILIANI AUSTRIACI, II. In Regem Romanorum Inauguratio, ex Germanico latine reddita, per *Adamum Heydenum Eyslandrum Dünensem.*

Quamquam in Veteri sit more positum, Ut Rex Romanorum Francofurti creatus, inde in faxeam sub dio Regiam sedem, crebras inter nubes in amœnissimo Rheni littore, supra Confluentiam ad Rensium oppidulum positam deducatur, & ibi Electoribus omnia privilegia ac quicquid ad ipsorum dignitatem, decus, libertatem & immunitatem, spectat confirmet, postea apud *Aquisgranenses* Belgia Incolas, ex Aurea, ut vocant, Bullæ decreto inauguraretur: Attamen cum aliis gravissimis de causis; tum ingruentis hyemis incommoditate obtante, denique ut etiam immensis in totius Republicæ commodum parceretur sumptibus, utrumque tam Cæsari & Electoribus, quam *Aquisgranensibus*, Francofurti ultima die Novembris, hoc est, ipsis *Andræ* feriis fieri placuit. Ea igitur die illucescente, Archiepiscopi *Moguntinus, Trevericus, Coloniensis* unà cum ministris *Wirzburgo* atque *Spirensi* Episcopis; hora imminente septima, eodem *D. Bartholomæi* ingressi, in sacrarium, ut ibi Pontificalibus se induant ornamentis, divertunt. Rex verò *Bohemia*, Electoresque reliqui, *Palatinus, Saxo, Brandeburgicus,* in Cæsarea conveniunt aula. Hi septima audita unà cum Cæsare Templum petunt ligneo strato, eo fere ordine, quo in Electione processum est, servato: Electoribus trabeis ornatis, Cæsare autem Archiducali veste, & Rege aureo amiculo insignitis. Eos Fanum ingressos, Archiepiscopi comiter honorificeque in ipso Chori limine excipiunt, ex quibus *Moguntino*, quod esset sacrificaturus, quidam *Canonicus Argenteam Crucem*, alius quidam *Baculum* Episcopalem, alius item ordinis *Equæstris Imperij sigilla* ex argenteo Bacillo pendentia ferebat, Cæsar in suam à dextera

Chori parte sessionem deductus, Electores Politicos juxta ipsum insigniis Imperialibus aliquantisper assistentes, infra sese loca singulis præfinita capere jubet. Reliquis *Viris Principibus, Teutonicæ familiæ Magistro, Georgio & Wolffango Palatinis, Bavaro, Juliacensi, ac Meckelburgensi,* loco ex adverso sedendi dato. Intermedia scamna à *Wirtembergicis*, duobus junioribus *Palatinis & Landgravij,* Item *Lauenburgico, Anhaltio, Uranensi, Arschoro & Lotharingio* occupantur: Pontificio Legato, scorsim eodem in tabulato, quo & Cæsar, cæterique Electores residebant, edita sessione consignata. In alterum stratum quod supererat, reliqui *Legati* item *Barones, Comitès,* Principum *Consiliarij* ac *Nobiles* spectatum admissi, promiscue sese conferunt. In medio penè fani sub Chori introite stat *Ara Sanctæ Crucis* sacra, hic Rex ad genua aliquando provolvitur, interea dum *Moguntinus pro ipso Deum implorat, qui ei suo opituletur favore, eumque ab omnibus adversitatibus ita vindicet quò tanto rectius communi Republicæ præesse atque prodesse valeat.* Deinde *Trevericus & Coloniensis* allevatum in Solium auratum è regione Altaris compositum deducunt sessum, ibi ei *Treverico* cum *Wirzburgo* dextra, *Coloniensi & Spirensi* leva in subselliis ex ordine juxta præparatis, assistentibus. *Moguntinus* Pontificalibus amictus, ubi facere Sacra cœpit, *Palatinus* omnium primus, post illum etiam *Saxo & Brandeburgicus* in Conclave simul secedunt. At *Moguntino* in Sacris peragendis aliquo usque progressu, Rex, *Treverico* atque *Coloniensi* utrinque stipatus, vestemque trabeam indurus, procedit ad aram, illic à *Moguntino*, Episcopalem manu tenente bacillum,

bacillum, hac vel simili formula, verbis latinis concepta, rogatus: *An fidem Catholicam servare, Ecclesiam defendere, iustitiam administrare, Imperium augere ac protegere, viduas, pupillos, & id genus calamitosos miseriaque obnoxios homines iuri: denique aequaliter iudicare, ac debitum Romano Pontifici honorem velit exhibere?* Respondit, *Volo*: Hoc dato responso ad Aram propius ductus, liquido verbisque conceptis jurat, *facturum se, Deo propitio, Christianorumque adiutum deprecationibus, pro viribus omnia*. Sic iurejurando praestito, ad solium regreditur, Moguntino interim ad Principes hinc inde stantes & assurgentes converso & interrogante. *An huic Regi secundum illud Apostoli, Omnis anima superioribus potestatibus subdita sit, fidem & obsequium prestare, & eius subditos prompta ornare obedientia sit dignatus*. Secundum haec in pectus & caput, & brachiorum flexus, manuumque, palmas inungit, inquit: *Ego te hoc chrismate in Regem Romanorum inauguro, Deus autem te Letitia oleo, quo veteres Sancti Prophetae, & Reges perfusi leguntur, unctur*. Unctum Regem Trevericum, Colonienis & Palatinus, qui commodum ad hoc e Conclavi prodibat, una in sacrum ad detergendum oleum abducunt, inibi aureo amiculo deposito, Imperialibus D. Caroli ornamentis, a Senatu Noribergico, qui ea de veteri consuetudine asservare solet, transmissis, more Diaconi induunt, atque sic eum vestitum ad Altare statuendum producunt. Hic Moguntinus Archiepiscopi Collegis adhibitis, *Ensem vagina liberatum ejus tradit manibus, huiusmodi verba subjiciens: Accipe Gladium hunc per manus nostras, eoq; accinctus, partem subjectis, ac super vos debellis, memor interim spiritualis istius Regis, de quo David in hunc modum vaticinatus est: Accinge femore gladium tuum, potentissime heros*. Gladium, hac qua dixi verborum formula, traditum, ut Rex in vagina recondidit, Saxo progrediens illius lateri accommodat. Rursum Moguntinus accedens, ejus digito praeciosissimum inserit *Annulum*, hac verba faciens: *Accipe Regiae Dignitatis annulum, & eo Catholicae fidei recorderis signaculi*. Postea ei D. Caroli splendidissimum juxta ac maximi precii pallium injicit, optans, *ut quemadmodum nunc in Romanorum Regem inauguratur, ita, Deo fortunante, stola fidei amictus, in Christiana fortiter perseveret professione, regnaturus deinceps cum Regum REGEM in aeterna gloria*. Exin Regium Sceptrum pomumque orbis terrarum figuram representans, porrigit, admonens rursum, *ut Christiana Republica orbis iustitiam aequaliter administret, paci consulat, leges Imperii omnes pro virili tueatur*. Tandem autem tres Archiepiscopi simul ejus capiti superimponunt, dicentes: *Accipe Regiam Regni coronam, qua licet ab indignis, Episcoporum tamen de veteri consuetudine, manibus capiti tuo coopratur*. Hisce peractis, Rex iterum Moguntino jurat, *facturum se boni Principis officium, ac leges, ut Christianum Regem apprime deceat servare, ab omni violatione conservaturum*. Post in locum editiorem percuratissimis usquequaque aulae praetensum, comitantibus Archiepiscopis, ascendit, & ibi in Saxeam D. Caroli sedem collocatus, hoc ritu Romani

Imperii possessionem init. Hic Moguntinus lingua populari verba facere coepit, *eiq; multam salutem precatus, se ipsi suosq; collegas, & omnes totius Imperii Ordines, diligenter & officiose commendat*. Mox Symphoniaci & Organistae vicibus alternis, summo cum júbilo canticum illud, *Te DEUM laudamus*, recinunt. Tubicinibus etiam clangoris jucunditate & dulcedine publicam laetitiam excitantibus. Interim inauguratus Rex, *Georgium, Ludovicum, Io. Casimirum Palatinos*: Item Landgravi filios duos, *Eberhardum Wirtebergicum, Albertum Meccelburgensem, Carolam Munsterbergicum, D. Carolum Carlovitium, Erasmus Magerum, Joannem Georgium Preitingerum*, & complures alios Duces illustresque viros, eo quod eorum humeros stricto D. Caroli gladio, leniter quodam modo feriebat, in ordinem Equestrem recipit. His expeditis ad Altare regreditur, Moguntino sacrificanti multos Aureos offerens, inde rursum ad solium digressus, ibi ad exitum omnium Caeremoniarum haeret.

Tandem ex familia *Canonicorum Aquisgranensium duo* accedunt, multamque salutem precati, in suum illum Collegium, more antiquitus recepto, alliciunt. Harum autem omnium quae in fano fiebant rerum & solennitatum, spectatrix erat *Maria Regis uxor*, in privato quodam tabulato astans, una cum duobus Regiis Filiis, totidem filiabus: Item *Lodibaringi vidua*, ejusdemque *Filia* nec non *Saxonis & Bavarum conjugibus*. Celebratis jam in fano omnibus Caeremoniis, in curiam inde pro Prandio Caesaris, Regisque ac reliquorum Imperii ordinum sumptuosissime apparatus illustrissima pompa, & qua vix ullum viderat Germania splendidiorem, proceditur. Pone tres Regii Stipatores inlequuntur, qui equis insidentes, in vulgus missilia jactant, nummos scilicet aureos & argenteos, ita utrinque signatos, ut in altera parte, *Maximilianus D. G. Bohemia Rex*, in altera, *Coronatus est in Regem Romanorum, Anno 62*, legeretur. In Curiam, ut vetum est, ubi *Cesar & Rex* suae mensae, omnibus aliis septem gradus editiori, considere coeperunt, Electores singuli sua ex aurea Bullae ordinatione officia obeunt. Et quidem omnium primo *Brandenburgicus* qui *Pocillatoris* munere fungitur, Curia descendens, in generosum equum ascendit, & ad mensam quandam in medio foro stratum properans, auream inde *Pelvim & Mappam* accipit, Curiam rediens Caesari & Regi, ut manus lavent atque abstergent, administrent, post *Pelvi, Mappa & equo Comiti Zollerano*, ex jure antiquo cedentibus. Deinde Saxo qui Imperii *Ensserum & Marescallum* agit, in equum agillimus insiliens, eo in *avenaceum acervum*, prope Curiam effusum, incitato celerrime fertur, indeque modium implet argenteum, subinde modio & equo inferiori *Marescallo, Friderico Papenheimio*, attributo. Avena autem pro derelicto habita, vulgusque direptioni concessa. Postea *Palatinus Archiepiscopus* ad Coquinam extra Curiam, propter *Franciscanorum* aedem constructam, expeditus in equo aspirat, indeque assumptis ferculis, Curiam versus reditum maturat, ibi equo relicto, fercula ad mensam Caesaris, ei Saxone nigrum Bacillum praeferente, defert. Ejus equum una cum argenteis, quibus fercula gestabantur, patinis jure quodam peculiari, *Dominus Seldekius* adipiscitur. *Consecrandam mensam Archiepiscopo Treverico verbis praecedente,*

Cui reliqui duo respondent. A consecratione *Moguntinus* se comitantibus *Treverico* & *Coloniensi*, codicillos, Imperiique sigilla, ex oblongo argenteo bacillo, plus minus duodecim marcarum precio, appendentia, Regi offert, Rex sigilla allata, *Moguntini* collo accommodat, recipiens se sibi ipsos *Archicancellarios*, *Electores*q; reliquos, ac universos Imperii *Ordines* quam commendatissimos habiturum. Tum jura atque privilegia ipsorum non modò ab omni defensionum violatione, sed quum res ita ferret, amplificaturum etiam. Hisce officiis postquam *Electores* solenniter sunt defuncti, singuli separatim mensis, in eadem aula splendidissime instructis, dispositisque ad utrunque *Cæsaris* & *Regis* mensæ latus, discumbunt. A latere dextro primam occupat *Moguntinus*, alteram *Palatinus*. Ad sinistram positarum, primam tenet *Coloniensis*, secundam *Saxo*, tertiam *Brandenburgicus*. Contra *Cæsarem* Regem mensa posita erat, cui *Trevericus* juxta leges *Carolinæ* formulam accumbit. Hæ aut mensæ omnes tam *Cæsariana*, quam *Electorum*, aureis adornatæ stragulis magnificentissime nitebant, supra etiam & à tergo aureis aulæis affabre sumptuosissimoque opere confectis propendentibus. Præter jam dictas mensas adhuc aliæ duæ oblongæ in eadem stabant aula, ad quas collocantur *Teutonicæ* familiaris *Magister*, *Virciburgicus* & *Spirensis* *Episcopi*, item *Bavarus*, *Juliacensis*, ac plures alii *Duces* atque *Principes viri*. In contiguo aulæ hypocausto etiã quatuor aliæ mensæ instructæ erant, quarum primæ assident *Legati Colonienses*, *D. Arnoldus à Sigen*, *Constantinus à Leskirchen*, *Caspar Geilkirchen*, *Philippus Geyll*, *Consules*, & *N. Lithomus*, *V. Licenciatius*, *Syndicus*. Secundæ *Aquisgranenses*, *Nicolaus Wildermannus* *senior Consul*, *Joannes El-*

lerbornius, *Franciscus Bpckius*, *D. Gerlacus Radermacherus* *Syndicus*. Tertiæ *Norici*, *D. Sebalduß Hallerus ab Hallerstein*, *senior consul*, & *Gabriel Nuzel*. Quartæ *Francosfortenses* *Ordinati*, *D. Nicolaus Stallberger* *Prætor*, *Johannes à Glauburg*, *Hogerus à Molheim*, *Daniel zum Jungen*, *D. Conradus Humbracht* *Scabini* & *D. Johannes Fichardus*, *Synd.* Mensis singulis singuli *Abaci* omnis generis aureis atque argenteis vasis, in tricliniis expositis, opulentissimi adjecti. Mensam *Cæsarianam* procurabant, præter ceteros duodecim præcipui Imperii *Comites* *Electorum* vicem obeuntes. Habebant quoque *Electores* & *Principes* suos singuli *Comites* ac *Nobiles*, qui illis à dapibus & poculis erant. *Legatis* quatuor *Civitatum* certi etiam attributi *Ministri*. Cæterum licet *Convivium* insigni magnificentia ingentique epularum apparatu instructissimum senes sic præberetur ferculis, ut dena simul edulia apponerentur, inter ea tamen plurima non esui apta, digna solum erant, quæ cum admiratione oculos pascerent. *Bellariis* etiam secundæ præsertim mensæ conquestissimis, vicinisque pretiosissimis fuerunt instructæ. Interim dum sic:

Regifice extructis celebrant convivium mensis, Ante *Curiam album* & *rubens Merum*, duabus fistulis per speciem bicipitis *Aquilæ* editæ *columellæ* impositæ, subterranea derivatione profundebatur. Veteri etiam consuetudine *Bos* integer, multis aliis animalibus factus, ligneo veru in foro torrebatur, ex quo parte aliqua ad inauguratum *Romanorum* Regem delata, reliquum multitudinis direptioni cessit. Mensis remotis *Trevericus* gratias egit, postea *Cæsar* & *Rex* ornati insignibus ab *Electo*ribus & *ambulationibus* domum deducuntur, quibus deductis singuli in sua receperunt *Palatia*.

DIVO MAXIMILIANO

Austriæ II. Rom. Bohemiæque Regi &c.

De Honore novo gratulatur,

JOHANNES POSTHIUS GERMERSHEMIUS.

O Cæni tandem felicibus exit ab undis
 Illa dies votis sæpe petita meis,
 Qua satis augusto Regum de stemmate venit,
 MAXIMUS in nostros EMILIANUS agros,
 Et patrii (quod sit faustum) successor honoris,
 Regali accepit sceptrum gerenda manu,
 Hic ubi conspicitur validis Francurdiæ muris
 Ad liquidas mœni prætereuntis aquas.
 Gratulor, applaudeque tuis, Rex Maxime, cæptis,
 Gratulor & faustas insuper addo preces,
 Omnipotens ut te simul & tua facta gubernet
 Qui mare, qui terras, qui regit astra Deus.
 Is tibi jam regni moderandas tradit habenas,
 Tutelam populi tradit & ipse sui.
 Quem petit, atque diu moderandis cladibus urget,
 Quæ furit in Geticis bellua dira jugis
 Turca ferox, nimiumque potens opibusque virisq;
 Bella gerit terra, bella geritque mari:
 Et trepidos patria fugans de sede colonos,
 Innocuas rapido destruit igne domos.

Inque potestatem si quos sibi Marte redegit,
 Hos cruciat diris & necat usque modis,
 Impia vel vivos Mahumetica sacra probare,
 Et summi cogit sacra negare Dei.
 Atque suis rabidus meditatur subdere sceptris
 Sol vagus immenso quicquid in orbe videt.
 Inprimisque meam fœdissimus ille. sororem
 Pannoniam ferro tempus in omne petit.
 Quam si forte suo posset conjungere regno:
 (Dii tamen hoc omen pondus habere vetent)
 Inde via facta scelerato, milite sperat
 Protinus attonitam me quoque posse capi.
 Ac quasi jam populos, nostras & vicerit urbes,
 Et teneat Rheni littora tota mei:
 Sic animo cædes ferus, & nova vulnera versat,
 Cudit & in nostrum tela eruenta caput.
 At tu, cui tantum divina potentia munus,
 Et magni titulos Regis habere dedit,
 Tu nostris prohibe rapidos à finibus hostes,
 Qui cupiunt Christi dilaniare gregem.

Est tibi qui possit committere praelia miles,
 Inque pharetratos fortiter ire Getas.
 Et mihi sunt vires armisque assueta Juventus,
 Quæ tibi subsidium non leve ferre potest.
 Nec dubitare decet, Christo duce, & auspice Chri-
 Terga dabunt hostes sanguinolenta fugæ. (sto
 Vicitæque submittens truculentum Turcia vultum
 Ante tuos ponet sceptræ superba pedes.
 Ipse pererrabis, nullo prohibente, beata
 Oppida, quæ latè Turcia dives habet.
 Et quocunque rotis veniens victricibus, isto
 Barbaries Musis cedit abacto loco,
 Quæque fuit longum Scythico subiecta latroni;
 Artibus & caruit Græcia mœstu suis;
 Aonias, per te jam libera facta, sorores
 Suscipiet; Christi suscipietque fidem:
 Tum Solymas arces, monumentaque sancta sepul-
 Insistens niveo victor adibis equo: (chri
 Inde triumphato gaudens Oriente recurre:
 Mirandus populis, cum populisque patri:
 Te qui tum reduce m cano venerabilis ævo
 Excipiet, lætas injicietque manus.
 Illi tu referes fera bella gravesque labores,
 Et referes longæ mille pericla viæ.
 Quoque favente Deo, felix superaveris hostes;
 Quæque tua fuerint mœnia capta manu.
 Ille dies, Rex magne, tibi lætissima quondam
 Surgit ab Eois conspicienda vadis.
 Tum simul a cunctis tua præstantissima facta
 Magnanimi gestis ante ferentur avi;
 Et patris patruique tui, licet æmula, uterque
 Gesserit antiquis praelia Cæsaribus:
 Quæ si quis cupiat pleno describere versu,
 Iliadas longè vincet Homere tuas.
 Sunt tamen historis totum vulgata per orbem;
 Quæ poterunt nulli post abolere dies.
 Felices homines, felicia secula nostra;
 Talibus a dominis quæ meruere regi,
 Pectoribus quorum posuit Clementia sedem;
 Quæ majus superi nil habet aula Jovis.
 Quæ nec supplicis, fuso neque sanguine gaudet;
 Atque hominum generi turpe nocere putat;
 Quæ subitos animi nata est componere motus
 Supplicibus veniam datque benigna reis:
 Avectisque manus, generosi more leonis,
 Abstinet, huic hostem perdomuisse sat est.
 Utque Pater natos solo terrore coercet,
 Iratus pleno dum jacet ore minas:
 Haud secus & pravos rigida clementia voce
 Increpat, ut discant semper habere metum;
 Huic Astræa soror, cælo superisque relicta,
 Assidet, imperio nec minus ipsa favet:
 Vindice qua leges, & munera publica florent,
 Dum bonus atque malus præmia digna ferunt:
 Quæ docet utilibus semper proponere justum,
 Nec quenquam tacitis fallit iniqua dolis.
 Quæ nec propter opes indignos auget honore,
 Nec sinit ut lateat, qui caret ære, bonus.
 Sed facit ut magni doctas ad Apollinis artes
 Contendat studio dives, inopsque par:
 Cum videant, quod nec jam surgat merita dives,
 Nec jaceat virtus obruta pauperie:
 Ergo tot eximios vates, tot clara virorum
 Ingenia, hæc ætas fert, feret, atque tulit.
 Carminibusque novis resonant sacraria Phœbi,
 Dum rerum dominos plurima turba canit:

Vixque novas Helicon in ferta recentia lauros
 Sufficit, irriguis sit licet uber aquis.
 Pierides Sophiæ cultis operantur in hortis,
 Et juvenum gregibus pulchra vireta colunt,
 Qualia vix unquam sunt visa prioribus annis;
 Dum fuerat mundi Roma superba caput.
 Ex illis redeunt vincti sua tempora fertis.
 Præmia quæ docti pectoris esse solent.
 Jure quibus cedant Arabum, Cræsi que talenta,
 Quicquid & in lætis congerit intus agris:
 Quicquid & è rubri maris æquore navita portat;
 Committens dubiis sequere ratemque Notis.
 Nam pereunt gemmæ, pereunt sublimia Regum
 Tecta, perit vulgus mobile quicquid amat.
 Frangit & absomit validissima quæque vetustas,
 Hæc ferrum, silices, hæc adamantæ terit,
 Sed vivunt æterna novem monumenta sororum;
 Nulla nec his ætas, fata nec ulla nocent.
 Quis veteres Thebas, quis diruta pergama nosset;
 Aut casus Ithiaci, Penelopeque fidem?
 Omnia ni memori servassent carminè Musæ,
 Illius ut possent temporis acta legi.
 Musarum studiis florentibus, omnia florent,
 His sine & in tenebris sacra, profana jacent.
 Ipsa ego sum certè verissima testis, alumnos
 Cum veteres tacite mente revolvo meos.
 Hæi mihi, quale genus, quæ pectora, quam ferus il-
 Aspectus, rigidi qui lonus oris erat. (lis
 Non aliqum stabant firmata legibus urbes,
 Vivebatque suo quilibet arbitrio;
 Res vulgaris erat, raptis sibi quærere victum,
 Cædibus & madidas semper habere manus;
 Nullus erat; mentis qui dona beata colebat.
 Qui cuperet cælum scandere, nullus erat.
 Vulgus adorabat magno pro numine terram:
 Hæc quia præcipuas sufficiebat opes.
 Ergo quod impietas a nostris exulat oris,
 Quod verum colimus Mente animoque Deum;
 Minibus acceptum studiis referamus oportet,
 Per quæ Religio prior usque nitet.
 Hæc tibi si curæ est, aut si tua pectora tangit;
 Non minor Aonii sit quoque cura gregis.
 Sed facis, & teneris fecisti semper ab annis,
 Et facies; donec vita superstes erit.
 Non igitur nobis fueras hac parte monendus;
 Cum tua ad hoc ipsum sponte feraris opus;
 Sed ræmen & remos adhibent, & lineæ nautæ;
 Sponte lucet prono flumine puppis ear.
 Sessor & assuevit calcariâ subdere, quamvis
 Acriter inisso tramite currat equus.
 Quod superest, tam nunc feliciter opto revisas;
 Auspiciis dudum debita regna tuis,
 Et fausto multis abeuntibus ordine lustris
 Invieta teneas tradita sceptræ manu.
 Aspiciasq; tuos diademata ferre nepotes,
 Magnanimi patris cum tibi cedit onus:
 Et bene pacato magno prius orbe, vocatus
 Regis ad æterni regna quietus eas.
 Illic percipies solidissima gaudia, claros
 Inter honorata sedere receptus avos.
 Interea seu bella fremunt, seu tempora sanctæ
 Pacis erunt, nostri sit tibi cura precor.
 Ipsa ego, te propter, durissima quæque subibo,
 Seu fuerint terra, sive ferenda mari.

JOHANNIS POSTHII GERMERS-
HEMII EPIGRAMMATA.*De Principum concordia.*

Sæpe Duces inter discordia tristis aborta est,
Tractandum imperii nomine si quid erat:
At nunc tantus amor, reverentia mutua tanta est.
Quanta prius nullo tempore visa fuit.
Scilicet hos magno sumunt à Cæsare mores,
Qui facit ut toto regnet in orbe quies.

ELECTORES,

Quod patriæ felix nostræ sit, & utile cunctis,
Nec minus & vitæ, Maximilianæ, tuæ,
Unanimes notis tibi jam communibus omnes
Romani Imperii regia sceptrâ damus.
Tu titulis istis, & tanto nomine dignum.
Postmodò sic etiam te, velut ante, geras.
Et cum Patre diu residens ad culmina rerum,
Aspicias regnis cuncta favere tuis.

Religio.

Mille premant quamvis tua pectora, Rex pie, curæ,
Præmia tamen nostri sit tibi cura precor.

Musa.

Ex Helicone sacra lauri de fronde coronam
Hanc ferimus capiri, Maximilianæ, tuo,
Quam rosa, quam violæ, quam Rosmaris additus
Et dulci quicquid pascit odore animum, (ornat,
Hanc tibi donamus, tu nos Rex Magne, vicissim.
Ut prius assueto semper amore colas.

Ad aquilam,

Quid volucrum regina alis plaudentibus auras
Concutis, & lætos fundis ab ore sonos?
Nunquid honoratus mover hæc tibi gaudia Rector,
Qui gerit imperii jam nova sceptrâ novi?
Sic habet, hinc plausus veniunt populique, tuique,
Fulget & intoto purior orbe dies.

Pecunie in vulgus missa.

Æde coronatum sacra dum Curia Regem
Excipit, & cælum plausibus omne sonat,
In densam populi turbam venit aureus imber,
Et legitur medio regia gaza foro.
Clamaturque, beatus io, Rex inelyte vivas,
Cujus ab auspiciis munera tanta fluunt.

DE GERMANIA JOHANNIS POSTHII POETÆ.

Epigramma Johannis Martini Huberi,

Basiliensis.

DUM tibi Cæsareos cuncti gratantur honores,
Rex major proavis, Maximilianæ, tuis,
Innumerique ferunt populi preciosa remoti,
Sed longè Domino dona minora suo.
Teutonibus ora, cui nihil est par, nilque secundum,
Ex Helicone refert carmina docta facto,
Grata quibus lætæ testatur gaudia mentis,
Quòd sint imperii tradita sceptrâ tibi:
Optat ut à Scythico feliciter hoste triumphes,
Cum Patre Fernando sis patriæque pater

Quique tibi Augusto nunc Filius ore Aodolphus
Surgit, is Austriacam tollat in æstra domum,
Palladis ingenuas & complectaris ut artes,
Quæ sine nunc omni prorsus honore jacent:
Scilicet his superos meritis æquabis, & altum
Nomen ab annosa posteritate ferēs.
Tempus opes carpit, cunctos aboletque triumphos
Sed nihil in vatam carmina juris habet.
Personat imparibus tua qui præconia plectrâ
Posthii, heroa postmodò voce canet.

Vinum publicè profusum.

Artifici quoque facta manu mox Cæsaris ales,
Diversum gemino fundit ab ore merum,
Huc sine lege ruit tollens ad sydera voces.
Rustica turba, avidis vina petique gulis:
Alter ad alterius properans conatibus obstat,
Hinc veniunt rixæ, vasaque jacta volant.
Hic læsum queritur saxo caput, ille cruento
Ore dolet, pressos vix trahit ille pedes.
Pileolis alii potant, manibusque cavatis,
Urecolis alii, fictilibusque scyphis.
Guttore supposito salientes ille liquores
Haurit, & in patulum truditur inde lacum.
Bachus adhæc ridens spectacula talia, dicit,
Muneribus debent Fœmina, virque meis.

Taurus tostus

Repletus dudum variis animalibus ingens
Taurus & assatus convenienter erat.
Tandem ubi festa suum tenuerunt prandia finem,
Diruitur medio structa culina foro.
Rustica gens iterum clamorem ac verbera miscet,
Taurus ad ardentes diripiturque focos.
Hic caput, ille pedem nactus fugit: ille revulsa
In manibus carnes, alter in ense gerit.
Qui potis est, aliis prædam violentior aufert,
Quique fugit populum, non fugit ille canes.
Ista pater Mœnus spectans, non gratior ullo
Tempore, ait, nostra lusus in urbe fuit.

Ignes nocturni.

Luciferis emensus equis spacia ardua mundi
Oculit Hesperio Phœbus in amne caput.
Exoritur in mediis Mœni novus ignis in undis,
Et tenebras latè luce nitente fugat.
Hæc simul è flamma, validisque è mœnibus urbis,
Turribus eque altis fulmina crebra tonant:
Scilicet ista tuo, Rex summe, parantur honori,
Ut sint lætitiæ publica signa nova.
Nec solum terras, sed & aurea sydera pullant,
Audit, & hæc magni tegia cæssa Jovis.

CARMINA JOHANNIS LAUTERBACHII

Lobaviensis, de Coronatione Maximiliani

Austriaci II. in Romanorum Regem.

DUM videt ex altis torqueri incensibus ignes,
Ac lituos nubeis rumpere, Mœnus ait:
Quam bene cum Ducib. populi lætantur & urbes
Quod Rex Imperium *Maximilianus* adit.
Cedat Saturnus tibi Rex ter Maxime, regnis
Saturni cedant aurea regna tuis.

Idem in Diem Coronationis.

Septem quo capit imperi. virorum
Nutumunia *Maximilianus*,
Dies festus adest per orbis omnes
Gentès dignus ut extet. ille festus.
Adfert imperio malis sepultò.
Atque à Teutone nobili profectis,
Optatam requiemque gaudiumque,
Adfert ille Ichollis, sacrisque templis,
Longo examine plurimam salutem.
Rex Regum Deus alme, da quotannis
Nobis festus ut hic dies agatur.
Non est dignior, aptiorque non est,
Qui nomen teneat potens Monarchæ,
Quam tu *Maxime Maximiliane*.

Aliud ejusdem ad Maximilianum.

Ingenti caperes cum scepra Bohemica plausus,
Austriacis summum *Maximiliane* decus,
Hæc omnes uno populi sermone ferebant,
Rex tu Romanus post breve tempus eris.
Conveniunt hominumque preces, divumque vo-
Felix mortales, quem probat atque Deus. (luntas
Aliud

Maximiliane decus patriæ, Rex Maxime Regum
Cujus fama poli sydera summa petit:
Propria dum spernis, dum commoda publica curas,
Nec titulo, ad factis nomen habere studes:
Te Patria Patrem Germania tota salutat,
Et tibi decerni Cæsaris arma jubet.
Maeste animo Princeps Germano, & fortibus ausis
Ne patriæ titulo, te Pater esse queas.

Aliud de Maximiliano.

Maximilianus ovans sacram deductus in ædem,
Cum tulit imperii regia scepra novi:
E medio cœli prospectans culmine Fama,
Edebat magno talia verba sono:
Dum colis heroas totus quos suspicit orbis,
Heroes te etiam *Maximiliane* colunt.

MAXIMILIANO AUSTRO II ROMANORUM REGI, PIO, FELICI, AUG. SACRUM.

Tandem animo, atque oculis, lux jucundissima no-
Certius affulsit, qua te Rex *Maxime Regum* (stris
Cernimus ingenti cumulatam laudis honore,
Romanasque Aquilas circum, victricibus alis
Te excipere, Augusta dominantem in sede Qui-
Cui late assurgunt Tyberis populiq; Latini, (rini.
Et Rhenus, gelidisque Pater Danubius undis.
Sed neque te quisquam, ô soboles generosa Decur.
Imperio magis aptus erat, sceptrisque gerendis,
Quem dudum Regno assuetum juvenilibus annis
Obstupuit primum latis Hispania terris,

Miraturque suum celebris nunc Austria alumnum,
Austria Diis accepta parens, atq; æmula Cœlo,
Scilicet ad magnos te accensum fortiter ausus
Et Pater & Patruus, seriesq; invicta tuorum
Impulit, & summa ad rerum fastigia duxit.
En felix quæ nunc animo Germania versat
Gaudia? quam multum de te sibi præscia spondet?
Forssitan illa etiam prudens, ac gnara futuri
Tempestatem illam videt, ac felicia quondam
Sæcula, cum rotum, veluti Sol aureus, orbem
Percurrens, miseram Europam, vicinaque Regna
Restitues, fractis succurrens undique rebus.
Atque hæc ante alias omnes te maxima cura
Solicitat, stimulatque animi virtutis honore
Flagrantem, atque adeo, rex Optime, pertinet ad te
Tu quoniam es prisca Imperii servata propago,
Unde olim Divum auspiciis se, romula virtus
Exulit atque caput felicibus intulit astris.

Quæ tibi majestas formæ? quæ gratia morum,
Delitiæ humani generis rex magne Quiritum?
Nam te seu medium excipiant Patresq; Ducesq;
Incedasque tuas sublimis forte per urbes,
Seu tibi comestas regni modereris habenas,
In fronte atque oculis tantus decor emicat, ut te
Quisque putet sanctum in terris, & amabile Numen
Hinc te tot procerum studiis, plausuque frequenti
regnatorem orbis magno cum Cæsare læti
Aspicimus, festosque dies celebramus ovantes.
Fortunate nimis (si quid canit Augur apollo)
Quem tot barbarico cumulata ex hoste trophæa,
Tot spolia ampla manent: ipsum non Caucasus in-
Maumethæ capiet pavidum, nò Bactra, nec Indi (gês
Jamque ego Pannoniam collectis viribus omnem,
Germanasque acies video, densosque maniplos
Austria dum genus acre virum, fortesque boemos.
Fatales volucres ultrò tua signa sequentes.
Quin etiam magnam Ausoniam socia arma, virosque.
Et paribus junctim concordia pectora dextris
Vertere in externos divini nominis hostes.
Tum demum Euphratè tremere & magni hostia Nili
Atque Asiam trepidare metu, sævosq; Tyrannos.
Cernere erit passim duplices tibi tendere palmas
Te verò in vectum niveis Bellona quadrigis,
Victorem late populorum, altaque corona
Conspicuum, ducet longis in templa triumphis.
Ifelix Auguste, Deum certissima proles,
Quot tua te virtus, quot te rapit inclutus ardor.
Dum tibi questum non vi, non fraudibus ullis,
Imperium longum servant; quod si omnia vulgo,
Spectes studia, aeterno es dignissimus ævo,
Nec morè oppetere unquam, aut tristia fata subire
Usq; adeo te cuncta ætas, juvenesq; senesq;
Certam non admirantur, amant, venerantur, adorant
Ipse etiam, pulchri qui quondam ad flumina Mœn-
Cæsareos tenui descripsi carmine honores,
Ferdinandi Patris Augusti, nunc debita solvo
Vota tibi, pronusq; tuæ figo oscula dextra.

And. Rapicii, 1. o

NOMI-

NOMINA ET COGNOMINA tum Turcici Legati, tum Eorum, qui

Constantinopolitani & Budæ ipsum deducentes, una cum eo

Frankfurtum ingressi sunt, Anno 1562. die 23.

Novemb.

1. Ebrahimus Strotius; ortu Polonus; Solymani Turcici Cæsaris legatus, 23. ministros adduxit, habens secum 29. equos, & 6. camelos.
2. Wascha Budensis Aula præfectus, ministros 7. equos 10.
3. Rassi Mustaffa Quinqueecclesiensis, ministr. 3. equos 4.
4. Istraphius Zauschus; ministros 2.
5. Perchamius Zauschus; min. 2.
6. Bermannus Bili Vuascha Budonensis, ministr. 2.
7. Durachius Palius Wascha Budonensis, ministr. 2.
8. Dellius Constraffius Budonensis, ministr. 2. equos. 3.
9. Hossenius Bultus Wascha Budonensis, ministr. 2. equos. 3.
10. Durateson Budonensis; ministr. 1. equos. 2.
11. Dalli Achmallius; ministr. 1. equos. 3.
12. Odaverdus; ministr. 1. equos. 3.
13. Kadalius; equos 2.
14. Dallius Sachemitus; equos 2.
15. Mustaffius; ministr. 1.
16. Hauffamius.

RELATIO SIVE

Sermo Legati Pacifici Ebraimi Strot-schenii, Nati Poloni, à Solymano Turcarum Imperatore ex Constantinopoli ad Christianorum Cæsarem Ferdinandum ejus nominis primum destinatus apud Frankfurtum Moeni coram statibus imperii ibidem præsentibus lingua Sclavonia recitatus Anno 1562. die 27.

Novembris.

Potentissime atque Serenissime Christianorum Electe Cæsar Ferdinande, Invictissimus, ter maximus ac Potentissimus Turcarum Imp. Princeps meus Clementiss. ad tuam Majest. me terra marique præfectum, cum certis ac specialib. mandatis instructum fide dignum Legatum misit ac direxit, tum ut salutem, & felicem administrationem longamque & firmam corporis sanitatem tuæ Majest. suo nomine dicerem, tum verò ut simul ipsius Majest. propensum animum, studium benevolentiam ac verum amorem erga tuam Majest. conceptum modis omnibus testarer, declararem, denunciaremque, Quæ ipsius Majest. firmiter sperat ac planè confidit hanc in vitam gratiam & amicitiam, etiam per prioris legationis occasionem auctam & roboratam esse, idque eo magis, quod ipsius Majest. ante hæc quoque satis evidentia & indubitata confirmatæ ac duraturæ amicitie amoris argumenta erga tuam Majest. dederit: id quod utrinque Deus fortunare dignetur. Hæc præfatus paululum silens respiravit, quo verò (Maximè, qui) tua Majest. prædicti amoris, conciliationis ac gratiæ mutæ indicia in manifestius in Principe meo Potentissimo deprehendere, cognoscere, ac

intelligere queat; ipsius Majest. amodo omnes Christianos captivos libertate donatos ad tuam Majest. &, quocumque vellent, redire permisit, quis tamen aliàs ipsius Majest. è captivitate illa non auro argenteoque non quantiscumque muneribus neque alicujus vel principis etiam intercessione seu precibus redèmi ac dimitti passus fuisset. Fecit itaque id suam Majest. nullam aliam ob causam, quam ut firmam ac minime fictam suam amicitiam, amoremque erga tuam Majest. redderet omnibus per spicuum planeque confirmaret, fretus omnino eâ spe, tuam Majest. vicissim omnes Turcas, quos hinc inde captivos habet ac detinet, libere & in sua religione permanentes dimissuram & pollicemini præstituram esse; id ut fiat sua Majest. per me unice atque amanter petit. Optat quoque tuæ Majestati perpetuam valetudinem, quietam senectam, prosperitatem ac pacificam regnorum tuorum gubernationem; cupitque ex animo, ut felix illa ac pacifica administratio usque ad posterum tuæ Majest. fausta successione conservetur. Promittit etiam se omnib. modis operam daturum & effecturum esse, ne hoc amicitie cum tua Majest. contractæ sædus ac induciarum confirmatarum jus à quoquam suorum subditorum vel in minimo lædatur, rumpatur, aut debilitetur. Rogat insuper ac petit, ut ad has literas, quas suo nomine tuæ Majest. ego præsentavi, tua Majest. non gravetur sigillatim respondere; quod si à tua Majest. præstitum fuerit, experietur modis omnibus tua Majest. amicabile atque pulcherrimum mutui amoris certamen cum principe meo Turcarum Imp. potentissimo & æquitatis observandissimo inisse, in quo ipse se nunquam à tua Majest. vinci ac superari quovis modo patietur, sed potius summo conatu enitetur, ut hæc inter utrumque jam senio confectum inita amicitia ac concordia in diem magis magisque crescat novisque & argu-

„ & argumentis provocetur semper atque stabilia-
tur.

Hæc cum ille differuisset, tum cæsaream Mejest. interrogat, qui nam in isto principum procerumq; presenti confesso sit *Maximilianus* suæ Majest. dilectus filius & Imperii legitimus hæres: mox ergo cæsar digito monstravit illum esse, qui à sinistris sibi assideret: tum Legatus vultu ad Regem converso, se coram ipso Parthico seu Turcico more inclinavit, dextram ad pectus admovens, cœpit *Regia sua Majest. multam vitam longevam felicitatem, faustam in administrando Romanum Imperium successionem, rerum & actionum suarum prosperitatem omnemq; salutem imprecari, addiditq; se minime dubitare, quin ipse Rex cum de tam præstanti ac laudato genitore sit natus, non quidem ipso Patre inferior aut inæqualis, sed potius vel*

juxta nominis sui proprii paronomasiam, qua Maximilianus, sive major vocatur, longe major, præclarior, ac præstantior futuris sit.

Ad extremum igitur Legatus rursus ad cæsarem conversus, ea quæ secum attulerat, *Munera*, nempe duos preciosissimos ex nativo crystallo & gemmis longe nobilissimis elaboratos *Crateras* seu pocula, & *Caballum* Turcicum generosissimum aureis plane phaleris, gemis, catenisque ex purissimo auro ornatum, tum quatuor *Camelos* ex tota urbe Constantinopoli exquisitissimos Cæsareæ suæ Mejest. præsentare, ac summis laudibus efferre cœpit: passus interim & excusans, quod & *Equus* ille & *Cameli* jam ob longinquam terram marique profectioem, quam inde à quatuor mensium spacio fecissent, macie & defatigatione cōfecti, & attenuati esse cōspicerentur.

EXEMPLAR SIVE COPIA LITERARUM CREDITO- riarum eidem Legato in causa Induciarum octennalium ad Romanum Imperium à Turcarum Imperatore datarum.

Ego Dominus omnium Dominanti-
um, regnator Orientis & Occiden-
tis, qui potens sum facere & non
facere quæcūq; liber, Dominus
totius Græciæ, Persiæ, & Arabiæ,
dominator omnium eorum quæ-
cūq; Regi & domino subjeti
possunt, Magnus Heros horum temporum, &
fortis Gigas latissimi hujus orbis, universi Maris al-
biatrique & sanctæ civitatis Mechiæ, splendore
Dei relucentis, & civitatis Modinæ: sanctæque &
castæ urbis Jerusalem Dominus, Rex nobilissimi
regni Egypti, Dominus terræ Joniæ, civitatumq;
Athenarum, Senanum, Sacri templi Dei Zabilo &
Bassio, Rethan & Magodin: sedes ac solium magni
Regis Nashin Rertan, & Dominus insulæ Algier-
iæ, & Princeps regnorum Tartariæ, Mesopotamiæ
& Medorum, Georgianorum & Universæ Græciæ
Moriæ, & Anatoliæ, Asiæ, Armeniæ, walachiæ Mol-
daviæ, & totius Hungariæ, aliorumque quam plu-
rimum Regnorum ac Dominiorum, quorum ego
sum Imperator, ter magnus ille Cæsar Soldanus,
Solimannus, filius magni Imperatoris Soldani Se-
lim, qui à Deo habeo potestatem ad regendum in
freno omnes populos, & potentiam ad aperiendū
omnium civitatum ac fortalitorum portas & clau-
stra, in manu mea potenti traditi sunt omnes fines
terræ, nullis exceptis, ego Dominus Orientis à
terra Tscin usque ad fines Africæ, quem Deus
fortem in acie gladii bellatore constituit. Inter
cujus potentissima regna pro minimo reputat ca-
strum impugnabile cæsareæ & provilissimo repu-
tat inter hæreditarias meas ditiones Imperium seu
Dominium Alexandri Magni: mecum est fortitudo
totius mundi & virtus firmamenti. Quandoqui-
dem Rex Ferdinande, qui es potēs totius christi-
anitatis Dominus, & vas electum potentis fidei
christianæ, creatus & electus Imperator Romano-
rum populorum & Bohemiæ, Vandalorum, Cra-
batæ & multarum aliarum ditionum rex & domi-
nator, &c. superiori tempore ad aulam meam co-
fugientium, & thronus gratiæ omnium principū
horum temporum eam petentium, misisti & ab-
legasti quendam selectum consiliarium & legatū

tuum Augerium à Busbeck unā cum literis confœ-
derationis ad renovandam nobiscum pacē & con-
trahendam amicitiam, ac noticiam, faciendum,
quæ literæ datæ erant, Anno à Propheta Jesu (su-
per quem & super nostrum prophetam Mahomet
sit splendor & pax Dei) millesimo quingentesi-
mo, sexagesimo secundo, die autē, primo men-
sis Junii, petens à nobis ut concessis tibi per octē-
nium induciis tuas civitates, castra, Regiones &
populos posthac nullis armis infestemus, sed in
pace secura ac tranquillitate vivere sinamus, &c. Ad
quam tuum petitionem respondemus, posthac
per integrum octennium inter nos & ab utraque
parte futuram & continuandam esse novam, veram
& firmam concordiam & amicitiam cujus concor-
diæ, pacis, ac confœderationis hæc conditiones
sunt: primo ut tua Dilectio quotannis ad aulam
nostram pro arra induciarum 30000. Hungaricos
ducatos mittere teneant, unā cum illo residuo,
quod nobis perproximè præter lapsum biennium
à te debetur. Pro eo promittimus nos posthac cū
Regis Johannis filio, quantum ad ejus hæredita-
rias nationes attinet sive hæc in citeriori Hungaria,
sive in ulteriore parte Theissæ sitæ sint (quæ tamen
omnes de jure belli ad nos spectant) durantibus
his induciis octennalibus nullas vel inimicitias, vel
amicitiæ partes suscipere velle. Idem quoque
Regis Joannis filius sub hoc octennalis pacis tem-
pore (in modo prædicto obedientiam nobis præ-
stare tenebit, ita ut posthac nullas inimicitias nec
bella contravos exercere, nec subditos vestros,
vel ferro, vel igne infestare, nec civitates, castra,
aut villas occupare, nec pecora, armenta, bona,
pecunias aut decimas violenter auferre, vel exige-
re à colonis & subditis vestris ei liceat. Nos quo-
que similiter nullum jus habebimus, nec occasio-
nem quæremus populos vestros profligandi, igne
devastandi, aut captivos abducendi, sed potius in
hoc octo annorum spacio nobiscum pacem & cō-
cordiam sanctè servabimus. Hisce quoque cō-
ditionibus pacis subjeti erunt, cum omnibus bo-
nis ac dominis suis Balaschi Michael & Nicola Ba-
theri ac horum similes plerique eruntque vobis ac
filio Regis Johannis subditi. Porro si forte quidā
e vestris

„ vestris ac filii Regis Joanni subditis populis jam
 „ antea tempore belli alius alium bonis, fundis, ac
 „ dominiis suis expulerit, unde lites ac nova dissidia
 „ à modo oriri queant, volumus & statuimus illa ne-
 „ gociâ, causas ac jura differri debere donec hoc de-
 „ finitum induciarum tempus sit revolutum. Præter-
 „ ea si forte in posterum ob jurisdictionem nova dis-
 „ sidia inter utrinque nostrum oriantur, ita ut nullo
 „ modo conciliari ac componi posse videantur, vo-
 „ lumus ut vestri interim vestri, nostri autem nostri ma-
 „ neant: seclusa omni contentione & inimicitia. Vil-
 „ læ quoque nonnullæ ad Danubium & Tartam
 „ hinc inde sitæ eo jure, quo ante, frui permittan-
 „ tur, ita ut milites, qui sunt adhuc in præsidio Ca-
 „ stelli Tartæ, nullum jus habeant, villas istas juxta
 „ Danubium sitas infestandi aut vexandi. Præterea
 „ si ab hoc pacis spacio quidam ex vestris nobilibus
 „ aut dominis quosdam nostros nobiles ex fugâ, vel
 „ qualicumque modo captivos pehesse habuerint;
 „ eos dimittere & libere sine damno & præda actio-
 „ nis ad suos remittere debent, quo inita inter nos
 „ concordia & pax firmiter servetur; & securius viva-
 „ tur. Hæc omnia & singula volumus & sanctè pro-
 „ mittimus à nobis sine omni fraude ac dolo ac hinc
 „ usque ad octennii prædicti finem servari, ac teneri
 „ debere; ad hoc enim has induciarum ac confæde-
 „ rationis literas ex aula magnificentie nostræ publi-
 „ cari fecimus; ac insuper non solum curavimus, ut
 „ earum literarum forma cum edicto nostro univer-
 „ sis ac singulis nostri Cæsareatus summis exerciti-
 „ um, terra marique Ducibus, Præfectis, Capitane-
 „ is, Centurionibus ac omnibus stipendiariis militi-
 „ bus, ac sacrapis promulgaretur, sed etiâ ut firmiter
 „ ac sanctè servaretur severè mandavimus: volumus
 „ quoque hæc pacis & induciarum conditio compræ-
 „ dat & concernat duos nostros summos Præfectus
 „ sive Waivodas Walachiz & Moltaviz, ita ut nullus
 „ vestrorum Hungarorum, Crabatorum, Schlyvo-
 „ niorum aut alii quarumcûq; regionum, marium, In-
 „ sularumque vestrarum populi à nostris ullo pacto
 „ molestentur aut graventur: Quod si forte quidam
 „ ex vestra parte è castellis suis impetum in nostros
 „ fecerint & bona illorum vi rapuerint, hi ad restituendû
 „ nostris sua bona omnino tenebuntur. Quod si quidam
 „ à nobis trans fugerint, & secum aut aurum, aut bona
 „ dominorum, quibus servierunt, abstulerint, vel si
 „ idem à vestris ad nos profugientibus commissum
 „ erit, tunc ab utraque parte, illa bona postliminii
 „ jure repeti ac restitui, transfugæ autem in exem-
 „ plum aliorum puniri ac plecti debent, transfugarum e-
 „ nim bona de jure ad dominos ipsorum referuntur.
 „ Præterea licitum erit vestris centurionibus ac Ca-
 „ pitaneis, ut castella, urbes & villas in finibus Hun-
 „ gariz cummuniant & ædificent, & illuc compinea-
 „ tum victualia, arma & id genus importent: Sed ne
 „ ultra fines suos aliquid horum exerceant, &c. Du-
 „ rantibus quoque his induciis nullus vestrorum
 „ subditorum vel in Hungaria, vel aliis quibuscunq;
 „ ditionibus vestris captivari aut abduci debet, quod
 „ tamen si causâ fortè contingeret, tum illa manci-
 „ pia securè & sine mora ad suos redire sinentur.
 „ Præterea quicumque ex parte Christianorum in
 „ nostris regionibus, & in magnifica nostra aula ali-
 „ quid negotii expediendum habuerint, quales sût
 „ Legati, ministri, officarii & id genus, his omnib.
 „ non solum concedimus, & permitimus ut ambu-
 „ lent, accedant, & recedant à nostris ditionibus &
 „ aula, sed etiam eos reverentia ac benevolentia à

„ nostris prosequendos, & lingvæ nostræ interpre-
 „ tatione juvandos esse volumus & jussimus. Quod
 „ si propter confinia agrorum, aut terminos, vel ob
 „ id genus causas alias dissidia & inimicitie inter sub-
 „ ditos utriusque partis natæ fuerint, istæ lites à di-
 „ scretis ac æquis viris ab utraque parte adhibitis ju-
 „ dicari ac discerni, autores vero talium dissidiorum
 „ tanquam suspecti ac fœdifragi puniri debent, &c.
 „ Inhibemus quoque certamina illa hostilia seu du-
 „ ella quæ in finibus ab utrinque aliquando commit-
 „ ti solent. Cupimus autem ut passim in vestris re-
 „ gionibus, hæc pacis ac concordie forma ejusque
 „ singuli articuli publice legantur, affigantur, & ut
 „ cum obedientia & reverentia serventur ac tenean-
 „ tur, eis mandari curetur. Id quod nos vicissim
 „ fideliter ac serio facturos jam ante promisimus, &
 „ Legatus vester, quem superioribus mensibus ad
 „ nos ablegastis, hoc ipsum à nobis vestro nomine
 „ petiit & rogavit, simulque nos precibus inter posi-
 „ tis commovit, ut eam pacem ac confæderationem
 „ per juramentum Cæsareum, & per has credito-
 „ rias literas, tanquam ipsi præsentem vobis loque-
 „ remur, ratam ac firmam fore contestaremur: qua-
 „ propter ei has pacis literas ad vos dedimus, ut &
 „ vestri subditi Domini ac milites ista omnia servare
 „ teneantur. Quam diu ergo nihil eorum à vobis
 „ quod fœderi huic sit contrarium, suscipientur, tã
 „ diu vicissim à me omnes hi pacis articuli accepta-
 „ buntur ac assecrabitur. In quorum omnium
 „ testimonium robur jure ego hoc jusjurandum per
 „ verum & vivum Creatorem Cœli & terræ, per ve-
 „ ra signa magni & venerandi nostri Prophetæ, per
 „ Cæsaream meam potentiam, perque veram meam fidem;
 „ quod prædictis articulis, conditionibus ac promif-
 „ sis initi inter nos octennialis fœderis ac pacis nihil
 „ contrarium, nil alienum, nec inconveniens, agi,
 „ tentari, aut præsumi debeat ab ullis nostrarum
 „ partium Capitaneis, Ducibus, Archistrategis,
 „ Præfectis, Vievodis, &c. Mandatis insuper omni-
 „ bus nostri potentissimi Imperii juratis Præfectis
 „ Walachiz & Moltaviz, insique Regi Stephano, ac
 „ cæteris qui in finibus vestris regna nostra guber-
 „ nant, ut & ipsi omnes ac singuli non minus, quam
 „ nos, has pacis conditiones erga vestros populos,
 „ urbes, castella, villas & alia ad vos pertinentia san-
 „ ctè, justè ac fideliter servent, acceptent & reveren-
 „ tur, nec ullis vestris subditis etiam in minimo da-
 „ num exitium, ignominiam aut injuriam inferant.
 „ Breviter, huic præpotenti ac magnæ amicitie atq;
 „ amoris conciliato quantum nostras partes concer-
 „ nit, summum honorem, reverentiam & autorita-
 „ tem tribuimus, ita ut ne, quod in minimis haberi
 „ possit, in nobis desideretur. Cæterum Christianos
 „ quosdam captivos, quos per Legatum vestrum di-
 „ mitti petiistis, sine omni exactione auri vel argen-
 „ ti liberè ad vos redire permisimus, ex qua tamen
 „ captivitate non quidem redimi unquam potuisset,
 „ nisi in gratiam amicitie ac concordie nostræ eam
 „ libertatem illis donassemus, maxime tamen pro-
 „ præterea, ut & vos vicissim Turcas nostros, quos ca-
 „ ptivos detinetis, dimittatis: id quod omnino vos
 „ facturos speramus, data ac scripta sunt hæc confæ-
 „ derationis ac pacis literæ in Cæsareo nostro pala-
 „ tio & solio potentissimæ urbis Constantinopolita-
 „ næ, anno magni & venerandi nostri Prophetæ 969. die vero
 „ primo Septemb. Porro notandum, quod Legatus, Turca-
 „ rum in comitatu secum habuerit viginti tres personas, qua-
 „ rum pars major fuerunt Præfecti ac nobiles è Budallharia,
 „ equos vero 29 & Camelos 6.

CATALOGUS ELECTO- rum, Principum, Heroum, Comitum, Baro- num, Nobilium, nec non aliorum Doctorum Clarissimorumq; Vi- rorum, qui huic Designationi interfuerunt.

CATALOGUS PRINCI- pum Sacri Rom. Imperii qui ad Electio- nem & in auguratione Rom. Reg. Max. Franco- furum ad Mœnum venerunt, Anno 1562.

FERDINANDUS Cæsar, Romanorum
Imperator.
Maximilianus Bohemiarum Rex, qui tum & ele-
ctus & inauguratus est Rex Rom.
Maria ejusdem Conjux, nata Hispaniarum Regina, Ca-
roli V. filia.
Rudolphus & Ernestus, Archiduces Austriae, fra-
tres, Regis Max. filii.
Anna & Elisabetha, sorores, Archiducissa Austriae,
Regis Max. filia.
Daniel Princeps Elector, & Archiepiscopus Mo-
guntinensis ex nobili familia Brendelorum ab
Homburg.
Joannes Princeps Elector, & Archiepiscopus Tre-
virensis, ex nobili familia à Leyen.
Fridericus Princeps Elector, & Archiepiscopus Co-
loniensis, ex nobili familia Comitum à Wida.
Fridericus Princeps Elector, Saxoniarum Dux.
Anna ejusdem Uxor, ex Regia stemmate Regum
Daniae nata.
Joachimus Princeps Elector, Marchio Brandebur-
gensis.
Albertus Bavariae Dux, &c.
Anna ejus Conjux, nata Archiducissa Austriae, Fer-
dinandi Cæs. filia.
Dux Georgius, Palatinus &c. Simmeranus.
Dux Wolfgangus, Palatinus, Bipontinus.
Dux Ludovicus & Joannes Casymirus, Palatini
Rheni, Friderici Electoris filii.
Wilhelmus Dux Juliacensis, Clivenis, & Bergeni-
sis.
Ernestus Dux Grubenhagensis, & Brunsvicensis.
Johannes Albertus Dux Mecklenburgensis, Me-
gapolensis.
Carolus Dux Lotharingiae.
Christina ejus mater, ex Regia stemmate Regum
Daniae nata.
Renea Ducissa Lotharingiae Christinae filia.
Franciscus Dux Laurenburgensis.
Wilhelmus Landgravius Hessorum Princeps junior.
Ludovicus Landgravius Hessorum Princeps fratres.
Christophorus Dux Wirtenbergicus &c.
Eberhardus ejus filius.
Bernhardus Princeps Anhalticus.

PRINCIPES ECCLESIASTICI imperio addicti.

Wolfgangus Teutonici ordinis Magister.
Fridericus Episcopus Wirzeburgensis, & Dux
Franconiae orientalis.

Marquardus ab Hattstein, Episcopus Spirensis.
Wolfgangus Abbas & Princeps Fuldenis
Georgius Hohenhemius, dictus Bombast, S. Joan-
ordinis Magister per Germaniam.

D. Joannes à Reche, Provinciae Marpurgensis Prae-
fectus.

Christoph. Sigismundus Romanus S. Joan. ordi-
præfectus Meilbergenis.

Franciscus ab Holfeld, præfectus Griffstattenis.

**PRINCIPES, HEROES, EPISCOPI,
item Magnatum & Archiepiscoporum Legati,
ac alii plures qui pro se ipsis praesto fuerunt.**

Zacharias Delphin, patritius Venetus, Episcopus
phari, Papae Pii 4. Legatus.

Bernhardus Bouchetel, Episcopus Roventis, in
Britargne, Regis Franciae Legatus & Orator.

Philippus Dux Arscotus, philippi Hispaniae Regis
Legatus & una cum illo Wilhelmus Marchio à
Rentin, fratres.

Augerius à busbeck, Cæsaris Ferdinandi Legatus, ad
Solymannum Turcarum Cæsarem, qui ex Tur-
cia tum venerat.

Ebrahim Strosch, vel Stratus, natione Polonus, So-
lymanni Turcarum Cæsaris Legatus.

Martinus Gromerus, Sigismundi Augusti Polono-
rum Regis Legatus.

Georgius à Seyen, Comes à Vvitgenstein, Subde-
canus Coloniensis, Joannis Gebhardi, à Mans-
feld principis Electoris & Archiepisc. Coloniensis
Legatus, & cum eo Georgius à Leyen Magi-
ster Curiae, Rüdingerius ab Horst Marscallus, &
Franciscus burckhardi Cancellarius, his adjuncti
fuerunt Consiliarii octo.

Franciscus Vorgach, Episcopus VVardeinensis
Cæs. Majest. in Hungaria Vicecancellarius.

VWilhelmus Princeps Uraniensis, una cum aliquot
Equitibus aurei Velleris.

Nicolaus Dux à Vademont.

Carolus Dux à Munsterberg, Regiae Majest. aulicus.
Lamorab ab Egmund princeps Gaverensis.

Legati Principum.

Lucas Tangel D. Juniorum Ducum Saxoniae Le-
gatus.

Ludovicus Halverus Doctor, Henrici Ducis Brun-
svicensis Legatus.

Valentinus ab Eckstett pomeraniae Ducis Legatus.

Theobadus Grumerus, Ottonis Ducis Lunebur-
gensis Legatus.

N. Finetus Juris Doctor, & N. Ulmenis caroli &
philiberti Marchionum badensium Legati.

Joannes Michaelius pat. Ven. Legatus Venetus.
Hieronymus Faletes Comes & Sigismundus Discal-
tius, J. U. D. Ordinarius, Alphonsi astensis Du-
cis Ferrariensis Legati.

Antonius de Aloisis, Cosmi Medices, Ducis Flo-
rentini, Legatus.

Johannes Franciscus Angulosa, eques auratus, & Doctor Guilhelmi Conzaga Ducis Mantuani Legatus.
 Joachimus Sylenis, Regenonæ Gubernatricis per Brabantiam Legatus.
 Jacobus Spitanic, Dominus à Passy, & Johannes de Schelles, Principis Condei in Gallia Legati.

QUI CUM FERDINANDO ROM. Cesare Comites & Barones 24. Octobr. Francofurtum venerint.

Georgius Comes ab Helffenstein.
 Ernfridus Comes ab Ortenburg.
 Ludovicus Comes à Leucenstein.
 Simeon Comes ab Arch.
 Carolus Comes à Zollern.
 Gunterus Comes à Schivvartzenburg.
 Augustinus Comes à Lodrañ.
 Jacobus Comes à Castaldo.
 Otto Comes ab Eberstein, Stipatorum Præfectus.
 Scipio Comes ab Arch, Camerarius Summus.
 Dominus Johannes à VVeispriach.
 Sebastianus Comes à Guttenstein.
 D. Johannes Trautson, Baro à Frechenstein &c.
 Wolfgang Baro à Saurau.
 Otto Dominus ab Heideck.
 Wolfgangus Burg Baro.
 Georgius Baro ab Herberstein,
 Georgius Baro ab Egl.
 D. Lasla Poppel Cæs. Maj. Consiliarius, Bohemensis Curiaë supremus Marschallus,
 D. VVercho Cæs. Maj. Consiliarius & Camerarius.
 D. Nicolaus Pollweiler.
 D. Georgius Ilfing, Provincia Suevicæ Præfectus.
 Wenzelius Holizki à Sternberg.
 D. Hislerle cum suis comitibus,
 D. Hamina Truchseß.

DOCTORUM ET CONSILIARIORUM nomina.

D. Georgius Sigismundus Seldius Vicecancellarius.
 D. Joachimus à Neuhausen, supremus Bohemæ Cancellarius.
 D. Franciscus Episcopus à VVardein, per Hungariam Vicecancellarius.
 D. Johannes Donner.
 D. Ulricus Zafius.
 D. Johannes Baptista VVeber.
 D. Gerhardus Ach.
 D. Thomas Schoberus,
 D. N. Lauffner,
 D. Paulus Prifmannus,
 D. Timotheus Jung.
 Christophorus Philippus Zott, à Perneck.
 Joachimus à monte.
 D. Christophorus à Carlovietz.
 D. Erasmus ab Hera.
 D. Erasmus Heydenreich.
 Erasmus Mager.

Secretarii.

VVolfgangus Hallerus Imperii Secretarius.
 Leopoldus Kirchschlagerus.
 Hermannus Igelius.
 Dionysius à Roff.
 Joannes Kovrentzel.

Marcus Sackmoserus.
 D. Andreas Rapičius
 Nicolaus VValtherus bohemensis Curiaë Secretarius.
 Alphonsus de Gæmintz rerum Hispanicarum Secretarius.
 Hieronymus de Rhocke rerum burgundicarum Secretarius.

Camera Secretarii.

Jacobus Zollerus.
 Christophorus Kubacherus.
 Ulricus VVuimburgerus,
 Jacobus Huberus.

Cæs. Majest. Medici.

D. Julius Alexandrinus.
 D. Stephanus Laureus.
 D. Claudinus Richardus Chirurgus.
 Petrus Azaila Pharmacopæus.

Præfustatores.

Seufridus Primerus.
 Ihoimus Kintzki.
 Johannes à VVelsperg.

Pocillatores.

Georgius Comes Nogarolensis.
 Augustinus Comes Ladronensis.
 Marquardus vom Stein.
 Ferdinandus Hoffmannus.

Dapiferi.

Christophorus Chontzin.
 Petrus Keglavitich.
 Georgius Baro ab Heberstein.
 Joannes Hagerus.
 Przemek Profnoski.
 Bilgram à Reschah.
 Wolffhartus Strein.
 Joannes Trautson Junior.
 Hieronymus Tursche Bethlehemsdorffius.
 Jacobus Comes à Castaldo.
 Otto Pflugius.

Aliorum quorundam Aulicorum nomina.

D. Matthias Zittardus Aquisgranensis, concionator Aulicus.
 Alexander Vaginus Eleemosynarius.
 Petrus Noscenus Musicorum Præfect.
 Johannes Haussvirt Præceptor.
 Jacob Paris.
 Christoph. Khrell, Organistæ ambo.
 Thomas Dojnerus nobilium Pædago.
 Lucas de Bastian Hipodidascalus.
 Wolfgangus Grascherus puerorum nobilium Palettricus.

QUI UNA CUM MAXIMILIANO

Bohemia Rege &c. Comites Barones & Consiliarii 23. Octobr. urbem sunt ingressi.

Dux Carolus Christophorus à Munsterberg, Regis Pocillator.
 Casparus Comes à Ladron.
 Otto Comes ab Eberstein.
 Claudius Trivvltius Comes à Maltz.
 Mauricius Schlickius, Comes à Bassa.
 Ludovicus & Wolfgangus Comites ab Eberstein, Barones à Neugarten.

Christophorus

Christophorus Baro ab Eitzingen, Archicamerarius hæreditarius Austriæ, Regiæ Maj. Consiliarius, & Curia Magister.

D. Leonhardus ab Harrach, Baro ad Korau, supremus Equariorum Magister hæreditarius, Cæs. Majest. intimus Consiliarius, & Regiæ Majest. supremus Camerarius.

Uratisslaus Dominus à Bernstein Dobischavvensis; aurei Velleris Eques; Regiæ Maj. Camerarius, & Magister Equitum.

Conradus à Bappenheim, S. R. Imp. Marefcallus hæreditarius.

Ludovicus Ungnad, Baro à Sonneck.

Georgius Proskuski, Baro.

Petrus Dominus à Rosenburg.

Leonhardus ab Harrach, Baro, Junior.

Georgius ab Eitzingen.

Bernhardus Dom. à Tzeratin.

Wentzelius Dom. à Boskowitz, Trubensis.

Wentzelius Burggravius à Don.

Schemba Dominus à Tzerna.

Henricus Dominus à Schleinitz.

Fabianus Zeme; Christburgii Dominus hæreditarius.

Leopoldus & Julius Barones ab Heiberstein.

Balthasarus Comes à Buchorn.

Sigismundus Kurtzbachius Baro.

Maximilianus Baro Bølhemi.

Adamus Dom. à Dietrichstein, Baro

Holenburgicus, &c. Camerarius hæreditarius in Kerndten.

Georgius Smetzantzki; Dominus à

Matrinjt, Dapifer.

Dom. Joannes Chilis; Eques auratus.

Pera à Molart. Reg. Maj. Camerarius.

Georgius Proslohovvlecht, Baro.

Rudolphus Kluen à Belatio Liechtenbergensis; Camerarius.

Philippus à Thun.

Don Joan. Manrique de Mendoza;

Sigismundus Kurtzbachius, Baro.

Wolfgangus Bolach à Jarmeth.

Adamus Hohenvarter à Geilaltein;

Joannes Dominus à Wartenberg.

Isaacus à Seidlitz.

Georgius Imetzantzki;

Christophorus Zwick.

Henricus Dominus à Schleinitz;

Georgius Schienck à Stauffenburg;

Alexius Tuttzo Bethlehemsdörffius;

Rudolphus à Binau.

Balthasarus Buthion Baro.

Joannes Alphonsus Gassaldus.

Hartwig Schleusitzki.

Joannes Ludovicus Speth à Schepffgheim;

Casparus Lindég Lufanus, Cæs. Majest. Consiliarius & Secretarius.

Hornandus de Matzuello, rerum Hispanicarum Secretarius.

Petrus Hallerus. Rom. Cæs. Majest. Quæstor ærarius.

Georgius Fridenreich.

Franciscus Partin Medicinæ Doctor.

Barthelius à Kinckingen, dictus Tarrichter, Medicus aulicus.

Regina aulam Procurantes.

Don Francisco Lasso de Castilia, magister Curia;

Adamus Dom. à Dietrichstein Baro in Hellenburg; Wirckenstein & Talberg, Camerarius hæreditarius in Kernten, supremus Equariorum magister.

Don Diego Manrique de Mendoza, Equariorum Magister.

QUI CUM DANIELE PRINCIPE

Electore, & Archiepiscopo Moguntinensi,

Canonici & Comites; 24. Octob.

venerunt.

Joannes Andreas Mosbachius à Lindenfels, Decanus Moguntinensis.

Arnoldus à Bücholtz Presbiter.

Conradus Comes in Solms; & Dom. in Muntzenberg.

Georgius Comes in Eisenberg.

wolfgangus Comes in Eisenberg.

Henricus Comes in Eisenberg, & Dominus in Budingin.

Consiliarii & Docti.

Eberhardus Rude à Kollenberg, Magister Curia.

Christophorus Matthias Cancellarius Licent.

Joannes Leonhardus Kaduvitz ab Aulnbach Marefcallus.

Joan. Brendel ab Homberg, Senior.

Philippus Brendel ab Homberg.

Petrus Echterus à Messelbrun.

Philippus à Gröenrod.

Melchior à Gröenrod; Praefectus Aschaffenburgensis;

Joannes Oygenus Brendel ab Homberg.

Chilianus Eler D.

Philippus Koltz à Schwappenhaußen, D.

Balthasarus Sano, D.

Lemannus Scheller ab Hedern D.

Wendelinus Hessus Licent.

Secretarii.

Simon Wag.

Hieronymus Ples;

Andreas Erstenberger.

Theobaldus Wagnerus.

Magnates & Nobiles.

Albertus ab Adelsheim.

Anthonyus Spar.

Petrus à Schivalbach.

Philippus à Dinheim.

Hartmutus à Cronberg.

Theoricus ab Ernberg.

wildericus à Wallendorff.

Fridericus Mosbachius à Lindenfels.

Henricus à Selber.

Julius à Thungen.

Philippus à Bickhen.

Albertus à Dinheim.

Philippus à Thungen in Reusenberg.

wolfgangus Albertus Rude à Collenberg.

Vilhelmus à Carben.

Quirinus à Carben.

Henricus à Wassen Submarefcallus.

Ludovicus ab Hutten.

Philippus à Gunstatt.

Joannes Eytel à Knöringen.

Conradus Brendel ab Homburg.
 Conradus Stommel Equariorum magister.
 Laurentius à Schwalbach.
 Eytel à Vualbrun.
 Jacobus Hund à Saulheim.
 Theodoricus à Vueiler.
 Joannes à Labenberg.
 Sebastianus à Thüngen.
 Gottfridus ab Esthausen.
 Engelhardus à Lautern.
 Conradus Ridesel à Bellersheim.
 Crato Vuilhelmus Hilchen à Lorch.
 Eberhardus ab Heiffenstam.
 Georgius Truchsefs ab Hennenberg.
 Philippus à Stöchein.
 Stephanus à Rechenhach, Venatorum Præfectus.
 Fridericus Hund à Saulheim.
 Ludovicus à Marsheim.
 Christophorus Ries à Sultzbach.
 Melchior Heus.
 Christophorus à Dhun.

QUI UNA CUM JOANNE PRIN-
epe Electore & Archiepiscopo Trevirensi, &c. Cano-
nici, Comites, & Domini 22. Octobr.
venerunt.

CAPITULARES.

D. Bartholomeus à Leyhen, Scholasticus.
 D. Joannes à Schonberg.
 D. Henricus à Nassau.
 D. Wilhelmus Quaad in Landskron.

Comites.

Emmericus Comes in Leiningen & Dagspurg;
 Dom. in apermont.
 Joan. Comes in Eisenb. & Grefslau.
 Sebastianus à Dhaun, Comes in Falckenstein, &
 Dom. in Oberstein.

Consiliarii & Docti.

Michael à Leyhen, Marefcallus.
 Georgius Dom. in Elz, Præfectus in Munstermei-
 feld.
 Philippus à Reiffenberg, Præfectus in Molspurg,
 Montabaur & Limpurg.
 Joannes à Leyhen, Præf. etus Confluentinus.
 Philippus à Nassau, Præfectus in Niderlaimstein.
 Nicolaus ab Ebringen Dominus in Schwartzen-
 burg, Præfectus in Vuulich & Manderfcheidt.
 Henricus à Buhel, L. L. Præfectus in Pfaltz &
 Grumberg.
 Joannes à Lainstein, Præfectus Kochemiz &
 Ulmz.
 Theodoricus à Dietz, Præfectus in Dietz, Altenau
 & Camberg.
 Anthonius Vualdbott in Bafsheim.
 Joan, Richardus ab Eltz, Præfectus in Schöneck,
 Hundsruck, & Baldoneck.
 Bernhardus Clauue, Præfectus in Mayen & Ham-
 merstein.
 Joannes Dom. in Helffenstein.
 Damas Quaad Dom. in Landskron.
 Christophorus Haber, J. U. D.
 Joannes Vuimpffiu J. U. D.
 Cuno ab Homburg, J. U. D.
 Conradus Cocus, L. L.

Nobiles.

Gerhard. ab Heyden, Magister curiz.
 Philippus Vualdecker à Kainest, Equariorum
 magister.
 Arnolphus à Schertle.
 Adolphus Schilling à Lainstein.
 Christophorus ab Eltz.
 Emmericus ab Eltz.
 Gottfridus à Palland.
 Georgius à Leyhen, Marefcallus.
 Henricus à Filtz.
 Wolfgangus Kemmerer à Wormatia, dictus à Dal-
 berg.
 Antonius Rols à Waldeck.
 Hermannus ab Herfel.
 Nicolaus à Neidbruck.
 Carolus Mul ab Ulmen.
 Carolus à Metternich.
 Joannes Philippus à Vuachenheim.

Theologi & Medici.

Joannes Adler, D. Theologiæ.
 D. Christophorus Tholes Sacellanus.
 Petrus Vincimannus, Medicus, D.

QUI UNA CUM FRIDERICO PRIN-
epe Electore, & Archiepiscopo Coloniensi (Canonice)
Comites, & Domini 23. Novemb.
venerunt.

Georgius à Seyn, Comes in Wittgenstein, &c. qui
 antea Legatus fuerat.
 Dom. Henricus Comes in Seyn, Dom. in Hom-
 berg, Episcopus Chori Coloniensis, & Præpo-
 situs.
 Dom. Joan. Comes in Menderfchid, & Blancken-
 heim, Scholasticus.
 Dom. Herimannus Comes in Neuenar & Morfs;
 Dom. in Badbur, Episcopus Coloniensis Curiz
 Magister hæreditarius.
 Dom. Ludovicus à Seyn, Comes in Witgenstein, &
 Dom. in Homburg.
 Reinhardus, Philippus, & Ludovicus, Comites ab
 Eisenburg, Dom. in Büdingen, fratres.
 Christophorus Ladislaus Comes in Nellenburg &
 Tengen.
 Cuno Comes in Manderfchid & Blanckenheim;
 Dominus in Schleiden.
 Joan. & Meinolfus, Dom. in Büren.

Consiliarii & Docti.

Georgius à Leyen, Dom. in Saffig, Magister Curiz.
 Rüdingerus ab Horst, Marefcallus.
 Franciscus Balckhardi, D. & Cancellarius.
 Wilhelmus Dom. in breiteubach, Dom. in Bo-
 reitheim.
 Joannes à Brembt.
 Michael Glaser, D.
 Degenharius Has, D.
 Gerhardus Kleinsorg.
 Joannes Auerdank.

Officia gerentes.

Egmundus à Flatten, Magister Curiz.
 Erasmus à Beel, Equariorum magister.
 Bernhardus Colmannus, à poculis.
 Wilhelmus ab Holzheim, Culmæ magister.
 Philippus à Viermund, Prægustator.
 Damas Wolfgangus à Metternich, Sculariorum
 Præfectus.

Nobiles.

Theodoricus ab Eyl.
 Hermannus Kettler.
 Theodoricus Quaad,
 Joannes à Bernersberg.
 Joannes à Ratsfeld.
 Gofsveilus à Ratsfeld.
 Philippus wilich.
 Adolphus Schleiffart.
 Theodoricus à Wittenhorst.
 Joannes à Plettenberg.
 Laurentius Schungel.
 Wilhelmus à Steyrath.
 N. Degenbroch.
 N. Mordion.

QUI UNA CUM FRIDERICO (COMITE

Palatino Principe Electore, Ducis, Comes
& Domini 21. Octob. venerunt.

Dux Ludovicus, Palatinus, &c.
 Dux Joannes Casymirus, Palatinus, &c: fratres.
 Comes Eberhardus in Erbach, Curia magister su-
 premus.
 Comes Christophorus ab Oldenburg.
 Comes Philippus à Nassau, & Wisbaden.
 Comes Joan. Henricus à Leiningen.
 Comes Albertus à Nassau, & Weilburg.
 Comes Christophorus ab Ostfriesland. (heim.
 Comes Valentinus ab Erbach, Burggravius in Aliz.
 Comes Georgius Joannes ab Erbach Junior.
 Schepckius Fridericus à Limpurg.
 Joannes Baro in Schwartzenburg.

Consiliarii & Docti.

D. Christoph. Probus, Cancellarius.
 Johannes Bleickhardus, Landschad, Marefcallus.
 Erasmus à Venningen, Curia Prator.
 Joannes à Dirichheim.
 Adolphus Herman Ridesel, Praefectus Germershe-
 mius.
 Christophorus à Gottart, Submarefcallus.
 Carilius Bavarus à Bellenheim.
 Fridericus à Flersheim, Praefectus Lutrensis.
 D. Philippus Heylos.
 D. Christophorus Ehemius.
 D. Ulricus Bitterer.
 Sebastianus Heuring.
 Wenceslaus Zulger, L.L.
 M. Georgius Weisbroi Secretarius.
 Petrus Kleinmannus Camera Secretarius.
 Joannes Meyer Registrator.
 Leonhardus Grun Secretarius.
 Ulricus Hausner, Burggravius Starckenburgicus.
 Jacobus à Seldeneck, Imperii Archimagirus.
 Blickhardus Landschad Praefectus Mosbacensis.
 Joannes ab Hirschhorn.
 Conradus à Grumbach, Praefectus in Beckelheim.
 Nicolaus à Schmidberg, Praefectus Oppenheimus.
 Melchior à Feilitsch, Curia magister.
 Joannes Erhardus à Flersheim.
 Joannes Engelhardus à Schönberg.
 Sebastianus ab Herda.
 Joannes Eytelzeizer.
 Meinhardus Wolffius à Schönberg.
 Ludovicus à Flehingen.
 Bernhardus Geller à Raffenspurg.
 Philippus Schlichterer à Greiffenstein.

Casparus Lerck à Dirnstein.
 Eytel Albertus Trautvvein; Equitum Praefectus.
 Sebastianus à Brant Stebler.
 Wilhelmus à Meiffenburg.
 Bernhardus à Rüdickheim.
 Eberhardus à Cronberg.
 Seufridus à Dinheim.
 Jacobus à Maluille.
 Theodoricus à Dalberg.
 Franciscus à Sickingen.
 Joannes Philippus Landschad.
 Georgius Bos à Waldeck.
 Joannes Philippus ab Helmstatt.
 Christophorus à Seckendorff.
 Leonhardus à Gemmingen.
 Eytel Joannes à Bleimingen.
 Joannes Conradus à Franckenstein.
 Wolfgangus ab Oberstein.
 Fridericus à Lauenburg.
 Ludovicus ab Hirschhorn.
 Philippus Ludovicus à Venningen.
 Martinus Mal.
 Christophorus Leutsch.
 Georgius Bellendorffer.
 Stephanus Thurm.
 Joannes Bertoldus à Flersheim.
 Joannes Philippus ab Helmstatt, Junior.
 Joannes Pilsbort à Trier.

Comitum Nobiles.

Joannes à Deckelburg, Capitaneus.
 Joannes Trost.
 Joannes ab Ertraut; Nassaviensis Curia Prae-
 fectus.
 Philippus à Wolmershausen.
 Bernhardus Zorneck à Weinheim.
 Otto à Dhurn.
 Joannes Schütz.
 Güntherus à Wahrn.
 Georgius à Schönberg.
 Paulus ab Helmstatt.
 Joannes ab Hall, dictus Minheim.

QUI CUM DUCE AVGVSTO PRIN-

cipe Electore Saxonie, Ducis, Comes, ac
Domini 16. Octob. venerunt.

Ernestus Dux Brunsvicensis.
 Wilhelmus Landgravius, Hessorum Princeps,
 Junior.
 Franciscus Dux Lauenburgensis.
 Bernhardus Princeps Anhaltiae.
 N. Comes ab Hollach.
 N. Comitissa à Solms, Vidua.
 Joannes Güntherus Comes à Schwartzenburg.
 Joannes Albertus Comes à Mansfeld.
 Joannes Comes ab Oldenburg.
 Dn. Georgius, & Hugo, Fratres, Comites à Schön-
 berg, Domini in Glauchau, Penig, & Harten-
 stein.
 Dm. Joannes à Ponikau.
 D. Ulricus Mordeisen.
 Georgius Vaile Rastenbergicus, Marefcallus.
 Wolfgangus à Schönberg.
 Casparus à Schönberg.
 Christophorus à Ragenvitz.
 Joachimus Kobel, Praefectus in Schleinitz.
 Georgius à Schönberg.

- Henricus à Schönberg, Consiliarius.
 Dilius à Trottha.
 Henricus à Pappenheim,
 Vitus Conradus à Pappenheim, ambo Imperii Ma-
 rescalli.
 D. Hieronymus Kommerstat, nomine Canonico-
 rum Mersburgensium.
 Erasmus à Konneritz, Curia Prætor.
 Joannes à Schleinitz.
 Sigismundus à Miltitz, Schenckenburgi degens.
 Nicolaus Miltitz.
 Henricus à Schleiffenthal.
 Wolfgangus Diefflitter.
 Sigismundus Pflugius.
 Nicolaus Pflugius.
 Hadrianus à Steinberg.
 Georgius ab Holl.
 Henningus à Bortfeld, Præfectus Gomerchsis.
 Henricus à Staupitz, Præfectus in Beltzig.
 Jacobus à Schullenburg.
 Mauricius à Frisan.
 Joannes à Wolffen.
 Joannes à Rhebuck, quatuor Equitum Præfecti.
 Joannes à Carlevitz.
 Joannes Loser in Gretzsch.
 Henricus à Bunlau.
 Ericus Volckmarus à Berlepsch.
 Georgius Werther.
 Wolfgangus Keller zum Stein.
 Abraham Bock.
 Hauptoldus à Starschedel, in Müllstein.
 Rudolfus à Bünau Præfectus Curia.
 Conradus Præfectus Ecklatensis.
 Joannes à Taubenheim.
 Wolfgangus à Chemnitz.
 Dham à Sibottendorff.
 Wolfgangus Rauchhaupt.
 Joannes Georgius à Bonickau.
 Henricus Schleinitzius.
 Georgius Casparus Pflug.
 Conradus Bens.
 Joachimus à Berdau.
 Lipoldus à Klitzingen.
 Wernerus Vitzthumb.
 Wilhelmus Joachimus à Carlevvitz.
 Joachimus à Carlevvitz, Junior.
 Otto à Carlevvitz.
 Fridericus Vitzthumb, Præfectus Curia.
 Georgius Kuninger, à poculis.
 Joachimus à Pella.
 Theodoricus à Trotha.
 Alexander à Miltitz.
 Hermannus à Bodenleuen.
 Joannes Wolfgangus, Hauptoldus, ambo à Schön-
 berg.
 Abrahamus ab Einsidel.
 Henricus Monachus.
 Conradus ab Hochberg.
 Melchior ab Ostnitz.
 Georgius à Bernsdorff.
 Einfrid ab Ende.
 Joachimus ab Hartz.
 Georgius ab Holdau.
 Petrus Czlar.
 Joannes à Faubenheim, Junior.
 Joannes Marescallus.
 Adamus Strobeditzki.
 Abrahamus à Kôgkeritz.
 Joannes Kitscher.
 Wolfgangus à Mergenthal.
 Sigismundus à Kôheritz.
 Sebastianus Vitus, Reder.
 Henricus à Gruna.
 Joannes Reuterus.
 Christophorus Bernstein.
 N. à Pollentz.
 Laurentius Lindenman, D.
 Georgius Craco, D.
 Paulus Vogel, D.
 Joannes Ihenitzius.
 Valerius Krakhau, ambo Secretarii.
 Joannes Neffe Medicinæ D.
 Joannes à Linden Pharmacopæus.
 D. Daniel Geiser Superintendens, Concionator
 Aulicus.
 QVI VNA CVM JOACHIMO PRIN-
 cipe Electore Brandenburgensi, Comes &
 Domini, 28. Octob. venerunt.
 Joannes Georgius Comes in Mansfeld.
 Albertus Georgius Comes in Stolberg.
 Comes Wilhelmus ab Honstein Marchionatus su-
 perioris præfectus.
 Dn. Wilhelmus Pöcklin præpositus Ecclesie Mag-
 deburgensis.
 Jobus Comes in Barbi.
 Christophorus Spar Marescallus.
 Adamus Trotha.
 Dn. Liberius à Bredau, præpositus Ecclesie Bran-
 deburgensis.
 Georgius à Branckenburg.
 Joachimus à Schulenburg.
 Levinus à Schulenburg, Præpositus Ecclesie
 Havelburgensis.
 Anshelmus à Zalschvitz.
 Ernestus à Mandeslau.
 Franciscus Spar præfectus Neapolitanus.
 Henricus à Saltza Præfectus in Neuendorff.
 Fladius Bocklin.
 Joannes à Buch præfectus Trebinus.
 Bernhardus Spigelius, præfectus in Postampt.
 Dn. Georgius Platau.
 Albertus à Schulenburg.
 Joannes Flancius, præfectus in Bolitz.
 Georgius Flancius, præfectus in Spadau.
 Chunradus Flancius.
 Jacobus à Saldern.
 Albertus à Schlaberndorff.
 Joannes à Riesen.
 Joannes Rhor.
 Chunradus ab Arnim.
 Wernerus ab Arnim.
 Nicolaus ab Arnim.
 Bernhardus ab Arnim.
 Joannes à Schlieben.
 Joannes à Bredau.
 Mattheus à Veltheim.
 Wolfgangus à Kloster, Camerarius.
 Andreas Klitzing, Camerarius.
 Thobias Spigelius.
 Christophorus Dorikhe, pocillator.
 Nicolaus à Jagau.

Chuno à Chumen.
 Matthias ab Uchtenhagen.
 Henricus Schonbeck.
 Jobus Brant.
 Andreas Carolopolites.
 Christophorus à Rochau.
 Joannes à Fronhau.
 Achilles Klitzing.
 Sigismundus Bergstorffius.
 Antonius à Rochau.
 VVilhelmus Krümensee.
 Chuno à Bardeleben.
 Theodoricus à Schulenburg.
 Melchior à Gelnhorn.
 Andreas Kundorffius.
 David Spigelius.
 Gotfridus ab Ende.
 Jacobus à Stirstexten.
 Erasmus Bettinus.
 Hermannus Obsopæus.
 Henricus Konau.
 Luderus ab Hunoe.
 Ludovicus ab Uchteritz.
 Samuel Sproffsky.
 Georgius Schwvanchegk.
 Fridericus Brizke.
 Bartholomeus Zabellitz.

Consiliarij & Docti.

D. Lampertus Distelinarius, Cancellarius.
 Andreas Zochius, D.
 Adrianus Albinus, D.
 Paulus Golistein, D.
 Albertus Thutmus, D.
 Christophorus Hornburgius, D.
 Lucas Hofmeisterus, D.
 Ulricus Buchnerus,
 Christophorus Meyenburgerus.
 Pantaleon Thurin, Secretarius.

Theologi & Medici.

D. Joannes Agricola Islebius, Superintendens.
 Dn. Joachimus Pasken.
 Dn. Abdias Pratorius M.
 Augustinus Stahlin, Medicinæ D.

*QUI UNA CUM WOLFGANGO
 Administratore Prussiae, & Teutonici Ordinis
 Magistro, in urbem sunt
 ingressi.*

Dn. Joannes à Rehen, Provinciae Praefectus.
 Baltharus Comes in Nassau.
 D. Philippus ab Altorff, dictus Wollenschlager.
 Georgius Hund à Wenckheim, Domus Teutonice
 Praefectus Francofurti ad Mœnum.
 Dn. Franciscus ab Hartzfeld.
 Adolphus Rau ab Holtzhausen.
 Casparus Michlingus.
 Joannes à Steinach, Marefcallus.
 Georgius Ulricus ab Hagenbach.
 Jacobus Hungler Hylsprunnenfis.
 Joannes Henricus ab Ernberg.
 N. à Kelekhum.
 N. Kampingus.
 N. Honstalius.

*QUI UNA CUM FRIDERICO EPI-
 scopo Wirzeburgico, & Duce Francia Orientalis, Ca-
 nonici, Comites, & Domini, 23. Novemb.
 venerunt.*

Wolfgangus Theodoricus ab Hutten, Decanus.
 Erasmus Neustetter, cognomento Sturmer, Duca-
 tus Francici Orientalis Praefectus.
 Joannes Egenolphus à Knöringen.
 Georgius Ludovicus à Sensheim.
 Joannes Nelhardus.
 Soldanus à Wirsberg, Vicemarescallus.
 Baltharus ab Hell, Cancellarius.
 Melchior à Gunderod.
 Ulricus Laurentius ab Hutten.
 Joannes Wolfgangus à Carlspach.
 Wolfgangus ab Hartheim.
 Sebaldus à Schletten.
 Georgius Sigismundus ab Aletzheim.
 Wolfgangus Adamus à Seckendorff, Camerarius.
 Georgius Baltharus à Wenckheim.
 Baltharus Heus ab Eussenheim.
 Philippus à Gertrang.
 Baltharus à Schonberg.
 Christophorus à Kintzingen, Dapiferi tres.
 Andreas à Steinau.
 Petrus Raben, Subcamerarius.
 Conradus wanetus, Secretarius.
 Conradus Mollerus.

*QUI UNA CUM MARQUARDO
 Episcopo Spirensi, Canonici, &c. 24. No-
 vemb. venerunt.*

Andreas ab Oberstein, Scholasticus.
 Henricus à Zeickheim, Curiae Praefectus.
 D. Hieronymus Moserus, Cancellarius.
 Wolfgangus à Talberg, Senior.
 Wolfgangus ab Hattstein.
 Philippus ab Angeloh, Prureinenfis ditionis Prae-
 fectus.
 Wilhelmus à Levyenstain, Praefectus in Reites-
 heim.
 Joannes Speth à Sultzberg, Praefectus in Luterbur-
 gicus.
 Petrus Nagel à Dinstein, Praefectus in Marientraut.
 Joannes Holtzapffel ab Hirxheim.
 N. à Stein.
 Georgius ab Hattstein.
 Eberhardus à Reiffenburg.
 Gothus ab Ende.
 Christophorus à Stein Collenfels.
 Jobus Kolenbeck, Curiae Praefectus.

*QUI UNA CUM ALBERTO, DUCE
 Bavaria, Comites & Barones, &c. 20. Octob.
 venerunt.*

Fridericus Comes Oetingensis.
 Henricus Comes in Fursttenberg.
 Ulricus Comes in Montefurt.
 Joachimus Comes in Ortenberg.
 Albertus Comes in Sultz.
 Albertus Comes in Leuenstein.
 Degenhardus Baro à Stauff.
 Dn. Joannes Fuggerus Baro.
 Dn. Joann Warmundus à Bern.
 Dn. Georgius ab Hegenberg, Eques auratus.

Dn.

Dn. Carolus à Fraunberg, Eques auratus.
 Dn. Joannes Georgius à Gumpenberg.
 Dn. Adamus à Ternis, Eques Auratus.
 Achacius à Leimingen.
 Wolfgangus à Dhanberg.
 Burckhardus à Kaltenthal.
 Jacobus à Thurn.
 Adolphus à Sanditzel.
 Vitus à Ternis.
 Wigelius à Weis.
 Vitus Marecallus à Pappenheim.
 Osvaldus ab Eck.
 Adolphus à Schyvarzenstein.
 Joannes Adamus à Maroltingen.
 Wolfgangus ab Haunsperg.
 Marquardus à Stein.
 Joachimus à Freyberg.
 Fridericus à Bentzenau.
 Georgius Rorbacensis.
 Joannes Ernestus à Welda.
 Conradus à Piecham.

Consiliary.

Alexander à Wildenstein, Marecallus.
 Wilhelmus Losch.
 Henricus Comes à Lupfen.
 Wolfgangus Wilhelmus à Machstein, Baro in Waldeck.

Wilhelmus à Bern, Baro.
 Wigelius Hund, D.
 Joannes Hagenmuller, D.
 Joannes Eingchurn, Archimagirus.
 Bernhardus Dichtelius.
 Petrus Oberbürgerus, Secretarius.

Dapiferi & Camerarij.

Joannes Adamus à Minckenthal.
 Samuel à Quittelberg.
 Leonhardus Meiningerus.
 Carolus à Freiburg.
 Burckhardus Nothafft.
 Sigismundus à Mintau.
 Ernestus à Rychberg.
 Wernerus à Sebelstorff.
 Joachimus à Sichenstein.
 Joannes Henricus à Muckenthal.
 Wolfgangus David à Nusdorff.

Nobiles antici.

Andreas Peningerus, Capitaneus.
 Nicolaus warnstett, Capitaneus.
 Bernhardus ab Utina.
 Hieronymus wilibaldus à Siebelstorff.
 Henricus Volckerus à Freyburg.
 Erhardus à Muckenthal.
 Ludovicus Welferus.
 Isaacus Lamprechtingerus.
 Joannes Adamus à Fraunberg.
 Ulricus à Preisingen.
 David à Danberg.
 Joannes Sigismundus à Parsperg.
 N. Mundelius.
 Casparus Liechtenfelderus, Quaestor ararius.
 Christophorus Wolfius.
 Ulricus Pavo.
 Casparus Achacius widersprecher.
 N. Honolt.
 N. Gerstorffer.
 N. Thonhauser.

Christophorus ab Hoburg.
 N. Severus.
 Onophrius Forsterus.
 Nicolaus Ungerus.
 Leonhardus Kushamerus.
 wilhelmus Marius.
 wigelius Hund.
 Joannes Sigentmullerus.
 D. Joannes Danmullerus, Medicus.
 D. N. Caucius, Medicus.

DUX GEORGIUS COMES P A
latinus Kheni, Dux Bava-

*ria, &c.
Consiliary.*

Henricus Geispitzheimlus, Praefectus Bolandius.
 Joannes Valentinus à Schötenburg, Praefectus Stromburgicus.
 Matthias Rhodderus, D. Cancellarius, & Praefectus Simmeranus.
 Conradus ab Obentraut.
 Sebastianus Marius, L. L. Praeter Crucenacensis.
 Otto Secla.
 Cyprianus Vomelius Stapertus D.
 Andreas Sexheldanus, D.
 Georgius Artopæus, D.

Nobiles antici.

Philippus V Wolfgangus à Spanheim, Praefectus Castellanus.
 Georgius à Breidenbach.
 Conradus ab Ixstat, dictus Hattstein.
 Joannes Henricus Hagius.
 David a Reyhel.
 Henricus à V Vachienum, dictus à Bechtelsheim.
 Bernhardus à Geispitzheim.

Ad Cancellariam pertinentes.

Joannes Naffetterus, Secretarius.
 Nicolaus Kernerus.
QUI UNA CUM DUCE WOLFGANGO COM
ite Palatino, &c. Comites, Barones, ac Nobles,
30. Octob. venerunt.

Georgius comes in castel.
 Quirinus Dom in Hohengeroltzack.
 Henricus Reus, Dom, à Blauen.
 Andreas Fuchis à Binbach, & Mehrn, Administrator Neuburgensis.
 Wilhelmus crancius à Geispoltzheim, Administrator Bipontinus.
 Henricus à Stein, Marecallus.
 Philippus à Gemmingen, Praefectus in Neucastell.
 Alexander Pflugius.
 Ludovicus Grempius, J. U. D.
 D. Ulricus Sitzinger Praefectus in Sultzbach.
 Dionysius Grempius.
 Joannes Stieberus.
 Conradus à Bimmelberg.
 D. walthetus Drechseltus.
 Ludovicus Dhur, consiliarius.
 Casparus Benbelius, camerarius.
 Joannes Francus, camerarius Bipontinus.
 Fridericus à Schonberg, Praefectus in Trävach.
 Fridericus à Schmidberg, Praefectus Birckfeldensis.
 Fridericus Kratzius à Scharffenstein, Praefectus Liechtenbergensis.
 Joannes Dhin, Praefectus Meissenheimensis.
 Christophorus Meisnerus, Curia Praefectus.
 Bohemus à Kutschir, Equitum Praefectus.

Albertus à Krailsheim.
 Apollo à Dotha.
 Conradus Teuffel.
 Henricus ab Ulm.
 Christophorus Vait.
 Georgius à Rotenburg.
 N. Stingelheimer.
 N. Cleraval.
 Joannes à Limpach.
 Caspar Zollerus.
 Wigelius Hund.
 Licenciatus Schvvebelius.
 Ernestus à Rechenberg.
 Joannes VValtherus à Gemmingen.
 Hugo à Kreuch.
 Burckhardus Refinus à VVolfframsdoiff.
 Martinus Poelius.
 Marquardus à Freyburg.
 Georgius Christophorus Adelmannus ab Almansfelden.
 Fridericus Schenck à Geyern.
 Arnoldus à Leuenstein.
 Philippus Geyer à Gibelstat.
 Martinus à Baumgarten.
 Hermannus Goldackerus.
 Joannes Eblebenus.
 Joannes Schvvebelius.
 Joannes à Dersch.
 Joannes à Rottenberg.
 Wolrabus Benenberg.
 Joannes à Finsterlohe.
 Joannes Georgius à Berchlingen.
 Georgius Otto à Brandt.
 Hector à wernau.
 Joannes ab Hatsttein.
 Joannes Conradus ab Helmsatt.
 Blickhardus à Gemmingen.
 Henricus Rudingerus.
 Georgius Lesslerus.
 Colmannus weiffenventzius.

QVI VNA CVM GVLIELMO
Duce Juliacensi, &c. Comes, Barones, ac
Nobiles, &c. 20. Octobris vene-
runt.

Hermannus Comes in Neuenar & Mors.
 Franciscus Comes in waldeck.
 Ezardus Comes & Dominus in Phrysa.
 Adolphus & Ludovicus, Comites in Nassau.
 VWilhelmus Comes in Schwvartzenburg.
 Theodoricus Comes in Manderscheid.
 Joannes Gerhardus Comes & Dominus in Gerhardtstein.
 Philippus Comes in Mansfeld.

Consiliarij.

VVernerus Dom. in Gimnich, Marefcallus.
 VWilhelmus à bernsau, Dom. in Hardenberg.
 Arnoldus à VVachendunck, equariorum Praefectus.
 Jodocus ab Eller, Praefectus Lineburgicus.
 VWilhelmus ab Harff, Dom. in Alstorff & Hurt.
 Theodoricus ab Horst, zum Haus.
 Theodoricus à Palant Dom. in breitenbend, & Praefectus in VVassenborg.
 Victor Knippingus, Praefectus zum Ham.
 Joannes à Knischenberg, Dom. in Setterich.
 Henricus à Reck, Praefectus in Lymers.

Jacobus Omphalius D.
 Carolus Harff, D.
 Hadrianus à biland Dom. in VVel & Praefectus Gennepensis.
 Christophorus à Kolhausen Praefectus Monhemius.
 Otto à Biland Dom. in Reide, & Praefectus in Halmsberg.
 Joannes ab Harff praefectus bornensis.
 Joannes à Palant, praefectus in VVilhelmstein & Eschervweiler.
 Cuno à binsfeld praefectus in Nideggen & Schonforst.
 VVernerus à Rongart, camerarius Juliensis hereditarius.
 Casparus Lappius, Praefectus Altenanus.
 Joannes ab Holtorx, praefectus.
 Theodoricus ab Hal.
 Ulricus à Mayraid, dictus Schiffart, in Nerveiden.
 VWilhelmus à VVillich.
 christophorus à VVillich.
 Arnoldus à Stommel.
 Adolphus barich, dictus Olyschlagerus.
 Franciscus à Lohe, praefectus in Godenion.
 Gotthardus baro in Schwvartzenburg, Curia Praefectus.
 Georgius à Romberg, Equariorum Praefectus.
 Ludovicus Dom. in Polheim.
 Damas ab Harff.
 Georgius à bonen, Archimagirus.
 Joannes Spies.
 bertramus à Lansberg.
 Joannes Kettelerus.
 VWilhelmus à Lutzenraid.
 Volmarus à Scheid.
 degenhardus à Mayraith in Schlosberg.
 Otto Spenneck.
 Arnoldus pickius.
 VWilhelmus Spies.
 Adolphus à battenburg.
 Joannes ab Effern.
 Georgius à Lamperg.
 Theodoricus Joannes ab Aldenburckheim.
 Joannes ab Ochsenbrach.
 Sibertus à bernsau.
 Conradus à Romburg.
 Gotthardus Schirpius.
 N. Hurtenbrecherus.
 Quadus à VVickenraid.
 N. Firmund.
 M. VValtherus.
 paulus Langerus, ambo Secretarij.
 Gotthardus à Mergen, Commentariensis.

QVI CVM DVCE LOTHARINGI
co &c. 19. Novemb. vene-
runt.

Joannes Comes in Salm.
 Ludovicus Scheiffardus à Meynradt.
 Advere cum illo etiam complures alij persone illustres, quarum nomina propter subitum discessum in hunc Catalogum referri non potuerunt.

QVI CVM IO ANNE ALBERTO
Duce Meccelburgico, &c. 18. Octob.
venerrunt.

Andre-

Andreas Bugenhagius, Marscallus.
 Theodoricus Moltzan.
 Wernherus Han,
 N. cancellarius.
 Dominus à Dhen.
 Reimerus winterfeldius
 Melchior à Luhe.
 Joannes Voigtius.
 Joachimus Rhor, Senior.
 Casparus warmsdorffius.
 Joachinus Moltzan,
 Horrvichius Moltzan, Junior.
 Balthafarus Moltzan.
 christophorus Han.
 Henricus Kleinau.
 Joannes cheselius Poëta.

QVI CUM CHRISTOPHORO DVCE WIR-
tembergico, &c. Principes, Comites, &
Barones 19. Octob.
venerunt.

Ludovicus Landgravius Hessorum Princeps.
 Eberhardus Dux wirttembergicus.
 N. curiæ Præfectus.
 Eckhardus à Bol.
 Volandus.
 N. Marscallus.
 Gebhardus comes in Helffenstein.
 Henricus, comes in castel.
 christophorus, & Henricus, ambo Dom. à Lim-
 purg.
 Dn. albertus comes in Hohenlohe.
 Joannes comes in Tubingen.
 Jobus Dom. in Heideck.
 N. Dom. à Schwartzenburg.
 Nicolaus VVerstorff.
 Anshelmus à Leipzig.
 Wolfgangus D. ab Heideck.
 VVolfgangus Schenk.
 Joannes wilhelmus Schenck.
 N. VVolfgangus Theodoricus megentzer.
 Hugo à Rechberg.
 N. Leininger.
 N. Ingeltzhoffer.
 N. Brumullerus.
 N. Panhemius.
 Georgius Marscallus.
 N. Breitenbach.
 N. Binau.
 N. Liechtenhan.
 N. mentzingerus.
 N. Landaver.

Consiliarij & Magnifici.

Bernhardus à Stein.
 Tuernerus à Munchingen.
 VVolfgangus à Dienstett.
 N. Dalackerus.
 Dn. Joannes à Steinheim.
 VVolfgangus Theodoricus Nothafft.
 N. Bernhäuser.
 Joannes Sigismundus à Freyberg.
 Vitus Schonerus.
 N. Henegkerus.
 Melchior à Salhausen.
 L. Balthafarus Eyslingerus.
 Franciscus Kurcius.
 D. Joannes Schwartz.

D. Joannes Sechellius.
 Ambrosius Reschius.
 Hermannus Ochsenbach.
 Conradus Schlerffius.

Theologi.

D. Joannes Brentzius.
 M. Balthafarus, concionator Aulicus.

QVI CUM VVILHELMO PRINCE-
pe Vranienti, &c. Comites, & Ma-
gnates, 9. Novembris
venerunt.

Ludovicus Comes in Nassau.
 Joannes Comes in Arnberg.
 Anthonius Comes in Hochstratten.
 Albertus comes in Schwartzenburg.
 Henricus comes in Eilenberg.
 N. comes in Nugarol.
 N. baro in beierstel.
 N. Dom. in Eldern.
 N. Dom. in Heher.
 N. Dom. in Scher.
 N. dom. in meher.

NOMINA COMITVM ET MAGNA-
tum, qui suis sumptibus Francofurtum
venerunt.

Guntherus comes in Schvvarzburg dominus in
 Arnlat & Sundershausen, & cum eo.
 christophorus Comes in Oldenburg.
 Arnoldus Stammerus Provinciæ præfectus.
 David Schifferdicker, I. C.
 Henricus Mullerus M. & Consiliarius.
 Lazarus Streckenus, Capitaneus.
 Rudolphus Rauhaupt, Capitaneus.
 Sebastianus Kalb, magister equitum.
 Philippus à Berlipfch.
 Joannes dohnerus, Curia præfectus.
 Henricus Rosch.
 Albertus Volradus Rauchhaupt.
 Joannes VVilhelmus à Berlipfch.
 Joannes bartholomæus à Kolnitz.
 Nicolaus Schneidla, Camerarius.
 Cornelius N. Equariorum magister.
 Georgius Romanus, Secretarius.
 Lazarus Rauchhaupt, Camera Secretarius.
 D. Petrus Avianus, medicus.

Præterea.

Fridericus Comes in Oetingen, & cum eo D. Joan-
 nes Pertzelius, Cancellarius.
 Ludovicus à Dimentstein.
 VVolfgangus Christophorus Lungius.
 Joannes VVernerus à Treppach.
 Albertus à Treppach.
 Joannes Georgius à Cassau, Junior.
 martinus Schletzius.
 VVolfgangus Comes in Oetingen.
 Carolus Ludovicus, Comes in Oetingen.
 Joannes Comes in Reupoliskirchen.
 Floris Comes ab Horn.
 Antonius & Christophorus Comites in Oldenburg
 & Delphmenhorst.
 Ludovicus Casymirus Comes in Hohenlohe,
 Volradus, Joannes, Carolus, fratres, Comites in
 Mansfeld.

Ernfridus Comes ab Ortenburg.
 Joannes Comes à Nassau & Sarbrucken.
 Sebastianus Comes ab Helffenstein.
 Albertus Comes à Sultz.
 Ulricus Comes in Muntfurt.
 Henricus Comes in Furstenberg.
 Egenolphus Comes in Rapolstein.

Legati Aquisgranenses.

Gerlachus Radenmacher, I.C.
 D. Nicolaus Willerman.
 Dn. Franciscus Block.
 Dn. Joannes Ellerborn.

Legati Norimbergenses.

Sebaldus Hallerus.
 Gabriel Nuzelius.

Legati Colonienfes.

Dom. Arnoldus à Sigen, Eques Auratus, Cæl. M.
 Consiliarius.

Dn. N. Leiskirchius.

Dom. Philippus Geil, tres Consules.

Legati Magdeburgenses.

N.N.

N.N.

EQUITES AUREI VELLERIS, CUIUS

Ordinis hac tempestate primus est Philippus Rex Hispania.

Ferdinandus Cæsar Rom.

Maximilianus Rex Rom.

Albertus Dux Bavariz.

Philippus Dux Arctotus.

Wilhelmus Princeps Uranienfis.

Lamorale Comes ab Egemont, Princeps in Gaveren.

Florentius Comes ab Horn, Administrator inferioris Germaniz.

Joannes Comes ab Arnberg.

Antonius Comes in Hochstrat.

Uratisslaus Dom. à Bernstein.

Wilhelmus Marchio à Rentin.

Joachimus Dom. à Neuhausen, supremus Bohemiz Cancellarius.

P E D E S T R I S A R M A T U R Æ

Tribuni ac Præfeti, seu Capitanei.

Christophorus Comes ab Oldenburg.

Philippus Comes ab Eberstein.

Lamorale ab Egemont, Princeps in Gaveren.

Joannes Georgius à Gumpenberg.

Joannes Comes à Nassau.

Georgius Comes à Helffenstein.

Georgius ab Hegneberg, Eques Auratus.

Nicolaus ab Hattitett.

Wolfgangus Diefftetter.

Lazarus à Schvendi.

Georgius ab Holl.

Johannes Schnabel.

Nicolaus Dominus à Polyveil.

N. Siglinger.

Equitum Præfeti.

Ernestus Dux Brunsvicensis.

Guntherus Comes à Schvartzenburg.

Jacobus à Schülenburg.

Henricus à Staupitz.

TOM. III.

Adrianus à Steinberg.

Albertus à Rosenberg.

Joachimus Robel.

Adamus Trot.

Ernestus à Mandelsloh.

ENUMERATIO EORUM, QUI OF-

ficia Rom. Imp. hæreditaria gerunt.

Christophorus Baro in Limburg, Pocillator.

Henricus à Pappenheim, Imp. Marecallus.

Vitus Curtius à Pappenheim, Imp. Marecallus.

Conradus à Pappenheim, Imp. Marecallus.

N. à Pappenheim, Imp. Marecallus.

Jacobus à Seldeneck, Imp. Archimagirus.

Carolus Comes à Zoln, in Hohenzoln, Imp. Camerarius hæreditar.

Carolus à Fraunberg, Imp. Auratus Eques hæreditarius.

Joannes Christophorus à Fraunberg ejus frater.

Joannes Adamus à Fraunberg, ejus Cognatus.

QUI EDITIS SCRIPTIS SVNT

celebres, ac tum temporis Francofurti fuerunt.

Theologi.

Joannes Agricola Islebius apud Brandenburgicum.

Georgius wicelius.

Joannes Brentius apud Wirtembergicum.

Abdias Prætorius Gotschalculus.

D. N. Immanuel, Professor Hebræus in academia Heidelbergensi.

D. Hieronymus Zanchus, Professor Theologiæ, Argentina.

Jurisperiti.

D. Apollinaris Ordinis S. Joan. Cancellarius.

D. Melchior Klingius.

D. Sebastianus Meisnerus.

D. Franciscus Hottomannus.

D. Nicolaus Cisnerus.

D. Simon Schar dius.

D. Georgius Tradelius.

D. Egidius Mommerius Limpurgicus.

Historiographi.

Joannes Voerthusius, Præpositus Daventriensis.

Michael Beuterus, Jurisperitus.

Samuel à Quickelberg, apud Bavariz Ducem.

Laurentius Schrædeus Antiquarius.

Joannes de Francolin Cæl. Maj. Heroldus.

Henricus Müllerus, apud Guntherum Comitem in Schvartzenburg.

Oratores & Poeta.

Joannes Sturmus Orator, & Rector Scholæ Argentinensis.

Cyprianus Vomelius, Colonienfis, Poeta.

Michael Toxites Medicinæ D. Poeta & Orator.

Andreas Rapicius, Poeta & Jurisperitus.

Joannes Posthius Germershemius Poeta.

Joannes Lauterbachius, Poeta.

Martinus Huberus Basiliensis Poeta.

Mathematici & Musici.

Joannes Taisnerus J. U. D. Mathematicus.

Orlandus de Lasso Musicus, apud Ducem Bavariz.

E Q U O R V M N V M E R V S.

Cæsarea Majestas cū Aulicis suis habuit Equos 1463.

Regia Majestas cum Regina, &c. 900

k

Princeps

Princeps Elect. Moguntinus, &c. 360.	Dux Bavariz cum Coniuge.	707
Princeps Elector Colonienfis, 14. Curribus Ungaricis ei obviam missis Francofurtum venit.	Georgius Dux Palatinus.	40
Princeps Elector Trevirensis Navi venit.	Wolfgangus Dux Palatinus.	281
Palatinus Princeps Elector, cum filiis Ludovico & Joan. Casimiro 364.	Wilhelmus Dux Juliacensis.	314
Princeps Elector Saxoniz, cum Coniuge, item Ernesto Duce Brunsvicensi, wilhelmo Landgravo Hessiz, principe Anhaltio, & Francisco Duce à Lauenburg.	Dux Lotharingiz, cum Matre & Sorore.	400
Princeps Elect. Brandenburgicus.	Dux Meccelburgicus.	162
Teutonici Ordinis Magister.	Dux Wirtembergicus, cum filio, & Ludovico Landgravo Hessiz.	316
Episcopus Wirceburgicus.	Princeps Uranienfis.	174
Episcopus Spirensis.	Ante adventum Duci Ascoti, Teutonici Ordinis Magistri, Ducis Lotharingiz, multorumque aliorum Comitum, & Magnatum, ab Imp. Marefcalla in Octob. Francofurti numerati sunt Equi.	5065

EXPOSITIO CAUSARUM, QUIBUS ANGLIÆ REGINA

Commovebatur, ut quasdam subjeutorum suorum cohorteis armis instrueret, respectu propriæ defensionis, & Christianissimi REGIS CAROLINI, fratris charissimi & ejus subjeutorum.

HTSI luctuola Galliz calamitas, communem omnibus Christianis Principibus & Imperiis, dolorem & curam asferre debet, ut aliqua levatio gravissimis difficultatibus reperiri possit, quibus Serenissimus Francorum Rex, & ejus Illustrissima mater Regina, & subjecti sane omnes periculosissime circumfessi sunt, tum etiam ut ptesilentissimum civilem bellum venenum præcaveatur, quod toti Christianorum nomini, clandestinis quorundam Gallorum consiliis coqui videtur, tamen ad excellentissimam *Angliæ nostræ Reginam* hæ pacis & quietis cogitationes propinquissimè pertinent, & ab illa sanè vehementer & serio jamdiu susceptæ sunt, partim insita generosissima quadam suæ Majestatis & clementissima natura, partim etiam saluberrimis consiliorum adhibitis sententiis. Totum enim hoc negotium, utcumque fuit abditum & involutum, tandem foras emanavit, ut omnes intelligant, & Regina ipsa sit experta, non solum fratrem suum charissimum Francorum Regem, à quibusdam suis hominibus, contra jus & fas, in magno periculo constitutum esse, consanguineos atque adeo propinquos suos infestari, subjectos eius innocentissimos gravissimis molestiis exagitados, omni genere tormentorum crudelissimè dilacerari, sed etiam in se vim illorum incurrere, regnum Angliæ facibus eisdem inflammandum esse, quibus nunc ardet Gallia, nisi tempestivum remedium istis terroribus provideatur. Hæc capitalis plaga, licet in omnium oculis tam aperte collocata sit, ut eam intelligentes viri facillime videre possint: tamen Regina, suos in his rebus turbulentissimis progressus, literis comprehendendi mandavit, ut ex illis cognoscatur, quantam fidem & integritatem, in asperrimis vicinorum regnorum temporibus adhibuerit, & deinceps etiam adhibitura sit.

Primum igitur *Regina* in ipso ad regnum suum ingressu, statim ostendit, quod pia communis Chri-

stianæ pacis cupiditate flagraret, cujus respectu distineri à se passa est aliquot annos certas hereditatis antiquæ possessionis, cū in eodè tempore pacificationis, alij plenissimè restituerentur, propter quorum affinitatem Angliæ regnum paulò antè in eas augustias conjunctum fuerat. Paulò post, propè nullo tempore interpositò, nova tempestas à quibusdam, qui minime id facere debuerant, contra salutem & honorem suæ Majestatis excitata est, armis & arreptis, & multis in eam contra pacis interpositæ conditiones intortis injuriis, quibus rebus effectum est, ut Regina tandem ad arma & ipsa descenderet, partim ut se teneret, regnumque suum ab hostili incursione liberaret, partim suos ut vicinos & confines tyrannidis compedibus solveret, quibus turbissimè restricti tenebantur. In quibus periculosissimis temporibus, licet valde trepidabat, tamen sua Majestas summa moderatione procedebat, primum per legatos sæpe denunciando, ne quicquam turbaretur, deinde publicè testificando se præsidij sui causa, facere quicquid faceret: postremo talem ad extremum ille tumultus exitum habuit, ut illo solo satis sciri potuerit, se semper pacis & concordiz fuisse amantissimam. Compositione facta cum summa videretur tranquillitas, Illustris *Scotiz Regina* proprium in regnum se recepit. In quo cum aliquandiu quiete confedisset, planeque sentiret quantum ad se regnumque suum à Regina Angliæ beneficium pervenisset, animoque repetens, quantam fidem & integritatem ad totum hoc negotium attulisset, variè ostendebat summa se cupiditate esse, & vehementer petere familiaritas ut arctior & interior inter Reginam & se possit introduci. Quod cum ipsa similiter valde vellet, utrinque procliviter ad id est assensum. Cum autem ad hoc amicitiz foedus se præpararent, multis ad illud obambulantibus inter se mutuo officiis, beneficentissimè Principes viam præmunicabant, sicut manifestissimè cognosci potuit, ex uberrima beneficentia quam Regina Guisus exhibuit, Illustris. Reginz avunculis, & omnib. reliquis ejus aut

ut amicis aut servis, quibus in Anglia vel iter fuit, vel negotium. Deinde clarissimus testis erat ætatis futuræ conjunctionis inter Principes, ille cogitatus quidem & institutus hac ætate præterita solennis & optabilis ad remotas Angliæ partes, earum congressus. Ecce autem hos pacis apparatus & quietis consilia dum Regina maximè tractaret, dolens ac gemens de hac spe dejicitur, & ad novas cogitationes invita deducit, nimirum ut ad tumultuosissimæ Galliarum motus animadvertat, in Angliæ vicinitatibus perstreptentes, & aliquem illis exitum si possit inveniat, præsertim quoniam ab illis personis excitati fuerunt, quos Maj. sua prius hostes apertos habuit, & à quibus magnas adhuc habet (sicut ipsi satis meminisse possunt) minimè negligendas offensionis causas, de quibus tamen Maj. sua subterit vult, amicitia respectu, quæ sibi cum Sereniss. Scotiæ Regina, sorore sua charissima, intercedit. Cum autem hæc in Gallia seditio primum irrumperet, jam tum Regina vehementer suspicabatur, primum ipsam Galliam hac intestina dissensione collapsuram, sicut factum est: deinde hanc *cladem* quasi contagione quadam ad alias nationes Christianas pervasuram: in primis autem ad Angliæ regnum tracturam, quoniam in propinquo situm esset, ac illorum consiliis oppugnaretur, qui civilis huius discordiæ fuissent auctores & architecti. Quapropter omnia legationum & hortationum remedia tentavit, & certam ad hanc rem misit illustrem personam, cujus ad transigendum auctoritatem habere poterat oratio. Sed altera pars solertiæ quadam & etiã terrore tantum festinabat, nullas ut pacis conditiones ad auresmitteret. Quam illorum implacabilitatem licet Regina vehementer admiraretur, tamen eam sanis consiliis tandem molliri posse dijudicavit. Igitur crescente tumultu cum cædes jam civium fieret, cum ad exitum & stragem devenit, cum *adolescens Rex*, imbellis & inermis puer, & metu consternata Regina mater, periculosissime traherentur & circumferrentur, & auctoritatem suam ad innocentium civium clades, ad opulentiarum urbium expugnationes, ad optimarum legum everisiones, ad nobilium & necessariorum & fidissimorum servorum interitus detorqueti permitterent: denique cum omnia scelerebus & maleficiis confunderentur, ut quorundam libidini serviretur, & etiã ut à quibusdam recederetur, saluberrimis institutis recens sancitis, quæ verum Dei cultum stabiliebant, & honorem Illustris. Regis amplificabant. Has Regina cum horribiles Galliarum ruinas in cæca consideraret, animoque provideret, eandem quæ Galliam depopulata est litem & vastitatem per omnes Christianas ditiones pervagaturam, in quibus *Evangelij doctrina* constitisset, tempestivæ medicinam animis tam vehementer exulceratis faciendam esse putavit, & maturè convenientem aliquam concordia viam inveniri debere, nec esse committendum, ut importuna paucorum in solentia florentissimi regni status intestinis distraheretur civilis belli discordiis. Solenne igitur & magnificam Regina nostra *legationem* adornavit, ex egregiis personis collectam, quæ prudentia valebant, & magnum habebant ulum in rebus gerendis, ut illorum interventu controversiis compositis, Sereniss. Regi suus constaret honor, & reliqui Ordines suum quique locum salvi tenerent, quem

à Republica prius accepissent. Sed totum hoc pacificationis genus rejectum & repudiatum est, nec in eo voluntas intercedere poterat, vel Regis adolescentuli, vel ejus meticulosæ matris, nisi quorundam assensu & præscripto, qui turbam omnium in principio fuerunt auctores, & adhuc fautores existunt. Dum autem Regina iis studiis detinebatur, primum ad Sereniss. Regis & fratris charissimi salutem respectum habens, deinde commoditatem & tranquillitatem utriusque seclæ procurans, pauca quædam & injuriosa subito contra Maj. suam capta sunt consilia, quibus aperte cognoscebatur, qualis illorum sensus esset, qui prius omnes pacis actiones exclusissent. Multi enim *Londinenses & Exonienses*, & reliqui per occidentales oras dispersi *Mercatores*, cum in illo tempore, commerciæ causa, variis in Britannia Minoris portibus diffunderentur, & rebus procuratis, ad portus quique suos reditum expedirent, repente manus illis injecta est, direptæ facultates, & ipsi in carcerem conditi, ex quibus qui manu promptiores resistebant, fœdissime perempti sunt: illorum abductæ naves, bona fisco addicta, cum interim nullum nostris crimen objicerent, sed insanis vociferationibus, illos *Huggenottos* esse conviciarent: quæ vox licet honestis mercatoribus, & imperitis nautis peregrina videret & nova, tamen auctores injuriæ nomen hoc satis prodebat, & etiã quovis illorum pertineret, si quando tempus illis ad explendum furorem suum concederetur. Neque vero, parva fuit aut contemnenda præda quam Anglis abstraxerunt, sed merces avulserunt & multas, & præciosas. Nec latrocinium hoc fuit privatorum hominum, sed aperta *praefectorum vis*, quam Magistratus etiã illarum orarum defendebant: & tam late grassabat hæc importunitas, ut neminem ex nostris inviolatum dimitterent, quem arripere possent: ex quibus sanè aliquot, summo cum periculo salutis, ex eorum manibus, evolaverunt. Cum autem nostri de tantis maleficiis apud legitimos magistratus conquererentur, nulla ex parte sunt ab illis sublevati. Quid enim miseri mercatores quæ rebus proficerent, cum literas ad Reginam, à Legato suo profectas, vi quadam intercepissent? nec tamen ulla fuerit tam grande scelus pœna secuta, nec ullam injuriam tam insignis satisfactioem habuerit. Quarum rerum summam Regina indignationem esse censet, quod auctoritas potius quod voluntas, & ipsi Illustris. Regi, & ejus Cariss. Matri, & etiã Regi Navarra generali Vicario, abesse videt, tam licentiosam & effrenam suorum hominum nequitiam corrigendi: de hinc magnum in eo dolorem accipit, quod adolescens Rex, ejus charissimus frater, ad tantas angustias reciderit ut nec populis sui libertatem, nec legum auctoritatem tueri possit, nec ex æquo & bono cum aliis Principibus & Imperiis agere. Quapropter tot & tam atrocibus contra regnum suum cumulatis injuriis, apertissime cerni potest acerbissimi motus Gallici, quos Dux Guisus & ejus sectatores sustentant, quanto propius regalis Mai. regnum infestent, quod ullum ex reliquis Principibus quamcunque ditionem: Illud etiã in primis cogitari debet, quod nec Regis auctoritas, nec Regiæ matris, nec prudentia moderatorum consiliarium, aut ipsos inter se Gallos, regere potest, aut vicinis nationibus justiciam administrare, quod omni præciso pacis tractatu, Rex &

ejus Regina mater, in decore jactati, subinde novas ad sedes pertrahuntur, cum magno salutis periculo, quocumque paucorum libido fert, ut suarum videant direptiones florentissimarum civitatum, & strages subjectorum contemplantur acervatim contrucidatorum. Præterea, vehementer hoc etiam attendi debet, quod quidam scriptis testificati sint, & variis rationibus invulgarint, aperta, vi se doctrinam Evangelij prorsus profligaturos, quibus illorum furiosis minis probabile est omnes Christianas nationes civili belli inter se collidendas & atterendas fore. Nos igitur has omnes conspirationum pestes si mente colligamus & ad extremum hoc adiciamus, quod Anglia nostra debet ante omnia meminisse, niminitum; quos Gallia sensit sui status infestissimos perturbatores, eosdē Angliæ prius hostes fuisse perniciosissimos, qui suam ut familiam paulatim attollerent, & amplificarent; universum regni nostri jus convellerē variis modis, & labefactare conati sunt, licet tam pestifera consilia summo Dei beneficio tandem ipsis autoribus exitiosa fuerint. Hæc omnia furoris, impietatis, injusticiæ, crudelitatis perversissima decreta, si pariter in unum conferantur, certè statuendum erit, Regalem Maj. nec justam habuisse rationem afflictæ conditionis Regiæ nec oppressorum ejus subjectorum, nec universæ quietis Christianiæ, nec etiam propriæ salutis & suorum populorum, quæ longè debet esse illi charissima, si paucas sinat truculentissimas personas in eadē Christianorum civium & sanguine volutari, quos ipsa propter vicinitatem ex cruentis illorum faucibus eripere possit: aut si permittat tam insolentes & inimicas cohortes in illis oppidis & portibus insidere, quibus ad nostros invadendos, quoties velent, excurrere possent, & tantū detrimenti nostris rebus inferre, quantum ab illorum hostilibus animis & odiis inveteratis expectari debet. Itaque cum Regina tot haberet tam justas & evidentes offensionis causas, & continua cum illis jungeretur, & sanè lamentabilis Gallicorum hominum quærela nostris oris adiacentium, pro salute sua continenter vociferantium, & oppidorum & portuum excidia deprecantium, in hac eventus præstantis Regis & prostrata fortuna, quasdam certas & inanis nostrorum hominum copias instruxit, partim ad recedendos ex infinitis miseris innocentes, Illustris. Regis subjectos, partim ad præoccupandos idoneos quosdam portus & urbes, ne forte pervenirent in illorum potestatem, qui nostram ad perniciem opportunitatem illorum statim converterent, sicut antehac sæpè & apertè facere sunt aggressi, ex quo consequerentur pacis in-

terruptio, quæ nunc inter Reginam Angliæ & Galliæ Regem intercedit, & ejus dissensionis pretextus *Caleti* jus & terrarum ad id pertinentium; Regno, Angliæ detraheretur, quæ res in iis Galliæ motibus diligentissimè precaveri debet. Hæc igitur omnia cum ita sint, Regina planè confidit suam hanc legitimam defensionem Deo probatam fore, quoniam ad Christiani nominis incolumitatem accommodatur & etiam Illustris. Galliæ Regi, fratri charis, minimè displicere posse, cum vivet institutis ipse suis, & veris ista ponderibus appendet: porro charitati patriæ satisfaciēt, quæ tam periculosis temporibus istis armorum præsidii carere non potest; & ad extremum altissimis radicibus aspirante Deo, sinceram fundabit & solidam inter gentes nostras pacem & concordiam, ut utrumque regnum jure suo plene possit & inviolate perfrui. Interea vero Regina firmissimè præstantis. Galliæ Regi promittit, & ejus Sereniss. Matri, Regique Navarræ, fidis denique illius universis consiliariis & subjectis, quod utcumque mendax illam improborum hominum loquacitas infamabit; defensionem hanc suam necessitate profectam, honore nixam, & officio summa fide & integritate temperabit, nihil usurpans, nec vim adhibens ullam; atque ad eum appellat & omne Christianum nomen hujus instituti sui testem quod nihil iis armis aliud spectat; nisi salutem optimorum Regis Galliæ subjectorum; quorum cervicibus manifestum & præsens exitium impendit, a quibus quamprimum perniciēs depulsa fuerit, ad hoc Regina omnem operam suam offeret, ut aliqua pacificatio salutatis introducatur, nec quicquam prætermittere eorum, quibus Illustris. Regis libertas recuperari possit, & omnes Gallici status Ordines reconciliantur & plebs ad pacem & quietem componatur. Quod sanctissimum Regiæ propositum, ita tandem ad optatissimum exitum perveniet, si Deus Clementissimus harum barbarum autoribus mentes humiles & summissas dederit, ut in ordinem ipsi redire velint, & ad illam conditionem se demittere, quam illis patria communis assignavit, in quo magnum afferrent Reip. suæ commodum, & etiam communem in eam pacem orbis Christiani plurimum adjuvarent; ad quam rectius esset Principes & Status cujusque ordinis concordibus studiis & intima conjunctione animorum hoc tempore collaborare; quam civile bellum & intellinam discordiam privatis consiliis & occultis factionibus, religionis prætextu disseminare, deinde ferro & flammis grassari, causam ut malè ceptam, multò deterius exsequantur.

RESPONSIO ILLUSTRISS. VIRI

D. CASTILIONÆI AMIRALII FRANCIAE,

Aliorumque, quorum nomina in eo Indicio edita
jactantur, Ad falsum Indicium quod professus esse dicitur quidam *Ioannes Poltrocius Dominus Meræi*, quum de morte *Ducis Guisiani*
quæstio haberetur.

QUUM nuper in oblidione urbis aureliæ *Duci Guisiano* hoc improvifum inopinatumque accidiffet, ut ex glande machinulæ tormentariæ, quam *pistolam* vocant, grave vulnus acciperet die decima octava Februarij, paucis post diebus sparsus fuit rumor, quendam *Mæreum* id feciffe impulsore & authore Amiralio: quum tamen eo tempore *Amiralus* Cadomi Normanorum esset, ubi et jam nunc est, Dux Præfectusque Regij exc. citus sub Illustrissimo Principe Condensi. Eo rumore non valde commotus fuit Amiralus, quod existimaret fore, ut paulo post ejusmodi calumniæ, quemadmodum similes aliæ complures, sua sponte refrigesceret & penitus extingueretur. Sed postea intellexit divulgari inter suos, instigante *Valeia* quodam Magistro castrorum (ut vocant) levis armaturæ Equitum quos in exercitu suo habebat *Guisianus*, exemplum confessionis quæ dicebatur esse *Joannis Poltroci*, qui se Dominum *Meræi* dicebat, excepta & subfignata ab ætuario quodam *Malevallo*; cujus summa hæc est: *Poltrocium ipsa regia matre inquirente, presentibus nonnullis Proceribus, Consiliariis Regis & Equitibus Ordinis Regij, ita respondisse, ut Amiralium, & aliquot aliis primores, nec non etiam quosdam Ministros verbi Dei vehementer premeret, quasi qui ipsum verbis & promissis & data pecunia ad id parandum pellexissent.* Ex quo facile est Amiralio videre, quod omnibus perspicuum est, hac arte id agi, ut à se alinètur Germanorum Equitum animi

& rubarum aliquid exoriat inter suos. Id vero dissimulare non potest habita ratione honoris sui adeoque ipsius veritatis, nec aliis confictam istam accusationem imputare, quam hostibus tranquillitatis publicæ hujus regni, qui mala sua voluntate impulsij, non desinunt omnia moliri, ut Amiralium ipsum penitus evertant, & una cum eo omnes quotquot Evangelio nomen dederunt, dum totius mundi odium in ipsos concitare ejusmodi dolis & fraudulentis consiliis conantur. Itaque officij sui esse duxit, primo quoque tempore huic malo mederi, & istorum insidiosas machinationes detegere. Hæ sunt causæ quæ nunc illum impellunt ut spreis malitiosis artibus perditorum istorum hominum, & fretus Dei auxilio bonæque conscientie testimonio, non vereatur Confessione illam, qualiscunq; tandè sit, in vulgus edere; ut ab omnibus passim legatur, addita tamen in singulis capitibus responsione sua. Interim hoc palam testatur denunciaturque, paratum se semper fore ad hanc accusationem respondere apud quosvis iudices non suspectos, etiam inter exteras gentes quam late patet christianum nomen: adeoque innocentiam suam omnibus modis tueri, ut rei æquitas, dignitatisque suæ ratio, & amplissimus honoris gradus quem in hoc regno Dei Regisque beneficio obtinet, postulant: idque ut istis calumniis directis, ac veritate crassas mendaciorum nebulas discutiente; authores ipsi non impune ferant, sed prout rei magnitudo & gravitas requirit temeritatis & audaciæ suæ dignas pœnas luant.

ACTA DIE VIGESIMA PRIMA FEBRUARII, ANNO M. D. LXII. IN PAGO S. HILARII

ad S. Mesminum in castris.

Coram Regina Regis matre, presentibus Cardinali Borhonio, duce Stampensi, Principe Mantuano, Comite Gruyerensi, Domino Martigensi, Sancto, Cipierio, Lossensi, & Episcopo Lemovicum, Consiliariis Regis in secretiori consilio (quod privatim vulgo dicitur) & ordinis Regij Equitibus, adductus fuit *Ioannes Poltrocius* qui se dominum *Meræi* profitebatur natus in ea Ducatus Angolimensis regione quæ dominium albæ terræ dicitur, annum aggens circiter vigesimum sextum. Ibi iussu à Regina vere & aperte proferre, quæ de causa comprehensus & in carcerem fuerit conjectus: quid eum impulerit, ut machinula tormentariæ (quæ *pistolam* vocant) impeteret, & sauciaret duce *Guisianum* die jovis proximo: quod ejus fuerit consilium

quisve finis propositus vel ei, vel aliis: a quibus persuasus confirmatusque eo sit progressus: quantum pecuniam eo nomine acceperit, vel accepturum se speravit: coram Regina genibus flexis supplex, & delicti veniam petens, confessus est quæ hic ordine per capitæ describuntur.

TESTIMONIUM SIVE CONFESSIO.

Se videlicet circiter postremum mensem Junium aut Julium, quum *Aurelia* esset Princeps Condensis, & in ejus comitatu Dominus *Subizy*, cujus ipse & famulus, *Aureliam* profectum esse.

RESPONSIO.

Respondet Amiralius prout rei veritas habet, & sanctissimè affirmat tanquam coram Deo, *nescire se quo tempore Aureliam venerit, & Aureliam discesserit Poltrocius: nec memorem esse, visum sibi unquam Poltrocium, auditumve omnino ejus nomen, ante postremum mensem lanvarium, quo tempore ipsi innotuit ea occasione qua postea subjicietur.*

CONFESSIO.

Aureliæ domitium Fuqueriū notū minorem Rojæ gubernatorem, & capitaneum Brionem, quum in ipsum incidissent, ita loquutos, ut dicerent illum se aliquando expertos hominem strenuum & in rebus gerendis acrem. Itaque si velit egregium facinus suscipere quod ad Dei cultum Regis honorem Majestatisque ejus conservationem, & totius populi misere afflicti & oppressi, solatium magnopere pertineat, magnam inde laudem cum reportaturum. Tum sese petiisse ut rem totam familiariter libereque ipsi aperirent, & quidnam illud esset in hujus operam tuam requirerent, affirmantem interea paratissimum se semper fore si quid arduum Regis causa suscipiendum sit, cui gratum aliquod officium præstare valde cupiat. Ibi illis perspecta ejus voluntate adjecisse, ut dominum Amiralium conveniret, qui consilium omne ipsi exponeret, quod uno tantum verbo attigerant.

RESPONSIO.

Quod ad capitaneum Brionem attinet, confirmat Amiralius nunquam se illum audivisse de Poltrocio verbum faciente in: neque verisimile esse Brionem si quid tale fabricari rescivisset, taciturnum postea fuisse, quum in castra adversa transiit, Guisiani partes sequutus, apud quem etiam mortuus est. Meminit quidem *Enquerium* circiter finem Januarij postremi, nec unquam antea, mentione facta de Poltrocio qui nuper Lugduno advenerat, dixisse, annis superioribus cum bellum in Picardia gereretur sibi visum hominem illum strenuum, & industrium, dignumque cui negotium aliquod committatur. Et fatetur Amiralius hoc Fuquerij de Poltrocio testimonium, in causa fuisse ut hominis opera postea uti voluerit, quemadmodum mox dicitur: Cæterum non dubitat Amiralius, quin Fuquerus paratus sit de seipso respondere, ut cur dictorum factorumque suorum ratio optimè constet.

CONFESSIO.

Itaque altero vel tertio post die se à Fuquerio & Brione, introductum ad D. Castilionæum Amiralium, qui tum Aureliæ degebat in ædibus proximis Principi Condensi: fuisseque cum eò deduceretur, Amiralium in aula inferiore ædium. Posteaquam verò de se verba fecissent Fuquerius & Brionem, jussisse illum omnes ex aula egredi quotquot aderant: Idque illico factum. Fuquerium etiam & Brionem inde exiisse, ita ut solus ipse remaneret cum Castilioneo: qui tū in hanc sententiam ipsum est alloquutus, *paratusne esset forti animo in castra Guisiani ire?* Erant autem eò tempore castra Regis, quæ Guisiani castra Castilionæus nominabat, ad Baugencium oppidum posita) quod si in castra illa iturum se reciperet ad id perficiendum de quo cum ipso conferret operæ pretium facturū, remque gratissimam Deo, Regi, ac Rei-

publicæ. Tum verò se illum rogavisse, quidnam esset quod à se suscipi & præstari vellet. Respondisse Amiralium de interficiendo Guisiano agi, qui fidelibus adeò infestus erat: qua de re si cogitare velit, facturum opus meritorium erga Deum & homines. Hoc sermone audito, quoniam arduum facinus illud sibi videbatur, & cui patrando par esse non posset, se respondisse Castilionæo, non tantū sibi robur esse animi, ut rem tantam suscipere auderet. Ad ejusmodi responsum substituisse Castilionæum, nec ultra progressum esse urgendo: tantum petiisse ne cuiquam consilium illud detegeret, neve de eare verbum ullum faceret.

RESPONSIO.

Totum hoc caput falsissimum est & calumniose confictum: in quo cupit Amiralius primo loco notari, se in tota hac confessioni nominari tantum Dominum Castilionæum, quod nomen ipse qui deus non refugit, aut quasi parum honorificum facti dicitur, sed id tamen non obscurum argumentum est, ex qua officina prodierit hæc Confessio, quum ita appellari non soleat in parte ulla hujus regni, aut apud vicinas gentes, nisi forte ab iis qui conantur ejusmodi artibus ipsiū spoliare amplissima dignitate, & summo honoris gradu quem jure obtinet, Dei scilicet Regisque beneficio. Secundo loco, verba illa (Erant autem eò tempore castra Regis, quæ Guisiani castra Castilionæus nominabat, ad Baugencium oppidum posita) satis ostendunt, quisquis hanc confessionem Poltrocio dictaverit, vel ejus nomine falso supposuerit, hominem fuisse sibi affectibusque suis non satis moderantem ad id simulandum quod vult, quique sibi hoc unum proposuerit, nihil omnino omittere quod gravare Amiralium possit & invidiam ei conflare, sive ad rem illud faciat, sive minus. Postremo, ubi dicitur Amiralius, ut Poltrocio quod cupiebat persuaderet, hoc sermone usus, Facturum opus meritorium erga Deum & homines quis non videt totam hanc orationem compositam ab aliquo verè illius religionis penitus ignaro homine, cujus se cultorem profiteatur Amiralius? Debuerat certe, quisquis ille sit, parum cautus & providus homo, priusquam in animum induceret, Evangelici hominis orationem simulare, saltem didicisse quid sit doctrina Evangelica, & quanto opere condemnet voces illas *Mejori & Meritoria* opera: Sed hoc illud est quod justo Dei judicio, usu venisse solet falsis testibus, ut suo ipsi ore convicti deprehendantur.

CONFESSIO.

Postea quum Dominus Subizij Aurelia Lugdunum proficiscetur, se unum ex ejus comitibus fuisse, & cum eo Lugduni semper versatum, nec inde discessisse ante decimum quihntum diem postquam prælium illud in agro Druidensi commissum fuerat.

RESPONSIO.

Illorum omnium ignarus est Amiralius.

CONFESSIO.

Quo tempore Castilionæus ad Subizium scripsit Lugdunum agentem, ut ad se Poltrocium mitteret.

RESPONSIO.

Toto illo tempore sapissimè ad Subizium literas dedit Amiralius: sed quam chara est illi vita hæc

hæc, quam charus est nominis sui honor & bona existimatio, non temerè confirmat se nunquam scripsisse ut mitteretur Poltrocius, quam nunquam antea sibi visum cognitumve fuisse recordari potest, & de quo ne cogitabat quidem.

CONFESSIO.

Itaque se tunc à Subizio ad Castilionæum cum fasciculo literarum dimissum, non communicata secùre ulla de qua ad Castilionæum scriberetur. Se igitur venisse in pagum cui nomen Villæfrancæ non procul à Cellis oppido Biturigum, ibique reperisse Castilionæum, cui literarum fasciculum obtulerit.

RESPONSIO.

Ita omnino esse recordatur Amiralius. Sed tantum abesse dicit ut literis actum fuerit inter se & Subizium, quomodo negotium hoc de quo nunc sermo est, Poltrocio committi posset: ut contra Subizium scriberet, velle ad se remitti Poltrocium, quodd industrius homo esset: idque verum esse, fidem facient literæ ipsæ.

CONFESSIO.

Literis lectis iussisse ut Aureliam pergeret, ibique se expectaret.

RESPONSIO.

Amiralius non iussit eum Aureliam ire; sed eò proficisci volentem quia sibi illic negotium esse diceret, à se dimisit.

CONFESSIO.

Quum vero Aureliam rediisset Castilionæus, dicit Poltrocius se ad illum venisse ut voluntatem ejus intelligeret: tum Castilionæum rogasse memoria ne teneret de quibus loquutus cum ipso fuerat superiore ætate. Ad hoc se respondisse memorem quidem esse, sed id sibi videri nimis periculosam, Castilionæum vero subjecisse, si id exequi vellet, facinus faciendum quo non aliud antea auditum sit præstantius aut magis honorificum, pro cultu Dei & utilitate Republicæ: & conatum esse, animum ipsi addere eumque confirmare ad ad id suscipiendum ac perficiendum. Se vero cœpisse ad exultationes descendere. Sed statim intervenisse Th. B. & alium quendam ministrum, parva statura hominem, latis robustum, barba nigra: qui variis sermonibus ipsum adhortati sint, inter cætera illud quærentes, *Annon beatus esset futurus qui ferret crucem suam in hoc mundo, quemadmodam Dominus crucem tulit pro nobis*: Tandem post præterque alia in hanc sententiam allata, dixisse ipsum fore mortaliū hominum beatissimum, si illud exequi vellet de quo Amiralius cum ipso egerat, quia Tyrannum tolleret e medio: quo præclaro facto lucraretur Paradisum, & in confortium beatorum migraret, si oppetere contingeret pro tam justa causa. Quibus rationibus ita impulsus se fuisse dicit Poltrocius ut tandem persuaderetur, & ad Castilionæum se convertens, qui inter eadum illa omnia dicebantur ab ipsis ministris diceret, se igitur pariturum Dei voluntati, & iterum in castra Guisiani, ut id de quo inter ipsos adumerat, aggredieretur, viamque iniret exequendi negotii: Eo autem nomine valde collaudatum fuisse tam à Castilionæo quam ab ipsis Ministris: qui adiciebant non ipsum solum esse qui de ejusmodi rebus suscipiendis cogitasset, sed complures alios non admodum dissimilia faciendâ sibi proposuisse. Adeoq; Castilionæum ait commemorasse, esse nobiles viros amplius quinquaginta et sicque non parvi nominis, qui polli-

citi essent se alia quædam similia perfecturos. Cæterum Castilionæum tunc iussisse per agentarium suum ipsi numerari viginti nummos aureos scutatos, ut veniret in pagum qui Messas dicitur, ubi tum castra habebat Guisianus, quò facilius dispicere posset quis aditus illi pateret, & quæ deinde ratio sequenda esset ad id conficiendum quod susceperat.

RESPONSIO.

Respondet Amiralius, serioque affirmat coram Deo & hominibus ut res est, totum hunc sermonem falsissimè & iniquissimè confictum fuisse. Præterea vero, ut omnes intelligant quomodo se gesserit erga Guisianum, ingehue proficitur se ante hos postremos tumultus scivisse de multis qui constitissent interficere Guisianum quod indignis modis ab eo tractati fuissent. Sed tantum abesse, ut ipsos ad id sit cohortatus, vel eorum consilia comprobarit, ut contra conatus sit hoc dissuadere & homines ab hac sententia abducere: quòd non ignarat ipsa Guisiani uxor, quam earum rerum in tempore certiore fecit. Non negat quidem, post eadem Fratrum Vassensium & illud facinus Guisiani, quum jam arma cepissent quibus id pro tuenda authoritate edictor Regis & depellenda à capitibus miserorum & afflictorum vi Guisiani, cæterorumque ejusdem factionis, jure facere, licebat se illos omnino pro publicis Dei & publicæ tranquillitatis totius regni hostibus habuisse, & persecutum esse. Sed idem Amiralius quam sibi chara est nominis sui existimatio, tam sanctè affirmat, nunquam se probasse ut tale quicquam in caput illius attentaretur, donec certo rescivit & bene compertum habuit Guisianum ipsū *Mareschalum à sancto Andrea* certos homines delegisse, qui clam summissi illustrissimum *Principem Condensem*, fratremque suum *Andelotum*, interficerent, sicut nuper prolixè exposuit Amiralius Regine in colloquio non procul ab urbe Parisiorum habito, & postea *D. Conestabili Aurelia*. Fatetur enim se ejus rei certiore factum, si quando ab eo tempore audivit aliquos qui dicerent se Guisianum occisuros in suis ipsius castris, non conatum dissuadere. Rursum tamen quam chara est sibi sua vita, & nominis sui existimatio, testatur se nunquam ullum subornasse, induxisse, aut pellexisse ad id patrandum gratia spe, prætio, promissis, per se vel per alium, directè vel indirectè. Quod autem ad viginti illos huminos aureos scutatos attinet, hoc agnoscit verum esse, quum postremo reversus esset Aureliam circiter finem Januarii, postquam admodum fuerat à Fuquerio Poltrocium se novisse hominem esse strenuum, & cujus opera tuto uti liceret: se cogitasse illum exploratorem mittere qui referret quid in castris hostium ageretur: eoque nomine numeratos illi iussu suo viginti nummos aureos scutatos: nec se aliud quid quam præterea ipsi dixisse, nec mentionem ullam factam de interficiendis vel non interficiendo Guisiano. Imò tantum abest, ut si quid de nece Guisiani cogitasset Amiralius, negotium voluisset committere Poltrocio, ut quum eum exploratorem mittebat in castra Guisiani, id faceret dubitans illic subdissidens, quia videbatur de ingressu in castra hostium mite facillia omnia sibi promittere. Quòd & Amiralius *Domino Grammontio* dixit qui tum ibi aderat: nec parum mutavit consilium de eo mittendo in castra hostium, hoc adjiciens, Facilius minori sumptu de hominis industria &

fide periculum fieri, quàm qui ad eum domi alentù faciendus esset.

Ad hoc ipsum caput Confessionis Th. B. testatur verissime coram populis omnibus, quàm latè patet Christiani nominis appellatio, quæ hîc descripta sequuntur: nempe quum multos videret in Guisianum animatos & inflammatos propter publicam priorum cædem ab ipso Vassii perpetrata: se tamè eo tempore nunquam censuisse aliter contra eum agendum esse quàm via juris ordinaria: ejusque rei testes advocat omnes quotquot tunc ipsum viderût, vel loquentem audiverunt. Quæ etiam fuit illi causa eundi *Moncellos* cum aliis delectis ad hoc hominibus ab Ecclesia Evangelica Parisiensi, ut apud regiam majestatem, & Reginam matrem nec non & Regem Navarre conquererentur de scelere illo & cæde, ut ex jure & legibus vindicaretur, suppliciter etiam petens ut primo quoque tempore obviam iretur tumultibus qui jam tum regno minari videbantur, & postea ex primis illis conatibus exorti sunt. Et certe eatum fuit Reginæ responsio, ut Ecclesiæ Parisiensis Evangelicæ legatis satisfaceret, quod ostenderet, fore ut brevi & pro rei gravitate, in fontes animadverteret. Sed quum paulò post Guisianus cum suis arma cepisset, eo que res devenissent, in juri & æquitati locus nullus esset, atque adeo Rex ipse & Regina ita ut omnes norunt ab ipsis tractarentur, fatetur se B. jam tum & publice in suis concionibus & per literas, & in privatis sermonibus, tam illustri-
simum Principem Condensem, quàm clarissimum Virum D. Amiralium, & reliquos omnes proceres, imo omnium ordinum homines qui Evangelii professionem amplexi erant, admonuisse ut officii sui meminissent: idque ut eos cohortaretur ad tuendam & vindicandam modis omnibus à Deo concessis, auctoritatem edictorum Regis, & eorum innocentiam qui misere oppressi jacebant. Ab eo tempore se in hac ipsa voluntate semper perstitisse & peritare, adhuc fatetur: sic tamen ut omnes etiam admoneret, meminissent utendum esse armis tanta cum moderatione quanta maxima fieri potest: deinde secundum Dei honorem, ante omnia pacis habendam esse rationem, modo ne nimia simplicitate & credulitate imponi sibi sinerent. Quorum rerum testes citat omnes quotquot ipsum audiverunt vel publicè, vel privatim, & qui veritatem præferre volent. Cæterum quantum ad Guisianum attinet, quia ipsum semper agnovit præcipuum auctorem & factorem harum turbarum, fatetur se ipsissimè se optasse & precatum esse à Deo, ut vel immutaret cor illius, (quod tamen nunquam potuit sperare futurum) vel taliperniciè liberaret hoc regnum: ejusque rei testes dat omnes qui interfuerunt concionibus suis & precibus nominatim *Domina Ferrariensis* scit quid de illo sibi dixerit B. ore & corde, quid item sæpe ad eam scripserit. Sed nunquam reperietur B. Guisiani nomè publicè protulisse, aut unquam convenisse Poltrotium coram, vel per nuntium, vel unquam novisse hominem, vel aliquid negotii cum eo habuisse: tantum abest ut eum ad id suscipiendum incitaret. Addit præterea idem B. nunquam repertum iri se aliquem subornasse, collocasse, vel summis ad id patrandum: in quo tamen agnoscit justum Dei judicium, parum aut etiam graviolem ultionem denunciantis ac minantis omnibus Evangelii sui juratis hostibus, & qui auctores sunt totæ tantarum miseriarum calamitatumque in hoc regno. Confirmationem au-

tem responsionis suæ, præter illa quæ jam antea protulit, petis ex ipsis verbis quæ hîc Poltrotio in Confessione tribuuntur, ex quibus sanè judicari non recusat. Nam, quo nomine Deo gratias maximas agit, non ita ignarus est officii munerisque sui, aut parum in eo versatus; ut sic abutatur sacra Scriptura & perperam applicet; quæadmodum habetur in illis verbis; de ferenda sua cruce: multo verò minus ut dicat homines lucrari Paradisum. Itaque totam istam Confessionem remittit in eam officinam ex qua illam produisse certum est: profreturque separatim rationem reddere dictorum factorumque omnium suorum in toto hoc bello, sive in genere, sive singulatim; & eò nomine subire judicium omnium tribunalium non suspectorum, tam in hoc regno quàm apud exterarum gentes: nec causam dicit quin habeatur omnium mortalium quotquot hodie vivunt, sceleratissimus; si mendax vel culpæ affinis in hac responsione deprehendi possit.

CONFESSIO:

Se viginti illos aureos accepisse; & venisse in pagum Messas in castra: ubi obtulit se Guisiano; professusque est poenitere se quod arma cepisset contra Regem; & decrevisse posthac ipsius partes sequi: Hoc tum bonè consuluisse & probasse Guisianum; & adjecisse gratum sibi esse ejus adventum. Quum autem Guisianus, relicto pago Messas, Bieles proficisceretur, fatetur Poltrotium se cum ejus comitatu visse ac rediisse.

RESPONSIO:

Credidit Amiralium ita esse. Sic enim ipsi retulit Poltrotium, non aureas, ubi nunquam illum vidit ex quo euntem in castra Guisiana dimisit ut observaret quid illic ageretur: sed in pago cui Neapoli nomen est, ut postea dicitur. Recordatur præterea Amiralium; Poltrotium referentem quæ viderat & cognoverat in illis castris, dixisse se ut faciliorem aditum haberet; convenisse non procul ab oppido Magduno quendam quem Stagni dominum vulgò dicunt, à quo ad Guisianum fuisset deductus; eique oblatus.

CONFESSIO:

Aliquod post diebus se rediisse Aureliam ad Castilionzum; ubi conatus sit excusare se; nec tantum negocium suscipere; quod Guisianus nunquam domo egredi soleret nisi multis stipatus comitibus. Sed Castilionzum multò studiosius quam antea ipsum animasse. Scire enim ipsum quid sibi pollicitus esset; nec opus nunc esse ut excusationem ullam afferret. Præterea curasse ut B. & ille alius minister qui primo cum alloquutus fuerat; multis sermonibus tecum agerent, qui ejus mentem & animum ita perturbarent, ut consenserit se facturum quod vellent. Ad eum etiam magis confirmandum in hac mala voluntate; Castilionzum ipsum ei dedisse centum aureos nummos in charta complicatos, quibus equum sibi compararet; si suus minus bonus esset; ut fuga sibi consulere posset re confecta. Quos centum nummos aureos ipse accepit; & venit in pagum Messas; ubi tum adhuc erant castra, ut dispiceret de perpetrando scelere occasione.

RESPONSIO:

Certum est Poltrotium, cum Aureliam rediret ad eam renuncianda quæ observat in castris hostium non reperisse Amiralium; qui jam in Normanniam tendebat

tendebat eum parte exercitus sui, idque satis ostendit, reliqua quæ habentur in hoc superiore capite confessionis non minus falsa & commentitia esse. Verum quidem est, Andelotum, auditis iis quæ renuntiabat Poltrotius Aureliæ, ipsum misisse ad fratrem suum Amiralium, qui tunc ad pagum illum pervenerat cui Neapolis est nomen (distat autem pagus sex aut septem millibus passuum ab urbe Aurelia) jamiam profecturus in Normaniam. Addiderat etiam Dominum Ravensem à quo deduceretur, per quem Amiralio significabat, se cogitasse de comprehendendo Poltrotio & manu ei injicienda, quod videretur referre satis dubia & incerta. Amiralius tamen audito homine judicavit ejus opera uti licete ad quædam rescinda quæ gererentur in hostium castris: eoque nomine tradidit ei centum illos aureos nummos de quibus nunc agitur, partim ut equum meliorem sibi emeret; partim ad sumptus quos omnino requirit summa illa festinatio & celeritas profus necessaria in perferendis ejusmodi nuntiis: Jussit etiam ut se absente omnia ad fratrem Andelotum referret. Meminit præterea Amiralius Poltrotium dum exponebat quæ in castris hostium fierent, eo usque progressum ut diceret facile interfici posse Guisianum: Sed affirmat Amiralius se hunc sermonem nunquam excepisse; quod eum existimaret omnino frivolum: Et quam chara est sibi sua vita, quam chara etiam nominis sui existimatio, confirmat nunquam sibi vel unum verbum excidisse; quo Poltrotium ad eam rem impelleret.

Ad hoc ipsum confessionis caput respondet Th. B. se, quantum meminisse potest, nunquam novisse aut vidisse Poltrotium: ita ne nunc quidem eum nosse, tantum abest ut hominem unquam de illo negotio convenerit.

CONFESSIO.

Postea quum Guisianus, una cum exercitu suo venisset in hunc pagum sancti Hilarii ad Sanctum Mesminum, se cum esse consequutum postquam equum emisset à Domino Malvelinero in pago ipso Messas, cui pro pretio numeravit centum aureos, & accessionis etiam nomine tradidit alium minorem equum quo ipse prius uti solebat. Postea se per aliquot dies diversatum esse in Castello Cornelio, quod circiter quinque millibus passuum distat à Sancto Hilario, & negotii executionem distulisse, donec viderit vehementer urgeri obsidionem urbis Aureliæ, nihilque in oppugnatione committere Guisianos milites ut urbem expugnarent. Tum autem peritum ne multi boni & pii viri qui in ea urbe erant interficerentur, & omnia ferro ignique miscerentur, apud se constituisse, quod promiserat, tum exequi. Itaque die Jovis postremo qui erat decimus octavus hujus mensis, quum pransus esset in villa quadam quæ distat mille passibus ab ea domo in qua diversabatur Guisianus, venisse sibi in mentem eo ipso die exequi quod jam dudum agitabat. Quum ergo Guisianus transiret fluvium Ligerulum ut veniret in suburbium quod Porterellum vocat, comitatus est illum & sequutus ad ipsum usque Porterellum: inde paulo post reversus est per pontem & pagum quem Olivetum dicunt, ubi est statio Helveticorum, venitque expectaturus Guisianum qua in reditu ad ripam fluminis appellere eum oportebat, ut sive paucis sive multis comitibus stipatum reperiret, consilium suum exqueretur, quod & fecit. Nam audito tubæ sono ad reditum Guisiani, quum ille revertens ad suos, na-

viculam ingressurus esset trajicendi fluminis causa, propius accessit ipse ad ripam fluminis. Postquam autem Guisianus jam è navicula in terram descendere rat comites nullos habens præter nobilem unum qui ipsum peribat, & alium quendam qui una colloquebatur, sedens in curto mulo: ipsum at ergo insequutus est, & quum non longè abesset ab hospitio suo in compito quodam ex quo plures viæ diversas in partes feruntur, pistolam suam in eum torquere cepit, tribus glandibus & pulvere tormentario fartam (aberrat autem à Guisiano sex aut septem passus) ita idem dirigens ut humerum illius configeret, quia existimabat reliqua corporis parte armatum esse. Atque illico equum Hispanicum incitans quo vehabatur, magna celeritate evasit per sylvas cædvas & saltus conficitque ea nocte iter ferè viginti M. passuum, putans se longius recedere ab urbe Aurelia. Sed, ita volente Deo, contigit ut obscura nocte aberraret à suo itinere, & præter opinionem revertetur in pagum Olivetum, in stationem vigulum exercitus Helvetici, quorum unus quidam ipsum alloquens hanc vocem emisit Howardot. Qua audita protinus intellexit esse vigiles Helveticos, itaque se pedem referre cepisse, & equum quam maxime urgendo ut fuga sibi consuleret, equitasse usque ad diei sequentis horam nonam matutinam. Quum autem sentiret equum suum ex longi itineris labore defatigatum & languidiorem factum divertisse in villam quandam usque in diem posterum, quo ibi inventus est & comprehensus ab iis qui vinculum adduxerunt.

RESPONSIO.

Hoc caput solum Poltrotii personam respicit: quare de his viderit ipse. Interim tamen laudandus Deus in omnibus justis suis judiciis.

CONFESSIO.

Quod autem Regina ex ipso quæ sivit, an ulli alii hujus deliberationis loci aut participes essent præter Castilionzum, & duos illos Ministros: respondit nullos sibi de ea re verbum fecisse præter Castilionzum, B. & illum alterum ejus collegam: se tamen arbitrari Dominum à Rupe Focaldi non inscium fuisse consilii: quia quum venisset in pagum illum cui nomen Villafrancæ, non procul Cellis oppido Biturigum, ipsum vultu placido intueri visus est, adjicitque sibi gratum esse ejus adventum.

RESPONSIO.

Hæc confessio ex diametro repugnat illi superiori in qua acculabantur Fuquerius & Capitaneus Brio, falso tamen & immerito, ut credit Amiralius. Quod autem ad eam partem attinet quæ respicit D. Comitæ à Rupe Focaldi, respondet ipse ut notissimum est, se si quid ejusmodi negotii rescivisset, hodie non inficiaturum: sed ne verbum quidem antea unquam de hac re audivisse, priusquam factam esse audivit. Cæterum judicandum relinquit omnibus qui prudenter & ex æquo ista omnia expendere volent, an Poltrotii conjectura firmis rationibus nitatur, ac non potius manifeste pateat Poltrotium potius instigatum ut quoquo modo nomen Comitæ à Rupe Focaldi deferret, quam ut simplicem veritatem proferret.

CONFESSIO.

Quantum ad Principem Condensem, de ipso interrogatus Poltrotius, respondit se nunquam cognovisse, communicata illi fuisse hæc consilia: vel aliquid

aliquid illum de istis rescivisse; atque adeo bona fide dicit, credere se illum plane ignarum fuisse. Imo contra, quando primo secum Castilionæus de ea deliberatione loquutus est, quum ipse quæreret an iussu Principis hæc agerentur, Castilionæum respondisse, de Principe Condensi per contandum ipsi non esse.

RESPONSIO.

Agnoscit Amiralius ex hoc capite adversariorum calliditatem, qui omnibus rationibus conantur, ipsum & totum hunc exercitum disjungere ac abalienare ab illustrissimo Principe Condensi qui generalis est. Locum tenens Regis. Verum confidit fore tandem aliquando DEI gratia & beneficio ut hæc rechner in capita ejusmodi calumniatorum recidant. Cæterum minimè dubitat de innocentia illustrissimi Principis, cui etiam summæ integritatis testimoniū semper dabit, non in hoc tantum facto, sed etiam in iis omnibus quæ per ipsum suscepta, gesta, aut scripta fuerunt in toto belli negotio. Negat verò præcisæ finem capitis superioris, perstans in iis quæ jam antea respondit.

CONFESSIO.

Confessus est præterea Andelotum nunquam se tum de ea re verba fecisse, nec item Subizium. Imo contra cum ipse Subizio exposuisset primos illos sermones Castilionæi de hoc negotio, quos paulò ante retuli, respondisse Subizium, non ita fieri oportere: Deum enim si de Guisiano pœnas sumere velit, posse alia ratione in ipsum animadvertere, ut non opus sit hanc viam tentare.

RESPONSIO.

Non putat Amiralius Poltrotium eum D. Subizio unquam ita loquutum, ex quo etiam nihil unquam ejusmodi intellexit. Nec vero dubitat de innocentia D. Andeloti fratris sui, aut D. Subizi.

CONFESSIO.

Monuit etiam Reginam Poltrotius, ut diligenter sibi caveret, quoniam post prælium illud commissum non procul a *D. videtur* urbe, Castilionæus & omnes Duces exercitus, militesque quos secum habet, mala in illam sint voluntate, quod dicant se ab ea proditos, ut quæ multa illis pollicita esset cum in colloquium ventum est non procul ab urbe Parisiorum, in quibus fidem illis non servavit.

RESPONSIO.

Respondet Amiralius hanc monitoris orationem non aliunde potuisse proficisci, quam ab homine cui mala sit mens, & malus animus, qui que se oblectet præsentibus miseriis & calamitatibus hujus regni, atque adeo qui eas diuturnas esse cupiat. Cæterum fidei suæ observantia que erga Regem & Reginam testes meliores citare non potest quam Reginam ipsam, præstitaque ad hunc usque diem à se fidelis servi officia. Interim testatur coram Deo, ipsius gratia fretus: nulla se unquam injuria indignitateve ita ostendi potuisse, ut officium desereret Regis & Reginæ Majestati & patriæ ipsi debitum: & in eadem voluntate se ad finem usque constanter perseveraturum. Non dubitat etiam quin eodem sint animo clarissimi duces, cæterique qui in suo exercitu sunt.

CONFESSIO.

Illud insuper addens, complures esse tam in aula & comitatu Regis, quam in his castris, qui subornati & summissi sint à Castilionæo ad funilia tentanda

& exequenda. Nomina tamen non audivit eorum quos Castilionæus per ejusmodi homines interfici velit. Tantum in genere ex ipso intellexit, casu duce Guisiano, curaturum se interficiendos eos omnes continua serie, qui in exercitu imperare velint: & sane occidi oportere sex aut septem Equites ordinis Regii, quorum tamen nomina reticebat. (Sed ipse sæpissimè audivit ex Ducibus & militibus qui erant Aureliæ ipsos pessimè odisse D. Ducem Montpenserium & D. Sanzacum) quod si contingeret Guisianum & illos Equites de medio tolli erga quos malè essent animati, se ad Regem venturos ut ejus imperio ac potestati se subiceant, & jussis ipsius per omnia pareant.

RESPONSIO.

In hoc capite respondet Amiralius ut antea, existimandū relinquens omnibus quibus probè notus est, etiam si concederet se talia molitum esse, an verisimile sit communicatum fuisse cum ejus conditionis homine qualis fuit Poltrotius. Quod verò refert se ex Ducibus & Militibus audivisse, dicit Amiralius non suum esse de eo respondere: neque vero quicquam eorum credit, præsertim quum odii nulla ita graves sint occasiones in eos qui in hoc capite nominantur.

CONFESSIO.

Adjicit præterea se quum esset Blesis cum duce Guisiano, quo tempore castra erant in pago Messas, reperisse in hortis domus Regiæ, quum Rex *Palemale* (quod vocant) Juderet, quendam proximè adstantem Regi, hominem mediocri statura, barba rufa, tibialibus rubris indutum, & tunica ex corio ad elegantiam (ut moris est) incisa, qui in manu pistolam teneret pulvere tormentario fartam, quem viderat alias Aureliæ in aula ædium in quibus degerebat Castilionæus.

RESPONSIO.

Quid Blesis videre potuerit Poltrotius ignorat Amiralius, neque de eo se respondere æquum est. Sed hoc probè scit, se exercitumque suum, quia debent voluntate esse erga Regis Majestatem, ipsamque omni studio, reverentia, & observantia prosequi, ut veros fidelesque subditos ac servos facere decet, nihilque rerum omnium majori sibi curæ esse quam ut omnia prosperè ipsi eveniant, quæ ad ejus incolumitatem & dignitatis amplificationem spectant.

CONFESSIO.

Ad hæc se vidisse in his castris quatuor viros qui generosis equis vehuntur, quos quidem aliter nominare non potest, sed ex conspectu ipso facillè recognoscet. Adfuisse autem illos in aula ædium Castilionæi, quum postremo ipsum est alloquutus: petisseque tum ab eo Castilionæum velle ne viris illis in notitiam venire, qui alia quædam magni momenti facturos se recepissent. Sed sese, quod metueret detegi, rogavisse Castilionæum ne de ipso apud illos verba faceret. Addidit si fieret sibi potestas deambulandi per hæc castra, sperare futurum ut illos indicaret & demonstraret.

RESPONSIO.

Amiralius respondet traditionem hanc & falsum commentum in eadem officina conflatum fuisse, ubi & reliqua. Quod si animus erat certam rei veritatem cognoscere, oportuisse illi perire ut castra, bonis & fidis custodibus deducere, & cetera.

CONFES-

CONFESSIO.

Interrogatus deinde Poltrocius de Castilionæo, quid decrevisset facere quum relicta Aurelia proficisceretur in Normaniam: respondit ejus consilium fuisse adjungere se Anglis militibus, eosque adducere Aureliam: eumque Aurelia discedentem promississe fratri suo Andeloto, si Guisianus ad urbem obsidendam & oppugnandam propius accederet se venturum subsidio; & tentaturum si qua ratione prælium cum hoste committi posset.

RESPONSIO.

Respondet Amiraliius, hostes suos qui falso juris obtentu omnia curiosè conquirunt & scrutantur ut ipsum evertant, debuisse potius hæc percontari ab aliis qui consiliorum suorum sunt participes, quam à Poltrocio, aut aliis ejusdem conditionis hominibus. Adde quod non erat Aurelia Poltrocius cum inde discederet Amiraliius (saltem nescivisse se affirmat) ideoque non potest testis esse quid Andeloto fratri promississet; nec aliud referre potest quam quod ab aliis fortè accepit. Affirmat idem Amiraliius nunquam repertum iri aliquid à se susceptum; quod non sit consentaneum officio veri & fidelis subditi ac servi Majestatis Regiæ: atque adeo se morti malle, quam ut aliquid ejusmodi vel cogitet facere ejusque rei fidem faceret: quoties res Postulabit.

CONFESSIO.

Interrogatus præterea de ratione mortis *Marschallia à sancto Andrea*, & quonam modo occisus fuisset, respondit audivisse se ex multis nobilibus viris Aureliæ; Marschallum à sancto Andrea in prælio dedidisse se primum adolescenti cuidam nobili, procerâ statura, barba flava aut rufa: deinde secundo se dedidisse *Principi Portiano*: quod prior ille ægreferens, ipsum pistola sua confossum interfecerit. Hic vero finem loquendi fecit Poltrocius; confessionique suæ ab actuario exceptæ subscripsit.

Die vigesima secunda ejusdem mensis hujus anni, hæc confessiones heri ex ore ipsius Joannis Poltrocii exceptæ, prout singula capita confessus est coram regina, & consilii Proceribus ac Equitibus ordinis Regii, recitate fuerunt ac repetitæ ipsi Poltrocio: in quibus, præstato jurejurando, perseverare se dixit, confirmans vera esse quæ hîc habentur. Cujus rei ut fidem faceret, subscriptum manu sua singulis paginis.

Sic subscriptum.

P. Malevallus.

Si Poltrocius, aut metu mortis, aut alio quovis modo subornatus, præstitit in falsis suis & commentitiis confessionibus, multò magis æquum est Amiralium & eos quos ille aut criminis alicujus conscios nominavit, perseverare in responsionibus suis, quæ nihil continent præter puram & simplicem veritatè. Cæterum rei totius veritatis non potest aliunde melius deprehendi, quam si Amiraliius illique alii cum Poltrocio componantur: recusatis tamen Curii Parliamentorum, rejectisque cæteris omnibus iudicibus qui similiter palam sese ipsius adversarios in his tumultibus sunt professi. Itaq; suppliciter rogant ejus Majestatem & obsecrantur ut Poltrocium bene & diligenter curet. asservandum eo in loco ubi nec minis terreri, nec subornari: possit donec Deus pacem largiatur multorum votis jamdiu optatam, adeoque huic regno valde necessariam: atque ita omnia hæc in lucem proferri possint & à iudicibus non su-

spectis judicari. Quod si qui Judices ex Curii illis Parliamentorum, aut alii, legitimo hoc ordine neglecto, cupidè causæ hujus cognitionem suscipiant, & de Poltrocio sententiam ferant, hac ratione viam præcludentes Amiralio, cæterisque omnibus, innocentia suæ in oculis hominum patefacienda, refundarumque querelarum hujus accusationis: jam nunc denuntiant ipsi, Deumque testantur contra illos Judices cæterosque omnes; prout res exiger, præter jus omne integritatis suæ & innocentia ac bonæ existimationis rationem non habitam, quam tamen tueri, ut sibi per omnia bene conscii, parati fuerint. Datum *Cadomi* Normanorum duodecimo die Martii, auno 1562.

EXEMPLUM LITERARUM Amiralii ad Reginam, quas ad eam cum præcedenti Responsione emisit.

Domina, vidi & legi secundo ab hinc die, eâ quæ vigesima prima mensis proximi quidam Joannes Poltrocius qui se Dominum Meræi dicit, interrogatus respondisse fertur: qui fatetur vulneratum à se Ducem Guisianum: me etiam indicat quasi suaforem; vel potius impulsorem, quo instigante illud fecerit. Ego vero quia in hoc negotio nihil rerum omnium magis metuo, quam ut de Poltrocio sententia feratur, adeoque supplicium sumatur prius quam facti hujus veritas probe cognita fuerit: hoc à Majestate tua peto & supplex precor, ut imperes bona fide magnaque cum cura asservari hominem. Interim pro innocentia meæ defensione ad singula capita Confessionis illius, quæ quidem mihi visa sunt responsione digna scripsi, quæ nunc Majestati tuæ mitto per hunc præconem in exercitu nostro: ex quibus omnes sano judicio præditi, rei veritatem tantum non oculis cernere poterunt. Illud etiam addo, vereque affirmo, nunquam probaturum iri, me unquam hunc hominem, vel alium instigasse ad id patrandum; imo vel cogitasse, ut cujusquam ad id opera uterem. Nam contra, semper impediivi quoad ejus facere potui, ne qui ejusmodi consilia agerent vel exequerentur. Sæpe numero autem ea de re loquutus sum cum *D. Cardinali Lotharingo*, & cum *Domina Guisiana*, imo etiam cum tua Majestate quæ recordari potest quantum illud improbarim, nisi ab hinc quinque aut sex menses, ex quo sanè tempore non ita multum contendi cum iis, qui ea se voluntate esse ostenderent: nimirum ex quo venerunt ad me certi homines, quos in tempore nominabo, qui se conductos & subornatos fuisse dicerent ad me interficiendum. Qua de re, rogo Majestatem tuam, ut memor esse velit, se à me admonitam fuisse ad Parisiorum urbem quum è pristino egredieremur, ubi ex utraque parte ad colloquium ventum erat: quod etiam dixi *D. Constabili*. Verè tamen illud pronunciare possum, me ad eam eadem nec quenkquam unquam conduxisse, nec induxisse, nec pellexisse. Ecce certè eorum omnium testimonio libenter stabo quicumque audiverunt cum ejusmodi deliberationes coram me proponerentur, quantum opere ea omnia ut futilia riserim. Cæterum ne Majestati tuæ longioribus literis tædium afferam, iterum ab ipsa supplex

supplex peto, ut pro suo Imperio curet Poltrotium bona fide ac magna cum cura asservandum, ut hujus facti veritas patefiat. Nam hoc quoque verer, ne si Parisios cum transferri contingeret, quod futurum accepi, qui nunc regnant in Curia Parlamenti ad supplicium hominem trahi jubeant, ut mihi falsi hujus criminis labes semper hæreat: aut ne eo nomine in me aliquid constituere, meque suæ cognitioni subicere conentur, quod certè jure facere non possunt, quum sint ab initio professi se mihi esse adversarios, & ego vicissim eorum judicium rejecerim. Sed interea noli putare hæc à me dici, quasi mortem D. Guisiani doleam aut ægreferam. Existimo enim majus bonum non potuisse contingere huic regno, Ecclesiæ Dei, & privatim mihi totique domui meæ. Adde quòd, si ita videatur Majestati tuæ, hæc erit optima occasio commodissimaque via ad constituendum hujus Regni statum, & recuperandam veram tranquillitatem, quod nos omnes qui in hoc exercitu sumus, vehementer cupimus tibi coram exponere, modo nobis liberum & tutum accessum habere liceat: quemadmodum absente tibi significavimus & à te supplices petiimus, simulatque de morte ipsius D. Guisiani certiores facti fuimus. Domina Deum Opt. Max. precor, ut tibi det bene valere, diutissimeque vivere, *Ca-domi* duodecima die Martii M. D. LXII.

*EJUSDEM AMIRALII
prolixior narratio, & explicatio facti
consiliiq; sui, in quibusdam capitibus,
ex quibus nonnullos perperam
ipsum criminari & falsas conje-
cturas ducere audierat.*

PRÆFATIO.

Responso D. Amiralii super testimonio Joannis Poltrotii, ad Reginam missa, illique oblata, ac deinde typis excusa, & plurimis Galliarum locis divulgata, apud sanæ mentis & erecti judicii homines sufficere debuerat ad eum culpa liberandum: quippe quæ non modo viris bonis & cordatis, quibus antea acta ejus vita, resque ab ipso gestæ & vivendi ratio, ac potissimum singulare, quod in eo semper apparuit veritatis studium, probe cognita fuerant, & perspecta, latissimè: verum etiam reliquis omnibus qui animadvertere possunt & judicare quàm genuinus sit veritatis color, ejusque oratio simplex & aperta. Idque eo magis quod ultrò vehementer & enixe contenderat, ut Poltrotius, cujus testimonio, reus agebatur, tuto & diligenter in custodia asservaretur, idoneo tempore & loco in suum conspectum producendus: quod certè nunquam fecisset, nisi certò fuisset persuasus innoceptionem hoc modo suam certò & penitus comprobaturum iri. Hanc autem ejus confidentiam optimè etiam confirmat protestatio illi annexa. Siquidem perspicuum est, non dicis tantum causa & perfunctoriè, postulasse ipsum testem coram se sibi, ac eò usque sponte sese demisisse, quamvis nullo jure obstrictum: sed hoc unum spectasse, ut rei veritate liquido patefacta, innocentia quoque sua clarius illustraret. Nec vero magna ratione carebat, quod

protestabatur, quicquid antea actum erat, irritum esse debere, & quæ vis testimonia, falsa & suspecta habenda, nisi in accusatoris conspectum adductus causam dixisset. Nemo enim non videbat fore ut postquam à misero illo quicquid libuisset, proposita impunitate exortum esset, ad Senatum Parisiensem amandaretur, ubi judices habiturus esset ipsius Amiralii capitales & hostes, quod ne ipsi quidem dissimularunt. Utcunque se res habeat, negari non potest, quin Amiralii, nominis sui & veritatis tuendæ causa, nihil penitus omiserit, quod faceret ad sinistram omnem suspicionem removendam factique ipsius veritatem patefaciendam, ut nescire nemo posset, quo pacto res sese haberet. Cæterum id quoque posset à nonnullis objici, satisfuturum fuisse, si quæ ad causæ suæ defensionem pertinere putabat, soli Reginz exposuisset, nec dubium cuiquam esse debet, quin Amiralii ipse tanto rerum usu atq; in humanis negotiis ita exercitatus, ut omnes norit quum præterea quo tempore Responsum illam edidit, plurimos summa prudentia viros, atque in publicis negotiis diu multumque versatos, apud se haberet, ante ejusmodi scriptum editum prævidere potuerit & secum expendere quantum ponderis illud esset habiturum: ac rationes etiam viderit, quæ ab hoc consilio poterant ipsum deterrere. Verum duabus præcipue de causis eò deductus fuit: primum quia sperabat hoc modo præcipitem judicium sententiam retardari posse, petitionisque suæ & contestationis rationem aliquam habitum iri: deinde quò ignoraret quis tandem horum tumultum exitus futurus esset, interea volebat multorum votis obtemperare: atque, ut ipsis satisfaceret, saltem ipsos edocere, potissimum vero exteros, quo pacto sese in hoc negotio gessisset, usque dum in accusatoris conspectum venisset, cujus testimonium confidebat veritati, quam proferebat, consentaneum fore. Cæterum ab eo tempore certo rescivit Amiralii, semper agnovisse Poltrotium falsum esse prius illud suum testimonium. Unde certo conjicere licet jam inde ab initio malis artibus inductum fuisse, ut ita loqueretur. Accesserunt præterea quædam alia eaq; varia testimonia ipsi Poltrotio attributa, quorum nonnullis quæ consultò suppressuntur, Amiralii crimine liberatur: aliis vero, quæ passim dispersa fuerunt, reus agitur: quæ quidem posteriora, vel ob id unum quod prorogandæ suæ vitæ magnum perpetuò studium & spem, Poltrotius ubique ostendit. Amiralii suspecta habet, & subornata putat: nec dubitat Poltrotio persuasum fuisse, hanc unam esse optimam sententiæ in se lata retardandæ rationem, si Amiralium in hoc facto involveret. Certe nec sine ratione credit Amiralii corrupta & adulterata illa omnia fuisse, siquidem ex multorum bonorum & locupletum virorum testimonio constabit Poltrotium Lutetiæ, quum in Palatii carcere teneretur, multis affirmasse Amiralium culpa omnino se coram iudicibus liberatum, quod idem fecit audiente infinita hominum turba, quum supplicium traheretur. Huc adde, quod ejusmodi testimonia à juratis & manifestis hostibus suis conscripta fuerunt, quum solis ipsis præsentibus ille ex vinculis loqueretur. Ex quo judicare promptum est, eos qui tot aliis in rebus nominis sui existimationem, & animæ salutem prostituere nihil dubitarunt, hanc iisdem illis gratificandi & ipsi Amiralio nocendi occasionem præmittere noluisse. Id autem ita esse cum alia multa

NARRATIO.

tum verò maxime planum facient epistolæ quædam à nonnullis lectæ (quæ quidem idoneo tempore & loco proferentur) à præcipuis hujus causæ judicibus ad quosdam in aula Regiæ scriptæ, ad accelerandam Poltroii necem: in quibus hæc ipsa verba usurpantur; longiorem *Poltroij* custodiam & assertionem nihil profuturam, nec diutius procrastinandum esse supplicium, quoniam quæ dixerat, retractare vellet. Porro hoc quoque rescivit *Amiralius*, quoniam in sua priore Responsione confessus est pecuniam à se Poltroio datam, inde in multorum animis natam esse aliquam conjecturam, & calumniam quoque in se fabricatam, quasi videret ex eo satis appareat arcanum aliquod consilium illi cum Poltroio intercessisse, cui pecuniam ita subministraret. Hoc vero licet responsione non magnopere indigeat, quum per se ridiculum sit dicere, viginti aureos coronatos hujus facinoris designandi causâ ab *Amiraliis* fuisse datos, citra ullam aliam in posterum pollicitationem aut pactionem: tamen sicut antehac sincere & candidè, remoto omni furore, agnovit quicquid inter se & Poltroium actum fuit, & quo pacto ejus opera sit usus: (quod tamen fateri non cogebatur, sed reticere poterat si libuisset, vel etiam ita ad ejusmodi testimonium respondere ut calidi alicujus & veteratoris fabulæ technas & artificia imitaretur) ita etiam nunc eodem verborum candore, eademque veritatis luce adhibita, verè & singularitè omnes docere voluit, quorum & quò consilio hæc pecuniæ summam Poltroio dederit, ac simul etiam ostendere quicquid conjecti posset vel afferri contra se & adversus ea quæ sponte confessus est, & publicè jam antea edidit, falsum esse & commentitum. Studet autem hoc scripto iis præcipuè satisfacere, qui rei militaris sunt periti & jura belli norunt: apud illos demum non alios quosquam sese purgaturus. Nec enim ignorat factum istud, ardente bello & hostiliter patratum, ordinariæ judicium cognitioni & purgationi (quamvis id quoque nullo negotio fieri possit) minimè esse obnoxium: accedit etiam quod satis nota sunt, quæ in ipsum tentata fuerunt, artificia: atque ejusmodi fraudes & fallaciæ satis superque sunt detectæ: adversus quas non desunt illi, DEI beneficio, optima, quibus sese jure & legitime tueatur, præsidia. Præterea coram DEO propriæ conscientiæ testimonium, & coram hominibus testimoniorum varietas, & repugnancia: animus quoque Poltroii, perturbatus, tamque sævæ & horrendæ necis, ut ipse falsus est, terrore percussus: vitæ etiam prorogandæ spes quæ eum eousque aluit, donec quatuor equis distractus, obiit, abundè coarquant & velut digito commonstrant ipsum existimasse, Amiralii nomine adjuncto, se evasurum. Petitio denique *Amiralis*, qua suo tempore & loco flagitavit *Poltroium* aservari: & quod de integritate sua testificatus est, nisi hoc fieret: manifesta quoque & affectibus inquinata eaque extra necessitatem præcepti Judicium, (quorum cognitionem jam pridem antehac defugerat *Amiralius*) sententiæ executione mandata: illud denique quod reo tam varia respondententi, adversus eo genere eaque dignitate virum temerè fides haberi non debet, innocentiam eius satis superque comprobant.

Statim & citra moram ullam, jam inde ab initio Dominus *Amiralius* particulatim respon dissent ad prius testimonium à Johanne *Poltroio*, qui se Meræi Dominum assererat, dictum, neque hucusque distulisset subtilius explicare quorsum, & qua occasione pecuniam his illi subministrasset, nisi interposita qua apud Reginam ulus erat, supplicii petitione & contestatione, nunquam putasset tam celerem & subitam fore supplicii de illo sumpti executionem: quod quidem etsi calidè & contra rationem omnem & Juris ordinem est factum, tamen ad innocentiam suam asserendam omnium maxime, si quid aliud valere existimat. Certè confidebat potius *Poltroium* in custodia aservatum iri, tum ad facti hujus, tum ad aliorum etiam quorundam extorquendam veritatem quæ ab eo primum rogata sunt: quæque hujus sunt momenti, ut significant aliquid in Regis ipsius personam fuisse tentatum. Sed quoniam hodie extant quidam malevoli homines & inconsiderati, qui hac specie objecta oblique *Amiraliis* insimulant, hujusmodi refellendis calumniis hoc etiâ caput illustrare voluit: ne si contingat exteris istis rumoribus imbui, justa innocentis hominis causa vel minus intellecta, vel etiam defensione destituta opprimatur.

In primis ergo quod in altera inquisitione *Poltroius* ait se operam & ministerium suum *Amiraliis* detulisse, & ab eo interrogatum quod genus obsequii ei præstare posset: affirmat *Amiralius* sibi à *Poltroio* fuisse responsum, magnam sibi cum *Amiraliis* notitiam intercedere, cui videlicet in Picardia superioribus bellis militasset, qui si in castris Guisiani esset, perfacile sibi fore omnia ejus consilia & machinationes expiscari, & intelligere, quas *Amiraliis* deinde significaret, Quin etiam si minus illic *Amiraliis* reciperet, in illo tamen exercitu tam multos sibi cognitos esse milites, ut nullo pacto dubitet, tutum sibi ad eos aditum fore. Hæc causa fuit cur de illo diffidere inciperet *Amiralius* ac *D. Grædimontano* ea diceret quæ in priore scripto habentur. Nam revera major erat sinistri quippiam de eo suspicandi quam bene ominandi occasio, *Amiraliis* quum nullam ejus notitiam habuisset, nisi triduo aut quatruiduo antea, quum ad ipsum literas *D. Subizii* adferret, & iste sese in Castra Guisiana iturum tam prompte polliceretur. Verum tamen rerum bellicarum periti homines, satis norunt, quantum momenti isthæc habeant, & hujusmodi occasionibus oblatis, quam non sit pecuniæ parcendum, atque adeo qui cum *Amiraliis* familiaris sunt versati probè sciunt quam in hujusmodi negotiis fuerit semper liberalis. Hæc itaque prima fuit ratio quæ *Amiraliis* impulit, ut viginti illos coronatos ei daret quamvis eos satis temerè collocatos arbitaretur, ut in hujusmodi negotiationibus sæpe usu venire solet, certè nihil minus quàm de *Poltroio* cogitabat, quum ad se Neapolim, aureliensis agrivicum, venit *D. Travens*, qui diceret se à *D. Andeleio* ex urbe missum, ut quendam ex castris Guisianis venientem ad ipsum deduceret. Tum in cubiculum se recepit *Amiralius* ignarus adhuc quid hoc rei esset. Neque enim deerant satis multi in illo exercitu hostium qui de hostis consiliis ipsum commonefacerent. Percontanti igitur speciatim de multis quum optimam rationem ille redderet,

quærit tandem Amiralius an de sua ex urbe profectio-
ne & quo iter haberet certior factus esset *D. Guisus*.
Respondit ille se quidem de iplo profectio die
præcisè nihil in Guisii castris audisse; sed ante sex
aut septem dies Guisium probe rescivisse in Nor-
manniam ipsum contendere, cui etiam rei ita occur-
risset ut in suo itinere multa esset impedimenta of-
fensurus. Atque hic exposuit, *Mareschallo Ville-*
villa & Ringravio comiti fuisse mandatum ut oppida
omnia quantumvis exigua, aut infirma ita munirent
ut ipsi obsistere possent, quibus etiam non magno
pere Amiralius noscere posset, ut qui nec peditatum
nec tormenta bellica secum duceret Guisium quo-
que Lutetiæ mandasse, equos omnes quotquot ibi
invententur cogi, sive Præsidium & Consiliatorum
sive aliorum, quicumque tandem illi essent. Præterea
statuisse etiam Guisium ad hunc usum adhibere equos
tormentarios quotquot haberet, ut adjunctis etiam
aliis satis multis quos penes se habebat, circiter
4000. Equites catapultarios ex toto exercitu se-
lectos educere posset, quibuscum, additis etiam gra-
vioris & levioris armaturæ Equitibus, extremum A-
miralium agmen invaderet: cuius profectioem cum
hoc Equitum numero & aliis qui in Normannia repe-
rrentur, ita se impedire posse confidebat ut neque
disjungi possent & disgregari, neque in hospitiis re-
quiescere. Præterea alienatis quorundam ex Ger-
manico equitatu animis, eo necessitatis & inopiæ se
propediem ipsos redacturum, ut vel ipsos haberet
ad nutum suum conformatos, vel etiam ipsi Amiralium
pessime tractarent. Hoc vero consilium quoniam
omnium maximè tenebat Amiralius statim Poltro-
tium monet, ut quam celerimè revertatur, ut per-
eum resciscat quid acturus esset Guisius. Respon-
dit Poltrocius hoc quidem se libentissimè facturum,
se tamen equo ad tantam celeritatem idoneo desti-
tuit. Hic Amiralius vellem, inquit, ad manum esset
strenuus aliquis inter meos, quem tibi darem. Sed
nullus mihi satis validus remansit, quoniam quos
habebam, iis dedi, qui ante hæc in Germaniam ad
fratrem *Andelotum* meo mandato sunt profecti. Ex-
cipit ille, si pecuniam habeat equum se facile nactu-
rum. Tum Amiralius, *Absit*, inquit, *ut hoc nego-*
tium remoretur pecunia inopia quam ipse tibi suppedi-
tabo. Sed vide omnium ut de eis, qua ab hoste gerun-
tur diligenter & sedulo certiores me facias. Quod
si forte labore fractum equum amiseris, pecuniam rur-
sus dabo unde tibi alium compares. In primis autem
summam diligentiam adhibe, ut abs te intelligam, an me
insequi velis Guisius. Alioqui si eum videas aliquid
contra Aureliam moliri, fratri meo Andeloto signifi-
cabis. Atque hic centum aureos coronatos Poltro-
tio numeravit. Ac quo melius de Poltrocii celerita-
te in illa sua reversione liqueat, noluit Aureliæ per
urbem ipsam iter facere, ne vel tempus ibi tereret,
vel à quopiam agnosceretur; rogavitque *Traveum*
ut se apud *D. Andelotum* excusaret, quod eum in
suo reditu, non conveniret. Se enim negotiis, quæ
ab Amiralio mandata haberet, ita urgeri. Itaque per
suburbanos vicos itinere arrepto, recta *Magdunum*
contendit. Et hæc quidem causa est cur centum
ilos aureos Poltrocio Amiralius dederit. Atque
hic asseverantur vel famæ & nominis sui periculo,
affirmat, quum antea sermo à Poltrocio ortus

esset, non difficile fore Guisium interimere, nihil
unquam se respondisse, quo ejusmodi consilium vel
probarer, vel improbarer; utpote qui nihil mi-
nus crederet, quam hoc illum in apino habere. Nec
verò alia de causa centum illos aureos ei numeravit,
quam ut ab eo citissime admoneretur, si forte Gui-
sius se insequi constituisset. Jam vero ut omnes
intelligant, an temere & sine causa hoc Amiralius
pertinuerit, paucis hoc scripto completi voluit,
quibus tandem rationibus moveretur.
retur.

In primis nescius non erat de sua profectioe cer-
tior factus esse Guisium, quam scilicet in publico
Germanici Equitatus conventu, octiduo & amplius
ante suum discessum edicere coactus fuerat. Nec vero
abitum accelerare poterat, quoniam currus omnes
& Equitum Germanorum impedimenta Aureliæ
relinquere oportebat, quod vix tandem impetrari
potuit. Erat enim hoc Germanis ante hæc profus
inauditum & intolerans, quod tamen quam celerimè
potuit perfecit. Nec vero dubium esse debet, quin
hoc interea Guisius resciverit, quippe qui inter ipsos
Equites Germanos, homines appostos haberet, qui
illos ad se pellicerent, sicuti jam ipsorum, nonnulli
erant corrupti. Deinde præter illa quæ Poltrocius
revelerat, certior jam factus erat Amiralius, passim
in Normannia mandatum fuisse, ut quicquid impe-
ditorum cogitari posset, itinere suo objiceretur,
tum ad intercludendum communicatum, tum in gene-
re, ut aliis omnibus rationibus, suo exercitui in com-
modarent. Atque ut certius hoc liqueat, incid-
erunt in ejus manus multæ literæ, quibus illa impe-
rabantur, & quidem in primis ut annonæ omnis in
oppida mœnibus clausa comportaretur, & pristi-
norum ulus ferro detracto, adiretetur, quod etiam
in plurimis locis factum fuit: denique in modis o-
mnibus exercitui suo molestia & negotium exhibe-
retur.

Itaque si *Cadomo*, *Honflurio*, *Pontimariano*,
Tuquis & aliis oppidita prospectum fuisset, fieri
certè nullo modo poterat, ut ad mare Amiralius ac-
cederet, pecuniam, quam inde expectabat, ad sol-
venda Germanis Equitibus stipendia, collecturus.
Qua re intellecta, certum seditionis militaris pe-
riculum impendebat, quod quotidiani militum
sermões satis declarabant. Quod si etiam ipsos
insecutus fuisset Guisius veresimile est in summas
difficultates cum toto exercitu venturum fuisse
Amiralium. Certè præclusus erat ei ad mare
aditus, unde pendeat quicquid auxilii ab eo
expectari poterat: quo sublato, stipendiis nul-
lo modo persolutis, intra paucos dies consecu-
ta fuisset extrema clades, dimicandi etiam fa-
cultate erepta. Siquidem trans Neuburgianam
planiciem, ea est Regionis incommoditas, ut
quingenti Catapultarii, mille Equitibus cum sum-
mo eorum dedecore iter claudere potuerint. In tan-
tis porro angustiis quod unum Amiralio maximè
optabile futurum erat, nimirum prælio decer-
nere, non nisi per quam incommodè & diffi-
cultè fieri poterat quod à fronte, à tergo, &
ad utrunque latus multa erant munita oppida,
ad quæ hostes receptus habebant. Accede-
bat

bat alia etiam incommoditas, quod in Regionibus illis ita sunt pagi extructi ditissimis inter sedomibus, ut plarunq; vix quinquaginta Equites simul divertere potuerint. Erant porro omnes istarum difficultates, & incommoda, Guisio ipsi, & cunctis copiarum ejus ducibus satis cognita: unde in eam opinionem adducibatur *Amiralius*, ut cum putaret de se potius insequendo, quam Aurelia obsidenda, consilium esse capturum. Confusa enim & profligata, quam secum Amiralius ducebat, Equitum manu, certum erat de Aurelia actum esse. Contra autem, Aurelia capta, si integer steteret *Amiralius* Equitatus, non deerant aliarum belli continuandi rationes. Hæc porro omnia sigillatim exponere Amiralius voluit, ut intelligant omnes an pecuniam hac occasione datam parce & gravate erogare debuerit, quum præsertim tantum momenti positum esset in Guisianis consiliis cito & verè resciscendis. Erant alii præterea multi, qui in eadem re operam suam venditabant, qui etiam hoc nomine magnas pecuniarum summas, quod tamen silentio tegunt, accepere. Sed quoniam absurdum videri posset Amiralius, qui hæc omnes difficultates satis providebat, hanc tamen profectioem suscepisse: neminem latere vult, coactum hoc se fecisse, quippe qui eò necessitatis esset redactus, ut Germanos Equites nisi solutis stipendiis amplius retinere non posset, quod non nisi hoc veluti extremo remedio tentato, præstare poterat. Cæterum præter hæc omnia, ex quibus intelligi potest quæ rationes Amiralius impulerint, ut *Poltroio* pecuniam numeraret, visum est adjicere duo præterea capita, eaque minime negligenda. Prius est, *Poltroium* ipsum, qui satis leviter multa effugiret, priusquam Lugdunum se conferret, ac deinde rursus illè & passim, sermones cum æqualibus & familiaribus de occidendo Guisio habere solitum fuisse, quem etiam affirmabat nunquam alia, quam sua manu interiturum: quod quum opus erit, amplius quam centum testibus confirmari potest. Atque at apertius liqueat longe antea hoc ab ipso fuisse agitatam consilium, constabit simulatque rumor qui de Guisii nece volitabat, ad duas feminas ejus propinquas apud Pictones pervenit, incerto adhuc cædis authore illico eas dixisse, vereri se ne *Poltroius* hoc designasset, quod hoc jam pridem illi constitutum & deliberatum esse nosset. Quum itaque hoc etiam illi certum & fixum esse antequam ad Amiralius accessisset, omni rationis & verisimilitudinis

specie caret quod nonnulli dicunt, ipsum ad hoc agendum fuisse ab Amiralius impulsam. Nam hoc certe ex posterioribus *Poltroii* ipsius responsis apparet, nunquam Amiralius cognitum hominem fuisse, nec cum eo unquam locutum, nisi quum *D. Subizii* literas in oppido, cui *Villafranca* nomen est, ab eo acciperet. Sed & illud animadvertendum est *Poltroium* qui *Baronis Renodii* (cujus nota est historia) valde propinquus fuisse fertur, sponte sua ad ejusmodi facinus quod commisit designandum incitari potuisse.

Et hæc quidem vera est rerum istarum, ut gesta sunt, narratio. Porro qui persuadere conantur *Poltroio* pecuniam alia de causa, quam quæ supra commemorata est, ab Amiralius fuisse datam, præterquam quod pueriliter admodum argumentantur, ejus viri ingenium sibi ignotum esse satis declarant. Nam si quid præterea vel admisisset ipse, vel fieri jussisset, nullus metus obstaret, quo minus omnia ingenue fateretur. Quod ut ita esse liqueat, scire cupit, æquis sese priorem illam Responsionem typis mandare coegerit, nisi quod eam cuperet toto orbe divulgari? Quod si quid amplius designasset, quorsum id dissimularet? Nam quis capitalior & magis professus ejus hostis exitit, quam Guisianus ille? Nec certè dubitandum est, quomodo ipso prælii die, eum unum ex omnibus maxime Amiralius perquisierit. Nec dubium etià est, quin, si licuisset, tormento opposito eum trajecturus fuerit: similiter, si catapultarum miryadem ad nutum habuisset, quin mandaturus fuerit, ut illum ex omnibus unum maxime peterent, sive in acie instructa, sive sæpe vel muro interjecto. Denique nihil penitus omisisset Amiralius, quod jure belli, & hostili tempore concessum est, ut infestissimum hostem, qualis erat ille, sibi tum aliis multis optimis Regis nostri servis, de medio tolleret. Quod ultimum est, Deum & sanctos ejus Anglos Amiralius obtestatur, nihil aliud vel se fecisse, vel etiam mandasse, quam quod scriptis consignatum edidit. Quod si qui clariorem hujus rei otitiam desiderant, ipsum conveniant. Nam se proptinus eis responsurum promittit. Datum *Castilione* ad fluvium, qui vulgo *Loin* dicitur, quinto Maji. M. D. LXIII.

Castilionans manu mea subscripsi.

EPITOME RERUM IN VARIIS ORBIS partibus à confirmatione Ferdinandi, & electione Maximiliani I. Imperatorum, hinc inde gestarum, collecta ex variis aliorum scriptis, à studioso Historia.

DE REBUS IN ORBE GESTIS ANNO
M. D. LVIII.

ANNO à Nativitate Christi M. D. LIX. quo Ferdinandus Francos, qui in Imperio Fratri successit, gubernationem consensu & approbatione Electorum, suscepit, mense Februario fato accessit in Hispania Bœtica *Leonora Caroli V. Ferdinandi*

di soror: Nupta ea primùm fuerat *Emanueli Lusitanorum Regi*, etque pepererat *Mariam* etiam nunc illius Regni Infantem: secundum vero ex formula conventionis, *Francisco I.* Gallorum Regi, ex quo nullam sobolem suscepit, ejus exequiæ Lutetia Parisiorum diebus 13. & 14. Aprilis in summo Beatae Mariæ Virginis templo celebratæ sunt.

Decimo quinto Aprilis, *Melchior Episcopus Wirtzburgensis* à quindecim homicidis in civitate sua Wirtzburgica trajicitur. Venerat mane ejus dici pro more suo ex arce in Curiam ad causas subditorum audiendas, inde ergo exiguo comitatu in arcem ultra Mœnum sitam rediturus, à homicidis, qui unà cum Mercatoribus vesperi in diversorium, quod & prætereundum erat, se intulissent, ac equis conscensis, apta ad tempus simulatione quasi abituri, vinum ex eo diversorio peterent, ferreamque solcam equorum unguis inducerent, ex insidiis inermis ac imperatus invaditur, ac Duce illorum proclamante, suosque cohortante, ne quenquam elabi sinerent, crebris tormentorum emissionibus, vulneratus, in arcem suorum opera deferretur, ibique mox animam Deo à quo acceperat, reddit. Aderant ipsi inter alios, duo fortissimi gravissimique viri ex nobilitate Francica, qui honestè occumbere, quam fidem in Dominum suum tam necessario tempore deserere satius putantes; homicidis fortissimè se opposuerunt. Horum alter *Jacobus Fuchs de Wimsfurt*, Cubicularius Principis, Eques Francus, deinde, post paucas horas tribus ictibus confossus, decedit: Alter *Volfpangus Carolus à Venckheim*: perfosso sinistro latere, usque ad 15. Cal. Maji spiritum produxit. Ita ergo non solum per exiguo comitatu Episcopi conterito ac vulnerato, sed & Civibus signo tumultus dato, existimantibus, incendium excitatum, ac ad illud restingendum per vicis discurrentibus, homicidæ vallium abstrusarum periti, civitatis equis per portam, quam socii infederant, eruperunt, ac haud minus ad quindecim millia passuum ab urbe distante Joannem Zobelium Equitem Francum, Principem genere contingentem, fortè obvium, ac ex *Messelhusio* Wirtzburgum proficiscentem adorti: ab eo pila tormentaria, equo deturbato, dextram fidei testem poscunt ut ad diem & locum quo vellent, sese sistat, nec hoc contenti, contra pacta ac Jura militaria captum equis tribus, annulis ac torque aurea, omnique pecunia spoliant. Qui hi fuissent, initio incognitum fuit, at inquisitione diligenti ob rei novitatem ac indignitatem habita: *Christophorus Kreutzerus*, *Wilhelmus Grumbachii* minister, eis sceleris insinulator Augustæ anno 1559. in Comitibus proscibitur, ac post diurnam lationem exploratoris *Kugelbachii* solertia, in arce *Schaumbergica* in finibus Lotharingæ comprehenditur, dignas sceleris inauditi pœnas subiturus verum eas desperatione agitatus, in itinere dum Wirtzburgum abducitur, antevertit, sibimetipsi Judæ proditoris instar noctu custodibus dormientibus, guttur laqueo frangens, sociorum nominibus proditis, à quibus ideo abstinendum duco ne quod scelere quæsivere nomen adepti fuisse videantur: quæ tamè qui scire voluerit, inscriptis ab Episcopo Wirtzburgico *Friderico*, postea contra *Grumbachium* editis inveniet, vix verò ullum tale facinus in Viribus Principem à tempore *Philippi Casaris Suevia & Heiruria Ducis*, & *Archiepiscopi Coloniensis Engelberti* perpetratum invenietur, quorum ille Anno salutiteri partus 1208. decimo Cal. Julii ab *Ostione Palatino* de *Wittelspach*, in arce sua *Bebenbergeni* proditorie occisus, hic verò à *Comite Isenburgico Friderico* circi-

ter annum 1230. ex insidiis vulneribus 28. confossus, occubuit, ac incussit hoc facinus reliquis Principibus talem terrorem, ut qui antea fidelitate subditorum freti, nullo satellitio stipati fuissent, de eo conducendo cogitarent.

Aprilis deinceps die 24. *Henricus II. Galliarum Rex Mariam* Estuars unicam *Jacobi V. Scotici* Regis Filiam ac Regni hæredem exasse *Francisco Delphino* Parisiis uxorem dedit profuso quodam luxu, ac sumptu pleno Regio nuptiis celebratis. Ac Scotos, antiquos socios atque amicos hæreditario veluti quondam fœdere nuptiis illis adesse voluit, è Scotia, consentientibus omnibus Regni Proceribus, venere in Gallias ad has nuptias Legati, *Reve. Domini Jacob. Betome Ecclesie* Metropolitanæ Glasguensis Archiepiscopus: *Robertus Reid*. Orcadum Insularum præsul, & in supremâ Scotorum Curia summus Præses *Jacobus Stuartus Jacobi V. Regis* Filius, *S. Andreæ* in Scotia prior: *Comites duo Gregorius Leslie à Rothels*: & *Gilbertus Kennedi à Casillis*. *Milordis* item duo, *Jacobus Fleminus*, & *Gregorius Setoun* Postremo *Jacobus Erskyn Baro*, & *D. à Dun*, Galli qui Caletio recuperato sic efferebant, ut de occupando universo Belgio cogitarent, id ex duabus partibus aggredi constitunt hinc ab *Medromatricibus*, illinc à *Caletibus*, Quare major exente *Bordelione* cum meliore parte exercitus, in hostilè terram præpropere præmisso, *Theonvillam*, quæ olim *Divodurum* vetustaque *Caroli magni* sedes fuit, obsident, quæ aliquanto post *Guisianus* cum *B. Strozza*, *Nemurcio* & *Ambarro* est subsecutus. Cingitur itaque circumductis castris oppidum loco maximè comodo, positum ad *Mosellam* flumen natura ac operibus æquè firmum: extrinsecus mobilibus ac propugnaculis eminentibus, intrinsecus aut vallo & aggere munitum: inque amœnissimo loco ac in perpetua planicie situm: *Guisiano* agitur statim à partitione munerum militarium, instrumenta oppugnationis omnia solerter præparante tum qua de rebus *Brabantinus* ejus summa illic, erat autoritate cum perpussillum præsidium vix suffecturum judicaret, Dominos ad ferendam operi sollicitat: Acurrit igitur *Hornus Belga*, cum tribus Hispanorum veteranorum cohortibus: sed ab obsessos interceptis itineribus penetrare nequivit: quod idem *IV. Hannoniorum Condusiorumque* signis auxiliariis, qui triduo post ad obsessos nitebantur, accidit. Igitur post difficilem oppugnationem extenuati præsidii *Divodurani* ad *X. Cal. Julii*, sese certis conditionibus dederunt. Perit in ejus arcis oppugnationem *Petrus Strozza* glande ictus, quem virum non universus tantum exercitus: sed ipse etiam Rex atque omnis Francia, fidelitatis, operæ, officiorum, & virtutis ejus memor, publico luctu est prosecuta. Hoc oppidum captum decadem explevit, his postremis bellis captarum dolabra aliisque subtilissimis machinationibus arcium quæ antea nulla ratione expugnari potuisse videbantur. Ea sunt nominatim *citra Alpes Ivosum*, *Terovana*, *Fanum Quintini*, *Iccius portus*, *Guinum*, *Theonvilla*, *ultra Alpes*, *Inurea*, *Ulpianum*, *Valsenaria*, & *Charolum*. Quæ omnes tormentis concussa, & novum genus cuniculorum, ferramentorum

mentorū atque operū expertæ; ad extremum aut manū dederunt & vinci capique se passæ sunt, aut saltem ad conditiones; pactaque venerunt. Ita ut recentes earū fortunæ testes luculentissimi sint moles ac propugnacula urbibus confidentiam quidem afferre, sed securitatem præstare minimè posse. *Guifianus* cum plusculos dies Divoduri commoratus esset, Cal. Quintil. *Arlodunum* inde *Veriodunū* ad stativā movit, ut rerū *Lucenburgenſium* statū propius exploraret ac perſcrutaretur.

Decimo octavo Junii dum Galli inexpugnanda *Theonvilla* occupantur *Antonius Ecclesia Colonienſis Archiepiſcopus*, & *Imperii Elector* in arcē suā *Codesburgo* moritur & in æde suā Metropolitanā Colonizæ fraterno ſepulchro, honorificè tumulatur: in ejus locum *Johannes Gebhardus* è Comitibus *Mansfeldicis* poſtea 28. Julii eligitur.

Circiter idem ferè tempus, *Johannes Wilhelmus Saxonizæ Dux* *Johannis Friderici* quondam *Electoris* filius, cum manus suæ militiæ *Philippo Hispaniarum Regi* oblata; nullus ulus fuisset, pro Gallorum Rege; sex Equitum electissimorum millibus ac optimis Ducibus conſcriptis, in Gallias contendit; militiæ ſuſceptæ cauſis, ſcripto publico edito, prius expoſitis. Cujus adventum Rex tam difficili tempore ita creatus eſt, ut Principis ejus opera non ſolum ipſe, ſed & liberi ejus huc uſque in bellis ſuis periculoſiſſimis uſi fuerunt.

Secundo Julii dum *Guifius* ad *Veriodunum* dubiis hæret nec quo ſe vertat cognoscit; *Thermus Gallus* cum alteris copiis apud *Galetes* paratis, exiit Junio ab *Iccio* portu egreditur, ut uno tempore ipſe *Pleuſioſis* & propinquam *Flandriam* invaderet. *Guifianus* à *Lucenburgo* in expeditionem iret: & ita *Belgium* inimicū à ſummo & imo infeſtaretur. Transgreſſus igitur *Thermus* foſſam *Bulanā* *Gravelingam* & *Bürburgum* à tergo reliquit, à ſexto Non. Jul. *Dunkercham* in arimū oppidū, ſexto ab *Iccio* portu miliari, ex inopinato duxit: quod præproperè conſenſis muris occupatū & direptū eſt.

Philippus interea in *Condruſios Allobrogi* cum parte copiarum, ut *Guifiano* occurreret, promiſerat. Sed cum *Guifianum* non prodire ac tempus fallere intelligeret: *Thermum* qui viribus minus valebat, celeriter adoriri conſtituit. Attribuit igitur Imperatoriam autoritatem *Agmondano*: is præproperè in *Flandriam* evolans, apud *Gravelingam* mediam inter *Iccium* portum & *Dunkergam* *Binicurio* præfecto caſtrorum conjunctus, paucis diebus juſtum exercitum duodecim ſcilicet peditum millia, Equitum autem ferè tria, ex propinquis præſidiis conſtatit. Interea temporis *Thermus* cum ab incurſatione *Pleuſioſorum*, copias ob arthriticum dolorem quo infeſtatur, *Dunkercham* reduxiſſet; propè *Gravelingam* caſtra poni juſſit, ut ſi opus foret, propinquior eſſet ad *Galetes* reſceſſus. Sed ſimul atque nunciatum eſt hoſtes coſiſſe, neglecto articuloſorum cruciati ad caſtra continuò accurrunt: nec multo poſt cum inſtructis copiis *Agmondanus* & *Binicurius* comparaverunt. *Thermus* itaque cū videret militum numero ſe longe eſſe inferiorem poſtridie recedente æſtu maris ſecundum littus, ad *Iccium* portum refugere conſtituit. Et ita ut fau-

ces *Adæ*, qua ex parte ſupra *Gravelingam* ille ſe in mare exonarat, Galli tranſmiferant, cum *Agmondanus* accepta Gallorum fuga, infra id oppidum raptim trajecit; & fugientibus ad *Galetum* catarractū tertio Idibus Quintil. occurrit. Itaque *Thermus* cum à cæpto itinere intercludi ſuos videret; aciem inſtruire cœpit: cujus dextram partem verſus *Septentriones* mare tegebat: ab læva parte verſus meridiem carri pro vallo unierant: à tergo erat foſſa *Baulana*. Ante ordines colubrinæ ſex, falcones tres erant locati ita; ut intervalla Equitibus amplā relinquerentur, qua hoſtem infeſtarent: horum utrunque latus claudebant *Sclopetarii* *Vascones*. *Agmondanus* licet tormenta nulla apud ſe haberet; ſola tamen virtute nixus, hoſtem invadit. Sufficient interim impetum Galli & tormentorum fulmine antelignanſ luculentam plagam inſigunt, ſic ut *Agmondani equus* primo procurſu conciderit. In eo prælio novum illud atque admirabile fuit, quod ea cum æquabilitate & omnium ordinum paritate conſimilique planè commiſſione pugnatum fuit, qualem ne à ſeculo quidem bellicæ rei ſcientiſſimi incidiſſe ferebant. Quo certamine cum neutri faciem venterent, caſus quidam fortuitus ac mirificus intervenit. Prætervehebantur ſorte fortuna decem bellicæ naves Britannorum: qui procul ex undis conſpecto conſlictu in litus appulerunt: & Gallici exercitus latera, tormentorum tempeſtate è minis percufferunt. Hæc rei novitate *Thermi* exercitus percuffus, ab hoſte acrius urgente proſtigatus eſt. Ipſe *Thermus* accepto gravi vulnere captus tormenta, ſigna & præcipue præda è *Flandricis* municipis collecta; ab hoſte recepta eſt. Hujus prælii averſo caſu, grave toti *Franciæ* vulnus illatum eſt: quo etiam illa quæ vix conſervariſſe videbantur, recruduerunt. Nam ſi levè certamen ad *Rentinum* commiſſū omittamus intra quadriennium tribus graviffimis præliis victi ſunt, primo ad *Martianū* in *Hetruria*, deinde ad *Sanquintinum* in *Veromanduis*, ac tertio ad *Gravelingam* in *Pleuſioſis*. Porro ad caſtra recurrens *Thermus* quemadmodum ſupra oſtendimus, *Dunkergæ* tres cohortes militum reliquerat cum mandatis, ut direpto incendioque oppido ſe ſtatim ſequerentur: Quæ mandata ſumma cū crudelitate effecerunt, ſed ii dum ad ſuos ſe recipere conantur, reditu intercluſi & in itinere ad unum ferè omnes jugulati; ſui ſcleris poenas ſummum deſagrans oppidi reſpectantes, jure merito dederunt. Hæc clade nunciata percuffus *Guifianus* *Verioduno* in *Picardiam* copias reduxit, caſtrisque loco delecto ad *Patrem* pontem ſubſtitit.

Decimo nono Julii *Georgius Comes Wirtenbergi* & *Montis Beligardi* *Bipontem* in templo oppidi, ſepelitur, Princeps humanus, juſtitiæque amans. Venerat *Bipontem* una cum uxore *Barbara* *Filia Philippi Landgrayii* *Heſſiæ* ad inviſendum affinem *Wolffgangum Comitem Palatinum* *Rheni*, valetudine ex ætate minus firma, qua in dies illic accreſcente, poſt paucos dies quam iſthuc appuliſſet, in vera *DEI* invocatione piè ac placidè deceſſit: decumbens in lecto cum aliis ſubinde *Psalmo* ſexageſimo ſeptimo magna animi devotione cantato, quo *DAVID* precatur, ut *Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis*.

Natus fuit Patre *Henrico III. Wirtembergico* & Matre *Elizabetha Comitissa in Bifsch* cum toto vitæ tempore cælebs vixisset, grandævus ex consilio agnati Christophori Ducis Wirtembergici Barbaram Hefsiacam quam diximus, Uxorem duxit, ex qua filium sustulit Fridericum unicum Comitatus, hæredem. Vicefimo primo Septemb. *Philippus Rex* Hispaniarum, qui dum Duces sui Gallos devictos repellent, in Atrebatum civitate se continuisset exitum rei expectans, inde præfectus in castra pervenit, quæ sesquimilliaro à *Dorlente* Franciæ ditionis oppido jam aberrant. Erat ejus exercitus peditum ad tricena millia, Equitum dimidio minus, hisque tot & tantis militum copiis stipendium plene erat persolutum. Cujus omnis militiæ pars tertiam ferè ex Germania superiore constabat; reliqui, erant ex inferiori & municipali Belgio collecti: minima pars Hispanorum erat. *Gallus* contra ad Petram pontem conflatum itidem exercitum habebat meliori ex parte ex Germanis mercede conductis & Helvetiis. Secundæ partes erant Gallorum minima accessio ex Italicis cohortibus fuit. *Gallorum hoc maxime proprium est ut ubi aliquid sinistre evenerit non modo timidius se fortuna iterum comitant, sed plane obsequant & aliquandiu loquuntur.* Itaque *Rex Gallus*, etsi propotentem exercitum habebat, quia tamen recentissima clades Gravelingana vulnus illud quod superiore anno ad Sanguintium acceperat, refricabat: pedem tertio collaturus ægerrime videbatur: solumque summa observatione hostis id agebat, neque in suæ ditionis urbem invaderet aut opprimeret. Ob id per Ambianorum agrum iter faciens, cum omnibus simul copiis Somanam transmisit, & secundum ejus ripam Aquilonarem castra Philippianis castris opposuit. Nam parvo inde intervallo *Philippus* prope Australem ripam Austriæ fluvii compositæ aquationis causa confederat. Quo loco dum castra utriusque militariis operibus communiissent, lentum sanè bellum diuturnumque negotium futurum videbatur, & quanquam interdum levibus præliis ad exercitacionem militarem sit certatum: nunquam tamen summæ rei periculum est factum. Interea *Reges* imaginem rei totius considerando, si omnibus viribus concurrissent, ex eo conflictu Remp. Christianam tanquam fulmine conflagraturam providebant, & quoniam sui exercitus robur ex peregrinis bellicosissimis gentibus constaret civitates suas exteris prædæ futuras divinabant. Itaque ad communem salutem respicientes, confirmatis tandem rationibus ad pacificationes, rem deducere constituerunt, Legatique ea de re primo *Inlulam*, deinde *Cerecampum* tertio ab *Dorlente* milliaro missi sunt.

Vicefimo primo die Septemb. qui Divo *Matthæo* Apostolo & Evangelistæ sacer erat, fervente bello Gallico; *Carolus V.* qui nuper Imperium ejurarat, attenuatis lentissimo morbo totius corporis viribus, cum tandem per aliquot dies acutissima febris tertiana conflatus esset animam Deo Opt. Max. in Hispaniæ Bæticæ Clastro, quod diximus, reddidit, fama æternum victurus. Hunc obitum ejus *Juridus* dirusque *Cometes* præcessit, qui acutum in occidua mundi plagam telum per totam ferè Europam vibrans, haud dubie & ipsius & multorum aliorum Principum atque Heroum mortem profendit, ut sequentia

facile testatur. Quo die is in Hispaniis eluxit, Cæsar in morbum incidit, & quadragesimo post obiit, toto vero eo tempore, saepe errores suos ingemiscens deplorabat, ac inutilem se mundo & inutilem Deo in hac vita dictitans, orabat ut in altera vita æterna; DEI laudibus inservire posset, ac ut ex hoc corpore se Christus liberaret, Crucifixi CHRISTI imaginem per multos dies, oculis, oreque complexus, impetus præfente *Tolesano Archiepiscopo* sacro charismate, etsi corpus CHRISTI antea acceperat, ejus tamen iterum se participem reddi voluit inquit. In te manes, ego in te maneam. Vixit ille Heros annos 57. Menses octo, dies viginti & unum: Imperium Romanum administravit annos triginta octo, Regnavit in Hispania, Sicilia & Sardinia annos quadraginta quatuor: Vir rerum gestarum magnitudine præstantissimis Imperatoribus ac Regibus conferendus, ac omni Virtutum genere ornatissimis, de quibus & præfentis ætatis libri referti sunt, nec sequens ætas conticecet: Funus ejus variis Doctorum orationibus omnium ferè nationum cohonestatum est. Inter quos in Italia Bononiæ, *Franciscus Roborrellus*; Florentiæ, *Johannes Baptista Aorianus*. In Germania Viennæ, *Georgius Edecus*, & *Andreas Rapicius* Cælaris Consilarii, & *Paulus Fabricius* Mathematicus: *Friburgi Brisgoiæ Johannes Artopœus* Jureconsultus. Denique in Exequiis Augustanis *Ludovicus Madrutius* ita virtutes ejus celebrarunt, ut certamen laudum ipsius suscepisse videantur. Quare ne nos post Homerum Iliada scribere velle videamur, brevitatis studio parciores hic erimus, ad eos Lectorem virtutum CAROLI cognoscendam cupidum remittentes. Fortuna vero etsi a puero ita prospera fuerit usus, ut ea comite, sempiterna immortalitatis trophæa erexerit, qui in Europa contra ipsum arma cepissent: vivi in victoris potestatem pervenerint, ut duo Gallicanæ factionis Reges *Franciscus I.* & *Hæricus Navarræus*, mox *clemens VII.* Rom Pontifex, deinde *Guilhelmus Clivensis Dux*, & post hunc in bello Germanico, *Johannes Fridericus Saxoniz Elector*, & *Philippus Hesiæ Landgravius*, horumque castra & scædera secundus *Ernestus Dux Brunsvicensis*, tamen quæ ejus in rebus humanis est volubilitas & inconstantia, ea ab ipso ad hostes extremo tempore transiens, ut olim præstantissimos Imperatores, *Marium*, *Syllam*, *Pompeium* aliosque quam plurimos hunc deseruit. Nam cum Principibus confederatis captis, nova religionis formula, quam INTERIM dixere, introducta, piis Doctoribus atque ministris Evangelii, plerisque in locis superioris Germaniæ pulsis, civitatibus liberis ingenti pecunia mulctatis, ac plerisque Hispanorum præsidio durissime afflictis, *Magdeburgum* Saxoniz Civitatem, omnibus his constantissime reluctantem, diuturnæ obsidione, immensis Imperii sumptibus presisset, nec ex formula fidei datæ Landgravium captivum libertati pristinæ ad preces *Mauritii Electoris Saxoniz*, aliorumque dimitteret; tota ferè Germania in eum excusso servitutis jugo insurgente, ac religionis libertatem cum juribus amissis acerrime repetente, ita DEO vel neglectæ religionis curam, vel oppressorum injurias vindicante, ut plurimi sentere, vel ipsum ad fortunæ instabilitatis

bilitatis considerationem revocare volente) tam graviter est exagitatus, ut nec fortunæ insultibus, resistere, nec adversariorum conatibus occurrere, nec in Germania valetudinem afflictam curare potuerit. Nam præterquam, quod ultra Alpes, in Togata Gallia, Italia, terra marique ex clientelarum amissione; classis militumque deportatione incommodi plurimum senserit, Principibus Germaniæ; Mauritio Saxone, Alberto Brandenburgico, Joanne Alberto Megapolensi, & Wilhelmo Landgravio Hessiæ in eum insurgentibus ipsumque faucibus Alpium occupatis, hostiliter sectantibus Oeniponte insigni rei privatæ & publicæ jactura fuga evadere; atque mox ex obsidione Metensi mutilatum ac extenuatum exercitum longe florentissimum; cum miserabili clade reducere coactus est. Eo morbo, vel ex consideratione infelicitatis, vel penitentia rerum susceptarum contracto, quod ejus non solum infirmitatis; sed & vitæ brevitatis occasio extiterit: Ita, ut inter cætera Regibus ac Principibus, & in hoc exemplo esse possit, ne fortuna prosperitate confisi, ea tentent atque suscipiant, quæ vel eversiois fortunæ ipsorum; vel alienationis amorum subditorum, vel consiliorum susceptorum penitentia ipsis causam probere possint. Et quidem de hisce satis. Sobolem Carolus post se diverlam ac variam reliquit. Ex nuptiis concepti tres:

PH. Rex, omnium paternorum Regnorum hæres, legitima constitutione creatus, *Maria Augusta*, Maximiliani II. Imp. ac *Joanna* vidua (quæ Lusitano Regi in matrimonium collocata olim fuit) parens ejus, qui pro tempore Regnum habet Portugallicum, Regis atque Princeps fœmina raræ virtutis, qui aliquando pro fratre, dum ab esset e patria, bello implicatus Gallico, compellebatur, omnem administravit rexitque Hispaniam. *Naturales* autem liberi sunt: *Margarita*, Alexandro Medici primum, secundum verò nupta Octavio Parisiæ ac Placentiæ Duci, quæ eadem loco fratris præfuit Belgio; & postremus *Joannes Austriades* ex Ratisponensi puella natus,

Porro non toto mense interposito, legi naturæ satisfaciens fratrem, deinceps *Maria* soror Divo *Lucæ* dicato die est subsecuta: quæ post eadem coniugis Ludovici Regis Hungariæ, Belgico Præfecta à fratre Carolo non solum expectatione satisfecit, sed & illius gloriam auxit & cumulavit: Nihil enim in omni ejus administratione est cognitum, quod non cum maximorum regnum atque imperatorum factis merito possit comparari. Ac dum pace frui licuit, pacis amantem sese omnibus declaravit: jura dixit populis, oppressis opem tulit: Reipub. commodam fovit, auxit & ornavit: At ab hoste lacessita, verè se heroica animi magnitudine præditam ita declaravit, ut & insidiis hostibus majorem sese ostenderet & inimicos exercitus sæpe feliciter profligaret ac sterneret. Circa hoc tempus obitus Caroli, fervente adhuc bello Gallico commicatus inopia exercitus laborare & ob autumnales tempestates, impendentemque hyemem non optimè habere cœpit. Eam ob rem exacto Octobri melior pars militum castris excessit, quibus Novembri statim secato missio data est, ita tamen, ut delectum aliquem certum Reges præsidiorum loco sibi retinerent, in hybernisque disponerent. Interim dum de pacificatione in prædicto conventu ageretur, & sola Cæteram causa scrupulum injiceret, cujus rei edi-

am e Britannia prope diem expectatur rebus futuris incommoda *Regina Anglicana mors* nuntiata est, quæ tum causam publicam speratæ pacis non nihil perturbavit. Exincta autem est decimoquinto Calend. Novembris. Circa eadem tempora *Magister Equitum* Momorantius ea lege remissus est, ut bis centena millia aureorum redemptionis nomine penderet. Ita antea quoque maximum natu filium apud Terovanam captum appensis quinquaginta aureorum milibus redemerat. Deinde in conflictu Sanquintino, accepto in femore gravi vulnere, ipse cum duobus filiis captus, quincuncem supradictæ pecuniæ persolvit. Venit item paulo post in Philippi potestatem Amiralis ejus nepos, & cum eo affinium ac propinquorum non pauci. Ita ille consultor suæque belli, eo gravius etiam in Sanquintina illa glade errasse videbatur, quo majorem acutissimi ingenij prudentiæque opinionem in Gallorum animis ante impresserat, quem omnes nimis strenuum jactabant post missionem Magistri equitum, Amiralis quoque pactis quinquaginta millibus aureorum est dimissus.

Eodem anno *Moscovitarum Princeps* potentissimus in Livoniæ Torpatensem ditionem ingentem mittit exercitum, trecentorum millium hominum, qui omnia longè & latè populantur, ferro & igni omnia vastant, & per multa miliaria omnia cæde, rapinis, fœdissima barbariæ & immanitate complent. Nulli neque ætati, neque sexui, parcitur. Pueri infra annum decimum necantur, intra decimum & vigesimum constituti Tartaris feris hominibus venduntur, supra viginti annos, trucidantur omnes. Pecus omnè quod in Moscoviam abduci non poterat, maciat: ingens ex tota Torpatensi provincia præda abigit. Quadragesima dies hunc in modum sævitum est, paucis arcibus & una Torpatensi civitate vim hostilem evadentibus. In Germanos ille Moschovitanus exercitus præcipue sæviebat: deprehensos omnes, mares quidem brachis truncatis, fœminas scæcis uberrimis dire cruciant, pluresque in frustra discindunt, & membra palpitantia hac illac dispergunt. Multa nobilium & popularium, imò infinita propemodum turba cum uxoribus & liberis, & rebus omnibus intra Torpatum urbem se recipiunt, etiam ex iis qui decem, imò & viginti miliaribus inde distarent: sed cum nimiam multitudinem urbs capere non posset, supra millia decem in oppidi fossas confugiunt. Erat videre miseriam, alios asperimo hyemis frigore, alios in ædia, alios postremo hostili gladio confectos, passim ruere. Nam sævissimi Moscoviorum milites, ubi miseros in fossis latitantes conspiciunt, præcipientes in eos irruunt: gladiis, lanceis, sagittis immaniter conficiunt, erat quæ plurima mortis imago. Qui intra urbem erant, nimia hostium multitudine absteriti, non fuere aut miseris ferre opem: tandem multis in eos tormentis exoneratis, hostes abscedunt. Inde porro in Teutonici Magistri ditionem per Leidense territorium proficiscuntur, eadem que illic horrendæ crudelitatis exempla edunt, adeoque populantur omnia ut ne unum quidem jugurtium incolume permanserit. Eundem in modum se gerunt in regione Nervirensi, quæ & ipsa paret Magistro Teutonico. Ubi satis tandem cædibus, rapinis & incendiis grassatum est, in Russiam immensis aucti spoliis revertuntur. Nemo illis Livoniæ Procærum aulis est ire obviam, ita

ut impune illi omnia vastarent & diriperent. Fit deinde *Conventus* omnium *Livoniae* procerum in *Wendensi* oppido; & post multam disceptationem in eam sententiam itum est; ut sexaginta aut septuaginta aureorum millibus pax ab hoste redimatur. Quod etsi turpe videri poterat, post tantam acceptam cladem; tamen in praesens non aliud occurrebat consilium. Interim vero dum *Livoniensium* Legati longissimis viarum immensis spatiis ad *Moscoviae* Principem contendunt (absent enim *Urbs Moscovia* à *Torpat*, centum quinquaginta milliariibus Germanicis) *Livones* contra pactas quadrimestres inducias *Rutenicae Nerviae* incolis vim adferunt, duabus colubrinis in eos displois & non paucis occisis. Attamen *Moscoviae*, quibus religio erat, violare inducias, nihil se commovent, sed celerissimo nuncio rem totam ad Principem suum deferunt. Ita accidit ut eodem tempore quo *Livoniensium* Legati *Moscoviam* urbem perveniunt, etiam hic nuncius ad Principem perferretur. Legati ejus quod acciderat ignari, Principem adveniunt, de pace tractaturi. Sed ille vehementer commotus, induciarum ruptam fidem eis improperat, cum novo quodam dogmate, quod ab annis paucis complexi sint, omnem illos fidem pudorem, constantiam abjecisse; dicitur. Jubeat redire ad suos, pecuniam reddere Magistro, se brevi ad futurum, & egregie acceptam injuriam vindicaturum. Ad fines *Moscoviae* & *Livoniensis* ditionis, duae erant urbes cum singulis arcibus: utraque *Nervia* dicebatur: sed altera *Germanica*, altera *Rutenica*. Inter utraque non nisi fluvius intererat. Itaque *Livones* e sua *Nervia*, duas (ut dixi) colubrinas in *Rutenorum Nerviam* exonerarunt, aliisque praeterea *Livonibus* vicinis, qui inducias ruptas putarent, confluentibus, aliquot *Rutenorum* caedes ediderunt. Ea res animum *Moscoviae* Principis ab omni pace profus ab alienavit. Rursus ingens conscribitur e *Moscovia* & *Tartaris* exercitus, qui primo *Nerviam Germanicam* occupant vi; arcem ditione capiunt: cives *Nervienfes* *Moscoviae* Principi sacramentum dicunt. Capta *Nervia*, exercitus omnis *Nervienfes* territorium longe lateque ad quindecim *Germanica* milliaria foedissimè rursus diripit & vastat, multaque in sui Principis ditionem redigit. Post in *Torpatensem* dioecesein advolant, *Episcopi* arcem *Nienhusium*, octodecim à *Torpat* urbe milliariibus distantem, obsident & ditione accipiunt, vita viris & foeminis donata: sed cum ex arce ad duo milliaria excessissent; in aliud *Rutenorum* agmen incidunt, qui raptis virginibus & foeminis, viros rebus omnibus spoliatos imittunt. Habebat *Magister Tenionicus* aliquot *Equitum* turmas, sed cum audiret *Moscovitam* cum universo agmine adventare praelii committendi causa, deserto *Torpatensi* *Episcopo*, ad viginti quinque ferè milliaria aufugit. Porro *Ruteni* *Equites* ad triginta millia cepto pergunt itinere, *Germanos* quoque obvios trucidant. Totius exercitus *Moscovitici* dux *Petrus Sisegaleider* strenuus olim pirata, cum omnibus copiis, in quibus erant *Tartarorum* triginta millia, & *Sclopatorum* millia duodecim, ad *Torpatum* obsidendum progreditur. Erant hominum ad trecenta millia. Interim *Germanos* quosdam apprehensos, crudeliter tractat viris brachia, foeminis ubera & nares praecidit: sicque foede turbatos, in urbem mittit: op-

pidanis, ut se dedant, imperat: ni faciant, eadem ratione se omnes multaturum edicit. Multi jam cives ex urbe discesserant paucique qui urbem defenderent; relictis erant, ipsi in religione dispares. *Catholici* inter *Ecclesiae Cathedralis* immunitatem, ut vocant, suas habebant aedes. Neminem enim *Cives Torpatenses* apud se ferebant, qui non *catholicam* religionem ejurasset. *Moscoviae* ubi ad oppidum veniunt, horrendum in modum tormentis omnia concutiunt. Fit magnus foeminarum & puerorum eiulatus: & licet cives initio urbem constanter defensuros se retinerent, & *Senatum* & *constantiam* hortarentur, nihilo minus tamen paulo post in tolerandis conditionibus se dedunt *Moscovitis*: modo vita & facultates ipsis salvae maneant, *Pontifici* & *Imperio Romano* renunciant, & praestito *Sacramento*, in *Magni Moscoviae Ducis Imperium* concedunt. Ea recognita; *Dux exercitus Moscovitici* nunciat obsessis; neminem se cogere ut abjurato *Imperio Romano* in *Moscovij* Principis ditionem transeat. Si qui id nolint, licere illis in *Germaniam* illas abire. Itaque cum *Catholici* foris hostes, intus cives adversos haberent, ab urbe excedunt. Erant omnes viri & foeminae ad quadringentos. Fuit hoc quoque tristissimum spectaculum, dum maritus ab uxore, frater a sorore, liberi a parentibus divelluntur. Qui in urbe remanserunt, *Pontifici* & *Imperio Romano* valefaciunt & *Moscovitico* jugo colla supponunt. Longum esset enarrare, quantam cladem *Livoniae* amplissimae provinciae dedit *Moscoviticus* exercitus: sed omnia recto *Dei* judicio, nam & intestina dissensione distracti, qui ad *Christianam* religionem propagandam, mutuamque dilectionem fovendum, *Livoniae* praefecti essent, inter se funesta bella gerebant. Coepere plebem deglubere, tributis & exactioibus emungere, & quos extrema premebat egestas ab iis divitias & luxus instrumenta conquirere.

Augebat eorum usurpatum haecenus in miseram plebem *Imperium*, utpote quae ita servire & subjici videbatur, ut non sui, sed alieni juris: non liberi, sed servi haberentur. Si quid criminis designabant, flagellis & fustuario multabantur, quorum fortunae ubi per luxum & intemperantiam collaberentur, eo impotentius in miserum vulgus saeviebant, ut flagris & verberibus, si quid habebant frumentorum, ovium, gallinarum, mellis & id genus extorquerent. Interea servilis & inops plebecula, alia & arborum radices & cortices famelico ore privatim arrodere, aquam farina commixtam potare, in extrema miserie & egestate vitam trahere. Nec praefecti duntaxat suis vicis subjaebant, sed contagio quasi pestilentia universam *Repub.* & cives pervasit, ut omnia luxum, libidinem, fastum & superbiam repraesentarent. Quare non mirum, si *Deus* tantis *Livoniensium* peccatis offensus, tandem ea per *Moscovitas* & *Tartaros*, tanquam irae suae organa atque flagella gravissime punierit, ut a iis eorum exemplo, vita emendata, *Deum* revereri, justiciam colere, virtutes amplecti, ac vitia fugere discant.

Eodem anno *Millesimo Quingentesimo* quinquagesimo octavo in *Novembri*, duo viri *Illustres* & *Comites Scoti*, qui fuerant in *Legatione* nuptiarum suae *Reginae* apud *Gallos*, extremum vitae diem obire *Diepae*, unus scilicet *Georgius Lesle* & *Roteff*. die

9. & alter *S. Gilbertus Rennedy* à *Cassillis* die 14. ejusdem mensis & anni.

Sexto die Novembris mortua est *Maria Anglia Regina, Henrici Octavi Anglorum Regis filia, Anglicæ Regni hæres: quæ Philippo Regi Catholico Hispaniarum, Caroli Quinti Imperatoris filio nupsit* turbatis & domi & foris, bellorum procella rebus ferè omnibus, nullisque post se relictis liberis. Eam eodem ferè tempore secutus est quoque *Reginaldus Polus Cardinalis Diaconus ad Cosmam & Damianum, & doctrina & nobilitate generis clarus, utpotè à Margarita Eduardi quarti Anglorum Regis nepte genitus, Hunc adolescentem Henricus Octavus Rex, literis liberaliter imbui curarat, multisque officiis affecerat, cæterum dum mutationem ab Henrico Rege in Anglia Ecclesias introductam improbaret, ex patria discedentem Paulus tertius monitu & commendatione Contareni Cardinalem crearat, Romamque accersierat, ejus opera sæpissimè usus, quam non solum ipsi in legationibus & scriptis, pro sede Romana editis, sed & successoribus ejus cumulatifimè probavit. Nam cum à Margarita Regina Anglia anno millesimo quingentesimo quinquagesimo 4to loco pristino, suæque stirpi & familiæ, & hæreditati, unde Rex Henricus eum dejecerat, restitutus esset, re sua cohortatione & diligentia eum deduxit, ut Angli absolutione Papali ab ipso accepta, ad communionem Ecclesiæ Romanæ redirent, & Rex atque Regina pro populi venia deprecantes ad ejus genua procumberent: Cui ergo in vita charus fuerat, ejus quoque Comes in morte extitit: ejus testamentum sub finem sitæ conditum ab eo, quod quia præclarum & memorabile est, huc ascribere non piguit.*

In nomine Sanctissimæ Trinitatis: Ego Reginaldus miseratione divina, & S. Maria in Cosmedin, S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Polus, Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ Primas, & Apostolica sedis Legatus, per Dei gratiam compos mentis & memoria, licet corporis infirmitate detentus, cogitans, me morbo presenti de via universæ carnis admoveari, & idcirco volens domui meæ disponere, habens testandi facultatem à Sancti. Patre, Paulo Papa III. hoc testamentum, meam ultimam voluntatem in se continens, condo, facio, & ordino in hunc, qui sequitur, modum. In primis per gratiam Dei in ejus fidei sinceritate, quæ majores mei acceperunt & didicerant à Sancta Romana Ecclesiâ, omnium Ecclesiarum magistra, integer & indubius existens, cum omni humilitate commendo animam meam omnipotenti Deo, qui me creavit & redemit per IESUM CHRISTUM Dominum nostrum, in ejus una Sancta Catholica Ecclesiâ, & in ejus, qui in Apostolica sede residet Romæ. Pontificis obedientiam, profiteor me semper vixisse, & mori velle, quod ut facere possim, usque per magnam Dei misericordiam, & per meritum IESU CHRISTI in eadem fide & obedientia usque ad finem perseverem, beatissima Virginis Mariæ, & universæ Ecclesiæ tam triumphantis quam militantis precibus adjuvari maxime opto & precor, cum timore & tremore, me ipsum, ac meam respiciens indignitatem, sed de Dei misericordia & gratia ita confisus, ut sperem & expectem, redemptionem corporis mei, & vitam æternam, per IESUM CHRISTUM Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto est Deus benedictus in secula, Amen. A Sanctis, autem Patre, ac D. N. Paulo Papa quarto, quem ante Pontificatum semper ut patrem colui, & cujus ho-

nori in ejus Pontificatu secundum Deum semper fideliter inservi, & quemadmodum in omnibus actionibus & legationibus, quas pro sede Apostolica suscepi, mihi conscius non sum quicquam, me unquam quæsivisse præter Dei honorem, & ejus Ecclesiæ dignitatem & utilitatem, post pedum oscula beatorum paternam benedictionem cum omni reverentia peto pacem & incolumitatem, & omnem veram consolationem illi optans, ejus autem Sanctitati & Camera Apostolica pro redemptione anuli, & cæterorum, qua Cardinales morientes relinquere solent, remitto quicquid mihi ab eadem Camera debetur tam ex provisionibus per sua Sanctitatis prædecessores Sancti. Patres Paulum tertium, & Julium tertium ordinariè, nec non ratione ultima Anglicanæ legationis mihi assignatis, quam propter alias extra ordinarias expensas, in hac eadem legatione per me factas, supplicans, ut Sanctitas ejus dignetur jubere, ut ex hoc credito, quod ad summam sex millium ducentorum & ultra ascendit, hoc tantum pro me solvatur, quod certis Officialibus Curia in obitum Cardinalium de more dari consuevit. Corpus autem meum volo & ordino, ut sepeliatur in mea Ecclesiâ cathedrali Cantuarien. in ea Capella, in qua caput Beatis. Martyris Thomæ, olim dicta Ecclesiâ Archiepiscopi, asservabatur, ubi volo & ordino, duæ constituantur Candelaria, in quibus duo sacerdotes à Capitulo ejusdem Ecclesiæ successive eligendi & presentandi & Archiepiscopo, qui pro tempore erit, instituantur, qui perpetuo pro anima mea & animabus parentorum meorum, & omnium fidelium defunctorum, orent: Missam libidem alternis vicibus quotidie celebraturi, quod legitimis cautionibus & instrumentis perficere curabit hæres & executor meus infra scriptus, prout melius sibi expedire videbitur. Quoniam vero patrimonialia bona mihi non sunt, quorum causa consanguineorum meorum rationem habere debeam: Idcirco volens ea bona, quæ habeo, in pias causas, & inter personas, de me bene meritis distribui: Magnificac Reverend. D. Aloisium Priolum patritium Venetum, meum intimum amicum & familiarum: cujus summam in Deo pietatem, & singularem erga me fidem & amorem, viginti & eo amplius annis quibus mecum conjunctissime vixit, respectum & probatum habeo: dignum judicavi & elegi, qui mihi in bonis meis succederet, & voluntatis meæ de illis integerrimus executor existeret: confidens pro ejus charitate, & mutua nostra benevolentia, eum hoc onus non graphatè suscepturum. Itaque honorum omnium meorum immobilium seu callosum Iurium, nominum, actionum, pecuniarum, supelletilis, cujuscunque generis & nominis, tam in meos, quam in domum, Capella & Ecclesiâ mearum usus parata, nec non victualium & proventuum, quo usque habeo, vel habiturus sum, & in summa quicquid tempore mortis meæ continget ad me spectare, aut spectare debet, domini que, & juris mei esse: vel quo modocunque ad meam dispositionem & facultatem pertinere, tam in Angliâ, quam extra: in Hispania, & in Italia, Roma & Venetiis, & alibi ubicunque & quacunque causa & ratione seu commessione, univversalem hæredem meum dictum D. Aloisium Priolum instituo, eundemque hujus mei testamenti executores constituo & ordino, quia publica mea bona, justis prius funeris mei ac devitis, si qua erunt, nec non quæ supra ordinari per solent, & peractis per se, vel alios ab ipso sibi etiam in articulo mortis substituendos in pias causas, & inter personas tam meorum pauperum consanguineorum, quod amicorum & familia-

familiarium, seu servitorum meorum arbitrio suo distribuam & dispenser, dans & tribuens illi vel constituendis ab eo tam in rebus, quod in earum distributione, nec non si aliquid dubii ex hoc testamento oriri contingerit, in eius interpretationem omnium eandem potestatem, quod ego ipse haberem, & qua uti possem si viverem mea mentis sententiam executioni demandarem usque ad plenam dispositionis huiusmodi & omnium praemissorum satisfactionem duraturam. Quapropter volo, & creditio, ut omnes & singuli, ad quos aliquid de praedictis meis bonis, ex dicti heredis & executoris mei dispensatione pervenerit, quantumcunque & qualecunque id fuerit, illud de manu & voluntate mea se accepisse agnoscant & reputent. Ac de his omnibus, quae hic ordinavi, & specialiter de hac praedicto heredi & executori meo commissa dispensatione, volo & iubeo, neminem penitus mortalium unquam ab eo, vel eius heredibus, vel substitutis ab eo, rationem querere, nec eum vel eos, ut rationem vel responsum super eo reddat seu reddant, aut si quid huic dispensationi reliquum penes eum vel eos promanserit, praestet seu praestent, quo, quomodo, aut quovis jure vel auctoritate astringi, nisi quatenus sibi placuerit. Quod si quispiam quarelam aut molestiam ullam de jure vel de facto in iudicio vel extra, contra eundem heredem & executores meum, vel substitutum aut substitutos ab eo attentare vel inferre presumpserit, volo, si ex his fuerit, ad quos aliquid de praedictis meis bonis pervenerit, ut omne id, quod per eum destinatum illi fuerit, amittat, nisi ab eo condonet. Si vero Index ut totum illud, in quo condemnari aut molestari contingat eidem legatum & donatum a me censeat, prout ex nunc lego & dono, quem admodum etiam lego & dono eidem eam dictorum meorum bonorum portionem, quae ei pro se sumere placuerit, quanquam a me par est eum accipere, cujus syncero atque explorato in me amori nihil me non debere sentio. Quod aunt ut liberè faciat, magnopere cupio, ipsumque rogo, si aunt facilius & commodius haec omnia peragat, opera alicuius ex meis familiaribus uti voluerit: hanc ei inprimis praestari poterit Henricus Pynningemeus fidelis & charissimus cubicularius, & proventuum receptorum generalis, quae mearum rerum omnium statum plane novit. Pro dilapidationibus aunt non est cur successor meus in Ecclesia cantuariensi, aliquid petat, cum in melioramentis domorum ut liquido apparet his paucis annis, quibus eidem Ecclesia praefui, plus quam mille libras expenderim. Hujus aunt mei ita ordinati testamenti seu ultime voluntatis super visores, factores, & defensores ordino venerabiles fratres meos D. Nicolaum Archiepiscopus Eboracen Angliae Cancellarium, & Dominum Thomam Episcopus Eliensis ac dilectum consanguineum meum D. Edvardum Hastings Regium Camerarium, D. Joannem Boxall Serenissimi Reginae Secretarium, D. Edvardum Wilhelmum Gordell regionum rotulorum profectum & D. Henricum Colae vicarium meum, in spiritualibus generalem, rogans eos pro mutua inter nos benevolentia & charitate, hoc ultimum officium mihi praestare ne grave, ac praedicto D. Aloisio heredi & executori meo in distributione per illum exequenda, ut rectè & expedite eam exequi possit, assistant, & illum consilio & opera adjuvent, prout ab eo fuerint requisiti, & Serenissimi Reginae, nomine meo, de hac mea postrema voluntate significent, supplicentque cum omni reverentia, ut qua benignitate & favore Majestas ejus erga me viventem omnibus in rebus, & rationibus meis usa est, eandemque

mortuo exhibere, atque ut hujus mei ita ordinati testamenti impedimenta quaecunque tollantur, gratiose providere dignetur. Pro hujus aunt humanitatis & officij praestiti qualicunque agnitione, volo singulos hujus mei testamenti sub visorum quinquaginta libras dari. Atque hoc assero esse meum Testamentum & ultimam voluntatem & dispositionem, quam, si tanquam testamentum non subsistat, volo codicillorum jure, aut in vim cujuscunque alterius voluntatis, & dispositionis, valere atque omnibus aliis huc usque per me conditis, quas irritas facio praevalevere. Actum Lamperthi prope Londinum Wintonien. Diocesis in manerio mea solita residentia, Anno Domini 1558. die 4. Octob. Pontificatus sanctissimi Christi, patris & Domini nostri D. Pauli divina providentia Papae 3. anno 4. & regnorum Serenissimi Philippi Regis, & Serenissimae Mariae Reginae potestate 5. & 6. praesentibus Venerabili fratre meo Thoma Episcopo Assaphen. ac discretis viris Seth Olando Decano Virginien. Mauritio Clenotré Capellano, & Joan. Francisco Stella auditore meis testibus, ad haec per me Specialiter vocatis & rogatis.

In quorum fidem & testimonium hoc testamentum mea manu subscripsi sigillique mei appensionis, & testium supra scriptorum subscriptione communi feci.

Ego Reg. Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus testator subscripsi.

Ego Thomas Assaphen testis rogatus subscripsi.

Ego Seth Olandus testis rogatus subscripsi.

Ego Mauricius Clenotré testis rogatus subscripsi.

Ego Joannes Franciscus Stella testis rogatus subscripsi.

Ego Marcus Antonius Paita Secretarius sigillum apposui.

Dominicus Lamponius scripsi.

Mense Decembri, renunciata ex Hispania Caroli Quinti morte tacitus luctus omne Belgium occupavit, ita, ut repente patrii vestes mutarint, eodemque vestigio per delubra Sanctorum, consecrationes divo Carolo à Pontificibus, tribus plebis ac sacerdotibus factae fuerint. Cumque civitates omnes Domino certatim funus amplissimum luctu populari, toga pulla, funestaque face curavissent, Philippus Rex vicesimo octavo Decemb. ex Caenobio Briementhal quo post obitum parentis Divi Caroli secesserat Bruxellas rediit, & sequenti die ei vigiliis magno apparatu celebravit, ex Palatio in eadem D. Guadele magnifico ac celebri comitatu stipatus, procedens.

Viri à palatio usque ad forum & templum praedictum, ab utroque latere cancellis fabricatis muniti, & hominibus pulla veste indutis, facesque ardentes cum insigniis Caesareis in manu tenentibus, circumsepti fuere concione, hoc ferè ordine procedente. Primò, pueri civitatis atque scholastici circiter centum veste linea praecessere; Deinde splendido ornatu induti omnium ordinum monachi, quos Praelati, Abbates & Episcopi, non tantum Belgij, sed & aliarum regionum hereditariarum, cum infulis sublequebantur. His substituti erant circiter sexcenti pauperes viri munificentia Regis Philippi, toga pulla & cucullo nigro vestiti, ardentes faces cum Caesareis insignijs gestantes, quos legati civitatum Belgicarum

carum conlequebantur hos verò Regij ministri ac pensionarij, quilibet pro sua dignitate & loco.

Ultimo navis automata quinquaginta circiter pedum regem præibat, quam duo Equi fabre facti, qui dimidia parte corporis extra mare conspiciantur, supibus bombycinis subtilissimis trahebant. Et quidem à latere sinistro navis, in longitudinem, nigris literis in auro hi versus inscripti fuere.

Non auri sitis, aut famæ ambitiosa Cupido;
Non Sceptri persuasit amor tot adire labores;
Humani sed te generis pia cura cœgit,
Navibus ignotas investigare per oras,
Queis sacra inferres populos CHRISTO-
QUE dicares,
Membra salutiferæ lustrans aspergine lym-
phæ.

*Infra quos versus quatuor distent imagines, in longi-
tudine divisa, erant super quibus scriptum.*

Fide Indis invecata.

Tuneto capto & restituto captivisque redut-
tis.

Metone Coroneque vi captis.

Germania Bohemiaque sedatis.

*In posteriori navis parte, denno majusculis & aureis li-
teris inscriptum erat, PLUS ULTRA. Infra quas
rursus dua distinctæ imagines tali inscriptione:*

Geldria recepta.

Aphrodisio delecto.

In latere dextro navis, hi versus positi fuere:

Successus neque te, Cæsar, spes certa petiti

Destituit, donec telittore solvit Ibero,

Neptuno Iternente viam & tritonibus undis;

Auspiciis veneranda tuis transque æquora fe-
cta

Relligio, tandem auriferis allabitur undis,

Luce nova irradians merlas caligine mentes.

*Sub hisce etiam quatuor picturæ seu imagines sequenti
inscriptione:*

Mari pacato.

Tremiseno restituto.

Solymano profligato.

Orbe novo invento.

*Ex parte posteriori navis grande vexillum aurum sus-
pensum erat, cui ab utraque parte sequenti inscripta
erant.*

Impetatore Cæs. Carolo Max. P.F. Augusto Gal.

Turc. Africo Sar. Victori triumphatorique mul-
tarum gentium. Tametsi res ab ea terra marique
gestæ, singularis humanitas, incomparabilis pru-
dentia, ardentissima Religio, satis terrarum orbi
conspiciæ sunt, Respub. tamen Christiana ob me-
moriæ justitiæ, pietatis, virtutisque ejus Victri-
cem navem, quæ mundum circumivit, quem suis i-
pse Victoriis illustravit. P. D. S. B. P.

Præterea quod novum orbi nostro orbem patefe-
cerit exteris gentib. Christiano nomini additis,
multisque regnis provinciisque aucto Hispania-
rum Imperio.

Quod Solimannum Turcarum Imp. cum CCC. e-
quitum M. C. M. peditum, Germaniæ impenden-
tem, ruptis in fuga pontibus amissisque sedecim
millibus equitum in suos fines compulerit Ger-
mania servata.

Quod classa Peloponnesum invadens, civitates Tur-
carum Metonen & Coronen vi cepit.

Quod Barbarossam tyrannum cum CC. M. peditum,

XVI. equitum M. prælio ad Carthaginem supera-
tum, Arce Goleta, sexaginta turremibus, multis
Paraticis navibus omni nautico bellicoque appa-
ratu, ipsa Tuneto, Hippone novo, Hippone Re-
gio, civitatibus captis Regno Tunetano, Impe-
rioque Lybiæ spoliaverit, restituto vectigalique
facto veteri legitimoque Rege.

Quod Regnum Tremesceni devicta prælio Mauri-
tania regi restituerit.

Quod undeviginti Christianorum captivorum mil-
lia eo bello liberata in patriam reduxerit.

Quod Aphrodisium Lybiæ nobilissimum emporium,
Sustain, Monasterium, & clupeam classe cepit
maritimasque Lybiæ civitates Principesque ve-
ctigales fecerit.

Quod duas Turcarum classes, nostrum mare infe-
stantes, duobus præliis, altero ad littus Maurita-
niæ, altero ad Siculum deleverit.

Quod pristinam Reip. Genuensium libertatem re-
stituerit.

Quod Ducatū Mediolanensem, sex exercitibus ho-
stium repulsis, tribusque magnis præliis devictis
Imperio, Romano bis, Duci semel restituerit.

Quod præclaro rei militaris peritiæ exemplo pri-
mum cunctando, mox longis difficilibusque iti-
neribus celeriter confectis, Albique transmissa
tumultuantis Germaniæ motus, pacata insu-
per Bohemia, Victor sedeverit.

Quod contra Christiani nominis hostes sponte
contra Christianos non nisi laceffitus & injuri-
am propulsans arma sumpserit.

Fortissimo Catholicò, optimoque Principi, titulos
trophæaque additis tumulo regnorum signis, de-
victorumque gentium imaginibus, eadem Chri-
stiana Respub. Majestati ejus devotissima.

Navi quoque tres Virgines pulcherrimè vestitæ
impositæ erant, prior puppi in manibus habens ar-
genteam anchoram: altera calicem: tertia in pro-
ratemõnem seu clavum navis gubernans. Post na-
vem duæ columnæ Herculis vectæ fuere: à duobus
Elephantis affabrè factis atque post eam natantibus:
Columnis verò hi versus inscripti erant.

Jure tibi Herculeas sumpsisti signa columnas

Monstrorum dominator temporis ipse tui.

Post Columnas quator majora vexilla Imperij
magnificentissime contexta & viginti quatuor alia
terrarum hæreditarium gestata à præstantibus do-
minis atque nobilibus omnium nationum seque-
bantur: hæc singula rursus equi singuli, teçti stragulis
bombycinis habentes eadem insignia quæ vexilla,
ijque omnium pulcherrimè plumis ejusdem coloris
ornati, atque in ædem singuli cum pullato eqyo atro
ferico cooperto, à duob. nobilibus pulla toga indu-
tis, frenis bombycinis ducti, inter medios equos cu-
jusque nationis feciali (quem Heraldum vocant)
eunte.

Hos ex ordine secuti fuere hi, qui dictæ Cæs. Maj.
duas auratas galeas, alteram cristatam, alteram con-
aureo & Corona Cæsarea ornatam: Similiter qui,
clypeum cum duabus columnis Herculis, & clype-
um cui corona aurea imposita & aureum Vellus cir-
cumvolutum erat: denique qui insignia Imperialia
gestarunt: ut Comes Guntherus Schwartzburgi-
cus Vellus aureum in pulvino: Princeps Salmo-
nensis Sceptrum: Princeps auriculus Pomum Impe-
rij.

rii N. Coronam Cæsaream: Dux Villæ Hermosæ Gladium Cæs. Maj. Unoquoque horum etiam Insignia Cæs. Maj. vestem inauratam cum Aquila ante & retro, portante: tandem post hos, incessit Dux Albanus, ut aulæ præfectus, cum baculo, & post eum Heraldus aurei Velleris: Post hanc tantam turbam Rex medius inter Ericum Brunsvicensem & Ducem Arescotium Ruino Gomefio Simbriam levante, gradiebant, e vestigio decem equitibus aurei Velleris cum sequentibus, nimirum Comite de Boussi, Egmondano, Oberendio, Arescotio, Marchione Bergensi, Molembosio, Curriero, Berlemontio, & Antonio Doria. Equites prædictos consiliarii Regij excepere hos equites hastati, qui omnes templum ingressi sunt, ubi consuetæ preces atque vigilæ cum omni religione habitæ atque peractæ sunt.

Hæc exequiarum sollemnitas à tertia hora pomeridiana usque ad horam octavam noctis circiter duravit, postea Rex eodem ordine ac ceremonis in palatium se contulit: omnibus ornamentis atque candelis in templo prope feretrum, sub tabulato affabre multis facibus ardentibus instructo, positum, relictis, atque manè exequias quam Magnificentissime apparavit. Quas itidem denuo mane circiter horam nonam antemeridianam, eodem ordine quo præcedenti vespere, accessit, sacro officio, cui peragendo Leodiensis Episcopus præerat, usque ad horam secundam præsto manens. Quod dum celebraretur omnes prædicti Equi cum Vexillis, ordine ac pompa insigni ad altare offeriebantur, vexillis altari affixis: Rex vero ipsemet cum magna pompa solummodo ardentem faciem manibus tenens, ad offerendum ducebatur. Eo facto suffraganeus atrebatensis vir apprimè eruditus, Doctor Theologiæ, ornâtissimam orationem lingua Gallica habuit, qua Cæsaris Virtutes & Victorias breviter quidem, sed elegantissime extulit, atque ornavit. Postremo, officio penitus peracto, Rex per priorem viam ordine quo antea, in palatium rediit.

EPITOME RERUM IN ORBE GESTARUM, Anno

1559.

ANNO supra millesimum quingentesimum quinquagesimum nonum, Januarij die primo, *Christianus Rex Dania & Norvegia* extremum vitæ diem clausit, vir sapiens & bellator fortissimus, Christianus re & nomine. Nam cum anno 1533, *Fridericum parente defuncto, Clementem navatam* turbatorem lutix Borealis vicum, capitis damnatum, rotis quatuor imposuisset, *Lubecensium & Christophori Oldenburgici* copias instructissimas, quæ ditionem ejus paternam invasissent, ad *Afnicum Fionia* urbem edita ingenti strage ac inter cæteros duobus comitibus, uno *ab Hoya*, altera *Teckelburg* interfectis delevisset, ac regno pacem non sine laboribus ac difficultatibus summis perasset, in nullam rem magis incubuit, quam ut doctrinam CHRISTI sibi optimè cognitam, per universum Regnum Danicum propagaret, ac obstacula omnia quæ cursum Religionis sanctæ impedire viderent, heroica animi magnitudine tolleret, atque ecclesiis pios atque idoneos ministros præficeret. Itaque hoc studio id initio effecit, ut terræ Boreales, remotissimis marium intervallis distitæ, & tamen Imperio

ejus subditæ, *Norvegia, Gotlandia, Færenses Insula, & Islandia* liberatis à falsis hominum traditionibus; syncerum Dei verbum amplecterent, & ut omnibus etiam posteris, ad fontes doctrinæ cœlestis aditum patefaceret: Biblia sacra in Danicam linguam magnis sumptibus, converti, & typis excusa in singulis Ecclesiis repom curavit: Cumque sciret, Ecclesiis scholas tanquam seminaria adjunctas fuisse, scholam *Haffniensem* ab avo suo Christiano primo fundatam tunc auit motibus bellorum ferè collapsam restauravit, aucto professorum numero, & in arce Haffniensi nobiliss. Bibliotheca instituta: Nec politica gubernatio ejus excellentium ac regiarum virtutum expers fuit, nam semper diligentissimè cavuit, ne quid turpe per injustitiam committeret, sed, ut quod æquum ac bonum esset tam plebeio quod patritio, tam pauperi quod diviti tribueret. Ad hæc pacis si quis alius amans, non inanis & ignavi ocij cupiditate, sed quid belli incommoda nosset, unde non temerè bellis se implicuit, sed ex necessitate suscepta ea animi moderatione confecit, ut nihil aliud nisi pax quaesita videret. Sæpius cum gemitu aliorum Principum suæ ætatis dementiam deplorans, qui bello vastitatem attrahere, quod in pacæ Ecclesiæ Politici & Scholis consulere mallent. Verum ut omnes ejus virtutes persequamur, nec loci hujus nec instituti nostri est: Sed quia felix & tranquillus ejus ex hac vita exitus, non solum Regibus ac Principibus, sed & omnibus piissimam inoriendi rationem exhibet, eam breviter attingemus. Nam cum die 23. Decemb. 10. die ante obitum suum per visionem edoctus esset, quod cum anno novo valetudo ejus advesa (qua totos ferè 18. annos conflictatus fuisset) in meliorem innovaret, statim indies ad mortem futuram, piis exercitiis se præparavit. Itaque cum aliis diebus, sacras conciones diligenter audiret, scripturas religiose legere, ac piis precibus se summè; Regnum Deo commendavit, tum vero Calend. Januarij, primum summo mane sibi prælegi voluit locum Pauli ad Galatas primo: CHRISTUS DEDIT SEMETIPSUM PRO PECCATIS NOSTRIS, UT ERIPERET NOS DE PRÆSENTI SEculo NEQUAM, SECUNDUM VOLUNTATEM DEI ET PATRIS NOSTRI, CUI GLORIA IN SEcula SECULORUM, AMEN. Deinde apud Concionatorem pia ac Rege Christiano digna confessione edita, cum magna læticia audit, sibi annunciantem remissionem peccatorum, justiciam & acceptionem ad vitam æternam, gratis propter JESUM CHRISTUM mediatorum fide apprehensum. Tunc *Regina Dorothea* præfletu & dolore ex conclavi, in quo esset, discedente: Rex vocatum ad se Cancellarium utrunque, *Joannem Frisum* virum prudentissimum, optimè de Regno Daniæ meritum una cum *Andrea Barbij*, seria exhortatione & mandato gravi alloquitur: hanc esse extremam suam voluntatem, ut *date fidei memores, Fridericum Regem designatum, piis & utilibus consiliis in gubernatione adjuvent: & ipsi autores sint ac hortatores, ut pacis amans, verbum divinum per Christum nobis ex sinu Patriæ prolatus sedulo audiat: Ecclesias, Scholas, totius denique patriæ salutem, dignitatem & gloriam, paterno ac avito exemplo lætatur & promoveat: habent etiam ministrorum Regiorum rationem, ut labores eorum liberali stipendio compensentur, & gratia illis præstita sibi fidelitate & dignitate agantur.*

Post-

Posthac, cum Illustrissimi liberi ejus, *Joannes & Dorothea*, qui tum soli praesentes aderant (*Fridericum enim in Selandia tempestas adversa detinuit, & Magnus ad Ducem Saxoniae Augustum Electorem abierat*) lachrymis suffusi & ejulantes, materno jussu patrem adirent, & genibus ante lectum innixi, offensa, si forte ullam admisissent, veniam peterent: ipse dextra capitibus eorum imposita, sanctos patres imitatus, illis benedicit: orans ut in vera pietate, timore Dei, & amore Verbi divini honeste ac placide vivant, divinis benedictionibus crescant & bonis omnibus affluant.

His digressis *Regina* iterum adveniens, multis eum lachrymis alloquitur: & errata, si quibus animum ejus unquam offendisset, condonari sibi petit. Tum ille: *Mea Dorothea, inquit, dulcissima conjux, sis bono animo nihil est injuriarum: vita nobis, ita ut volui, placida fuit: semper te amico esse animo erga me sensi, morigeram, obsequentem, bonam. Omnia sunt condonata. Nunc me Deus ad caelestem patriam avocatur: decet nostra desideria voluntati divinae subjici: & si unquam meam erga te experta es benevolentiam, quae lo hanc mihi gratiam nunc pro illa des, ut luctum minuas. Me enim non amittis, sed praemittis: & cum Deo ita visum fuerit, iterum mecum jungeris in vita aeterna, in Regno caelesti, ibi eris socia laetitia & felicitatis aeternae. Haec vita caduca est brevis & calamitosa: Illa aeterna & felicissima, in hac praesens, illam animo absens desideres, illam speres, illam dies noctesque expectes, de illa cogites, illa te oblectes, ad illam in timore Dei te praepares, & dum inter homines versaris, te fidei fructibus exerceas: liberos qua decet pietate instituas: & maxime Friderico nostro salutaria consilia communices, eumque moneas ne novis exactionibus suos subditos oneret, sed Deum timeat, pacem amet.*

Haec verba mutuus amplexus consequitur, quo sibi invicem tandem valedixerunt.

Post Reginae abitum ipse oratione ad astantes nobiles, medicos & ministros caeteros conversa, singulis pro officiis exhibitis gratias agit & dextera data, valedicit. A meridie quatuor horas, quibus adhuc vixit, piis exercitiis tribuit: & saepius ardentissimis votis Ecclesiam, sese, suamque posteritatem & Regna Deo commendavit.

Si quis praeterea vitae longioris mentionem apud eum facere, & periculum mortis extenuare volebat, hunc audire non poterat. Primus omnium lingua Germanica Canticum Simeonis inchoans: *Nunc dimittis Servum tuum Domine, &c.* Item: *Media vita in morte sumus, &c.* Spe vitae melioris laetus caeteris astantibus luctu & tristitia penè obrutis.

Quis verò non miretur, hominem adhuc viventem, eos Psalmos, qui mortuis, imò & sepultis usitate accinuntur sibi non secus ac mortuo, & ad sepulturae locum allato, cantari voluisse: Ita ut verè tanquam Cygnus (si vera sunt quae de hoc referuntur) funeris sui cantator fuisse videatur? Sed admirationis causa facile eximetur, scienti, hunc Regem ab adolescentia religione cognita, semper in more id habuisse, ut à caena non vel alex, vel hellationibus vacaret, sed totum tempus usque ad somnum, vel Psalmis canendis, vel historicis legendis tribueret: Exemplo omnibus aliis Principibus relicto, ut Deo

TOM. III.

magis, quam mundo & ejus voluptatibus servire recordentur.

Porro finitis concionibus semel atque iterum omnes quotquot in conclavi aderant in genua procumbere jussit, & Deum pro se ardentè invocare, ut Spiritu divino confirmatus in firma & constanti fide, qua tum laetus beneficia Dei complectebatur, ad finem usque perseverare posset. Eo fideliter ac pie facto: astantes concionatores per vices dicta Scripturae consolationis plenissima repetebant, & praecipue ea quae Joan. 3. & apud Esaiam capite 53. inveniuntur. Nec cessabat ipse quin sententias sibi antea familiarissimas in memoriam revocaret, & dulcissima paraphrasi in sui consolationem explicaret.

Tandem post quartam pomeridianam horam, deficientibus paulatim viribus, anima ejus hoc mortali carcere placide liberata: & ex hac ærumnosa vita, ad laetissimam Dei, caeterorum Angelorum, piorum Regum, & sanctorum omnium societatem evocata est, quorum colloquiis & suavissima fruitur consuetudine, gravi sui desiderio omnibus piis relicto,

Mortuus est omnium quantum vivant Regum Rex honoratissimus, ac si quis alius Ezechiae comparandus, in *vicinia Coldinga Cymbriceæ Chersonesii* oppido ipsis Calend. Januarij, ut diximus, millesimi quingentesimi quinquagesimi noni, anno aetatis suae 56. Climacterico octavo. Fuit enim totum ejus vitae curriculum 55. annorum, quatuor mensium, & dierum viginti. Praefuit Regno Danico annis ferè viginti duobus, quibus si biennium addatur, quod ab Electione ad coronationem ejus intercessit. Regio muneri praefuit annos 24. Sepultus est *Othonia, in ade D. Canuthi* honorificè, ut decuit, 13. die Februarij, eodem anno 1559.

Liberos reliquit ex castissimo thoro conjugali quinque: masculos tres *Fridericum* natum anno Christi 1534. Calend Julij: *Magnum* qui Episcopus Opsaliensis in Livonia est, & *Joannem*. Filias duas: *Annam* quae nupsit Augusto Duci Saxoniae Electori, & *Dorotheam*, elocatae Henrico Duci Lunenburgensi. In Regno successorem habuit filium *Fridericum secundum*, cui in regni successionem legitime electo, fidem à subditis praestari voluit, anno à Christo nato 1542. ut est in disticho, quod simul & aetatem Principis & annum Domini complectitur:

EN UT REX DANIS LECTUS FRIDERICE VOCARIS
NON ANNI PLURES OCTO FUERE
TIBI.

Vivit hic hodierno die bellis contra *Dietmarsos & Suecos* Troianum æquiparantibus, quam pace à qua nomen habet celebrior, ab hac ad illa contra voluntatem, adversariorum contumacia tractus.

Paucis diebus post Christiani mortem, & quidem saltem quindecim, ut quidam prodidère, vel, ut alij rectius vigesimo tertio Januarij *Christiernus* patruelis, ejus vestigia prosequitur, mærore (ut à fide dignis scriptum est) extinctus, annum agens septuagesimum septimum, Climactericum undecimum. Quosdam scribere non puduit, eum praesentissimo veneno sublatum, diem suum miserè obiisse, sed veriora alij qui mærore mortis nepotis Christiani eum mortuum scripsère:

m

Nam

Nam hic ante mortem suam patrualem perhumane adiit, atque captivum invisit, cumque multa in familiarum colloquio ambo simul communicassent: de precati alternas inimicitias, injurias itidem sibi invicem condonarunt.

De ejus crudelitate in *Suecia & Dania* exercita alij copiose scripsere: unde Deo justam ab illo repente vindictam, ditionibus suis ejectus, vagus, & inops cum conjugē & liberis in *Selandia* alieno solo exulavit. Tandem cum Regnum comparatis in Belgio copiis, anno 1532. recuperare vellet, à Regni Danicæ consiliariis atque proceribus, eum pacta violasse prætentibus captus, & custodiæ traditus, captivus usque ad extremum vitæ diem permanfit. *Potest hic Regibus & Principibus esse exemplo, ut si recte atque feliciter subditis suis imperare ac dominari velint, suis affectibus moderentur, nec nimium dominandi insolentia elati, sibi indulgeant, Deo eos subinde ob id de solio deturbante.*

Die 15. Januarij ejusdem anni 1559. cum res non satis adhuc essent constitutæ & pacatæ motibus populi ubique in Anglia durantibus in demortuæ *Mariæ Reginae* locum sufficitur *D. Elizabetha*, quæ *Rex Henricus VIII.* ex *Anna Bolenia* susceperat, virgo annos nata quinque supra viginti, Princeps pietate, forma ac prudentia conspicua, ac non solum erudita verum etiam præter Latinum sermonem, Gallici atque Italici idiomatis perita. Quæ ipsa *Londini* urbe regia ex consuetudine solennibus ceremoniis coram S. P. Q. Anglico 17. Cal. Feb. inaugurata est.

Anno 1559. die 5. Feb. celebratæ sunt *Lutetia Parisiorum* nuptiæ *D. Claudiæ* secundæ filiæ *Gallorum Regis Henrici 2.* cum Illust. Principe *Carolo Lotharingo* duce.

Ejusdem mensis 12. terram quoque cum cælo commutat *Henricus Otto Palatinus* Elector, anno ætatis suæ 57. qui ut ipse ante biennium *Fridericus* patrueli successerat in Electoratu; Sic & *Fridericum* Ducem *Simerensem* agnatum successorem in eo habuit, sepultus *Heidelbergæ* in Mausoleo, quod vivus sibi construi curarat. Princeps bonus, cordatus, sedatus & religiosus, & erga literatos, si quis alius, liberalis, omniumque literarum atque artium Mecenas munificus. Natus patre *Ruperto* Palatino, qui patrem habuit *Philippum* Electorem, & matre *Elizabetha Georgij Ducis Bavarie* cognomento *Divitiis* filia. In juventute multis peregrinationibus, inter has Hierosolymitanam, susceptis: Uxorem duxit *Susannam*, *Alberti Bavarici* cognomento *Sapientis* filiam viduam *Casimiri Marchionis Brandenburgensis*, ex qua sobolem nullam sustulit. Dignitate Electorali cum ditionibus ad eam pertinentibus ex transactione inter Palatinos jam ante facta, ad *Fridericum* agnatum, *Joannis Palatini Simerensis* filium transmissa, in ducatu *Neoburgico* ex titulo donationis à *Carolo V.* confirmatæ, *Wolffango Palatino* agnato ei succedente.

Mensis Februarij die 25. cœperunt *Comitia Augustana*, vigore recessus *Francofurdensis*: Anni superioris mense Decembri celebranda, in hunc verò certis de causis rejecta. Ubi in Principum & Procerum ex tota penè Europa frequentissimo conventu exequiæ celebratæ sunt *Caroli V. Imperatoris* potentissimi, singulari studio & solennibus cæremoniis. Quibus peractis *Ludovicus Madrutius* Elector

Trienninus, ornatissima oratione virtutes & res gestas *Caroli V.* celebravit. Porro in his Comitibus præcipue actum est de religione, communipace, & certo ordine in monetis observando. Ordinis quoque *Teutonici in Livonia* Magister, per Legatum suum *Georgium Siburgiun* Commendatorem, ut vocant, *Dunæburgensem*, opem & auxilium ab Imperij Ordinibus contra *Moscovitas* (quos anno superiore magnum *Livoniæ* damnum intulisse, supra commemoravimus) petit: Idem quoque *Joanne Alberto Duce Megalopolensi*, vehementer ac sedulo sollicitante. Et si vero ad sollicitationem horum, unanimi suffragatione decretum sit, ut *Livonia* miserè quærenti de atrocissima hostis *Moscorum* extrema crudelitate atque injuriis: centenis aureorum millibus ad exercitum conscribendum, suppetiæ ferrentur. Id tamen *Livonia administrande Prefectis* adeo, tenue & exile est visum, ut id negligere maluerint, quàm se in tam exigua summa spem aliquam atque fiduciam temerè posuisse videri. In quo, ut obstinata eorum arrogantia culpanda est, qui rebus in extremum discrimen adductis, quod auxilij oblatum fuit superbe respuerint: sic nobis saniora consilia in posterum optanda, qui provinciam, quæ Germaniæ adversus finitimorum incursiones, firmissimum propugnaculum fuit, atrocissimi hostis tyrannidi relinquere, quæ largiori collatione pecuniarum ei succurrere maluerimus. *Verum id ita forte Deo visum est Livonia peccata punire volenti, quæ tanta fuisse feruntur, ut quod accidit etiam merito accidisse videatur, & calamitas ipsis illata (ut ille dixit) in culpam transeat, nostro si sapere voluerimus exemplo.*

Hoc eodem Februario ad *Cambresiam* arcem, quæ sexto à *Cameraco* miliari distat: *Henrici & Philippi controversia* disceptatæ atque compositæ sunt. Sed unus tantum nodus super *Caletum* statu restabat, quos *Philippus Britannus* restitui omni ratione petierat. Quæ disputatio cum refelli sine iracundia vix posse videretur, & qua non concessa nulla forsitan fuerat secutura compositio, à *Regina Angliæ Elizabetha*, nuncius intervenit, qui afferebat, *Reginam* cum Gallo pacem hac lege iniisse, ut exacto octennio *Britannos* in possessionem veterem *Rex* restitueret: aut 50000. aureorum penderet: & ejus rei quos *Regina* optasset, quatuor ex nobilitate *Gallica* obsides daret. Ea ratione accepta, cum cætera satis inter Reges convenirent, ad *Cambresiam*, optatissimam pacem? Non. April. inter se legati fecerunt ex quibus pro *Philippo* erant *Albanus*, *Aurascus*, *Antonius Perenotus* *Atrebatum* antistes, *Melitus* & *Vigilius Zuchemus*, vir equestri dignitate, idemque à privatis consiliis. Pro Gallo erant *Cardinalis Lotharingus*, *Connestablius*, *Mareschallus S. Andreas*, *Aurelianus Episcopus*, & *Laubespina* à Secretis. Interventu quoque suo, in eo negotio *Christierna Lotharingiaca*, cum filio adolescente, eam operam, diligentiamque, cum affinitatis tum communis salutis causa, præstitit: ut & gratiam apud utrumque regum, atque partis alterutius studiosos singularem inveniret, & conciliatrix amicitia, faulrixque tranquillitatis, ac salutaris civis Reip. merito haberetur: Animis ergo Regum admutam pacem, & fœdus indissolubile inter se faciendum inclinatis, Legati, quos diximus, has pacis conditiones tulere ac receperunt.

Primum omnium, ne acta conventaque majorum ulla ex parte tantillum rescindatur, sicuti Reges ipsi biennio ante illa ipsa fædere Vacculano corroborassent, nisi nova hac pactio secus, speciatimque statuisent.

Deinde ut inter Reges, Regios liberos, atque omnem posteritatem fraternus sit amor, mutuum studium, benevolentia, officium, charitas, dilectio, societas, itaque in universa generatim Repub. pax ana, constans, ac perpetua: qua nihil habeat insidiarum, sive domesticarum, sive peregrinarum: sicuti nulla in re, sese inviduo deinceps per conventicula, aut sodalitates Europæis, Christianorumve, vel Asiaticas Turcorum ac Barbarorum defraudent.

Fidem auctoritatemque suam Reges interponant quamprimum convocando, habendoque cum in honorem Dei Opt. Max. tum ad salutem Reipub. Christianæ, ac tranquillitatem civitatum, æcumenico concilio.

Utrivis subiectis populis, ac clientibus, quocumque illi tandem ordine ac conditione essent, sive sacris iniuncti, sive profani, & quamlibet abacti vel proscripti, aut adversum dominos religione inientata consurrexissent, aut contra patronos bellum armaque gessissent, desertam liceat adire hereditatem, & possessionem statutorum bonorum cernere: qua aut fiscus Regius sustulerat, aut hastam in foro posita acerba vocis præconis prætor subiecta vendiderat, exceptis ab hac liberalitate Regia illis, qui ex Sicilia, Neapoli, atque ab Insubribus exulabant. Ut velut alterna damna præstando, toto octennio bello aut alio quovis modo usurpatis civitates invicem reddant. Particulatim vero Franciæ Rex Dinodorum, Narianum, Ivosium, Danovillarium, Momedium, Belgica municipia, & Valentium Insubribus, unacum castris, oppidis, arcibus, locisque omnibus quas ille eis transve Alpes occupasset (eaque omnia salva atque integra præter unum Ivosium, quod manibus nudet ad compensationem eversæ Teravanæ) Philippo restituat. Contra Philippus cedat Augustam Veromanduorum, Castellum, Hanensem arcem, cum ditione universa, deinde solum Teravanæ diæcesis, dum ne olim aliquando exadificata, in restauratione communiatur.

Philippus possessum eat Comitatum Carolatem, cum Heldino, & toto ejus gentis statu. Nobilis Rex Dèlphinus, eo ipso temporis puncto, quo promulgatio hujusce pacis fieret, usque capiat Crepacorium, cum subiecta ei ditione citra præjudicium tamen Gruningij Toparchæ, qui præsumpta opinione id juris sibi arrogare videtur: Cum ad corroborationem, fundamentum, stabilimentumque æternæ pacis, tum ad veram sinceramque amicitiam, reconciliationem, injuriarum superiorum oblivionem, simultatum oblivionem, discordia expirationem, cum in dissolubile affinitatis vinculum, Philippus Isabellam, filiarum Franciæ Regis majorem natu quantumvis licet ea puella undecennis esset) dicta dote 400000 aureorum, uxorem ducat.

Franciæ Rex Allobrogum régulo, ex quo deturbatus jampridem bello fuerat, statum, citra ultrave Alpes de integro restituat, præter Taurinum civitatem, Pœnariolum, Charium, Cevacion, & Neapolim Astepsem oppida, quatriennio sibi reservaret pignori captionis loco interea dum lege in eam rem cognoscere-tur, jureque municipalis, ac justis judiciis definiretur.

TOM III.

ad utrum litigatorum ex æquo & bono controversa jampridem astineret hereditas, ea conditione, ut Philippus contra, ex nepotis ditione Altam coloniam retineat & Vercellas, quousque Pentapolim illam modo jam commemoratam Francia Rex habeat.

Alterutrius partis ne sit Allobrox, ei nubat Margarita soror Regia, qua præter dotem 300000 aureorum, Ducatu Barrensi, dum superesset, utatur, fruatur.

Excedat Franciæ Rex locis omnibus, qua ipse Senensis ditionis in Etruria usurpasset: itidem præsidia, stationes, custodias, vigiliasque educeret, ea lege atque conditione tamen, ut cum Mante Alcinoi & Patricis ejus civitatis, Magistratus Senensi obtemperaturis unversum crimen condonetur.

Restituat itidem Franciæ Rex Liguribus, quicquid ipse Corficæ Insulæ invasisset, modo Ligures civibus rebellionis pœnam remittant, qui contra patriam sub Gallis militaverint.

Reddat arcem Bullanam, & si quid aliud ejus ditionis obtineret, Eburonum antistiti, reservato nihilominus negotio Sedanensi.

Materna dotis debitione Maria Lusitana Infans, deinceps torquetur.

Philippus Here Totivillanæ ditionem Paulinæ restituat, excepto tamen jure clientelari, quod ab Regibus ambobus super ea ditione, multis nationum involucris, & quasi velis quibusdam obtenditur aut cum honoris cupiditate prætexitur.

Mantuanorum Regulo, juxta restituat uterque quicquid municipiorum ipsi Montferratensium subtraxissent: Sic tamen ut in arbitrio amborum esset, atque in voluntate liberum relinqueretur, sive males, sive munitiones abs se, illic exadificatas extruēt, atque demoliri, nec ne.

Franciæ Rex prior conventa exequatur, trimestriq; restitutionem unversam expleat, judicaturq; faciat, quo præstito, Philippus uno mense fidem suam liberet, promissis faciat satis, obsides det quatuor, quos Franciæ Rex arbitrari suo optasset, nominatimque delegisset pira Albanum, Darocum, Arausinum & Egmondentem.

In hujusce fœderis atque societatis partem veniant Rom. Pont. Max. Imp. VII. Viri Principes, & Civitates Germaniæ, Romano præcise subditæ Imperio: Complectatur pax eadem Reges hosce, Sarmatam, Danum, Suecum, Scotum, unâ cum Regina Britannæ. Respub. item, cum Venetum, tum Helvetiorum, ac Rhetorum superiorum honestam ac fortem sodalitatem, Duces hosce, Florentinum, Lotharingicum, Allobrogem, Ferrarium, Parmæ ac Placentiæ, Urbinatem, Ligures ac Lucenses, Democratas, denique potentatum omnem ac civitatem, qua amica, sociâ, propinqua, cliensve est alterutri Regum. Ea-que ratione non Hispania tantum ac Gallia toti, sed unverse Reipub. Christianæ tranquillitas quadam pace Orbi reconciliata, atque otiosa securitas terra marique esto.

Paria vicissim reddentibus Regibus, de institutis majorum se nihil immutatos reprobant Principes, Delphinus & Carolus, ac illud fœdus

m 2 præsc-

prescripto tempore ratum, certum, fixumque, iurejurando corroborant, quod itidem ex sententia, decretis, interdicitisq. Principum comprehensum, perceptum, ac in acta relatum, trinundinoq. rogatum Francia, in Belgium omne excipiant: eolator receptos, vicissim stipulentur.

At hæc pacificatio eo majore cum voluptate duorum illorum Principum coibat, quod jam per omnem ferè Hispaniam & Galliam atroces de religione Christiana contentiones exarserant, quæ non obscuro argumento plarisque civitatibus ansam præbebant, ut in officiis vacillarent claudicarentq. Et ipse Henricus jam antea edicta, à patre Francisco contra quædam dogmata nova promulgata, sub eundem revocaverat, & ad vetera de suis etiam quædam adjecerat. Verum tanta moles curarum ex regni statu, & bellicis tumultibus, tum iucumbebat, ut ea quæ proposuisset, pro sua voluntate & arbitrio exequi non potuerit.

Martii die 1. *Ferdinandus Imper. Augusta sorori Maria Regina Hungaria* (de cujus ex hac vita discessu, superius meminimus) exequias solennibus ceremoniis fecit: Ejus laudes funebri oratione prosecutus *Georgius Drascovicius Antistes Quinquagesiensis*. Subsequenti die eadem solennitate & *Maria Regina Angliæ* exequiæ peractæ fuere, eam quodam ex societate Iesuitica celebrante.

Anni hujus die 12. Maji percrebescente fama de fraude impostoris *Davidis Georgij*, qui relicta inferiore Germania anno salutis, 1544. cum aliquot comitibus Basileam commigrasset, atque nihilominus incredibili silentio literis, & nunciis impium dogma foverat. Senatus rem diligentius investigandam suscepit. Itaque 4. Idus Junii *Davidis Georgij* jam mortui, filii & quotquot in ejus erant familia mares, quidam etiam extra familiam viventes & amici in curiam accersuntur. Ubi eò venerunt omnes, *Tribunus plebis*, nonnulla præstus de eorum simulatione & dissimulatione, postea interrogat, num *Joannes à Bruck* sit proprius defuncti homini nomen, an inquam sive privatim, sive publicè docuerit, & quæ ejus doctrina fuerit? Ibi à nonnullis responsum est, nullam ipsos propriam habere sectam: à nonnullis vero, non aliam se tenere religionem, quam quæ Basilea doceretur. Nec se aliud nosse viri nomen, quam *Joannis à Bruck*, quod à patria haberet: privatim quidem illum non tam docendi quam adhortandi causa quædam inter suos dixisse; nihil à Basiliensium concionatorum dictis discrepantia. Erant homines undecim: cumque hæc ratione nihil esset compertum, jubent secedere, & singuli revocantur, & separatim interrogantur. At nec sic quicquam repertum est. Itaque jubentur omnes isti in carceres abduci, & haberi in vinculis. Mittuntur interim à Senatu, qui in illorum ædibus scripta omnia conquirant, si quid fortè inde cognosci queat. Facta conquisitione, permulti libri & literæ repertz, cum ipsius *Davidis* ad vivum picta imagine asportantur, danturque Theologis & Jurisperitis quibusdam examinandæ, num quid in iis sit diversum à religione recepta. Faciunt illi diligenter quod iussi erant, & *Davidica* ad Senatum referunt. Senatus porro mittit ad eos, qui in vinculis erant, septem viros rerum capitalium, qui primùm interrogatione nihil ab illis impetrant. Attamen cum quidam nonnihil tubare videretur accuratius inquiritur: & ibi cum quidam fatentur

qui se *Joannem à Bruck* dixisset, cum esse *Davidem Georgium*, cujus nomine in Germania inferiore tot essent turba excitata. Porro cum eis nonnulla doctrina ejus decreta proponerentur, fatebantur se illam doctrinam nunquam ex eo audivisse, nec in libris ejus invenisse sed se prorsus eam detestari. Quod si tamen in aliquo errarint, vel etiamnum errent, cupere institui rectius. Hæc ubi ad Senatum septemviri retulerunt, missi sunt certi concionatores & Theologi, tam ad eos qui in carcere erant, quàm ad ejusdem familiæ feminas omnes: ubi ad eos ventum est, uno ore tam viri quam feminae respondent, se detestari ea quæ ipsis tanquam *Davidis Georgij* inventa essent proposita, & eam complecti fidem, quæ Basilea tradatur. Deinde Senatus *Davidicæ* doctrinæ capita quædam Academicæ & Concionatorib. censenda proponit. Omnes igitur à Rectore Academicæ convocantur, veniunt ad Concionatores, cunctique ea capita damnant. Postea Senatus jubet homines è carceribus educi, & sub certis aliquot conditionibus dimitti. In iis conditionibus etiam illa fuit, ut *Davidicos libros omnes, sive typosexcusos, sive manuscriptos, qui nullo modo Davidicum fermentum redolent, quos apud se habent, mox in curiam apponent, nec ullum Batavicam linguam scriptum librum apud se retineant.*

Biduo post Judices rerum capitalium de *Davidis Georgij* cadavere, libris & reliquis ad eum pertinentibus, in arcam perductis, extremum iudicium instituant. Inter alia obijciunt, quod ob ejus pernitiosam sectam multi utrimque sexus, atque etiam propria mater ejus in inferiori Germania vita multæ sit fuerint, atque ea causa ipse inde aufugerit, licet aliud Basilea prætexeret. Deinde pronunciant, ejus scripta omnia flammis exurenda, ejus cadaver sive ossa & quicquid reliquum in ejus sepulchro fuerit, effodiendum extra portam in supplicij locum, una cum libris & imagine ejus ad vivum picta à carnifice trahendum, illicque simul omnia in cineres redigenda, sicut cum ipso *David* fieret, si superesset. Porro bona ejus omnia in ærarium publicum inferenda. Postremo, si quis contra hoc iudicium quicquam dixerit, fecerit, eadem pœna plectendum. Sic illius hominis memoria prorsus abolita est. Cum carnifex cadaver ejus comburere voluit, prius illud ita crexit, ut ab omnibus qui hominem novissent vivum, facile agnosceretur. Nam satis adhuc integrum erat, præsertim flava barba. Erat autem hoc modo ornatus: In capite villosum è serico pileum purpura suffultum habebat, & è ros-marino corollam: caput pulvinum non ignobile fulciebat: ipse undulata toga, quod camelotum vocant, vestitus, ac sindone mundi involutus: sic enim hæredes eum sepeliendum curaverunt. Combustus est autem cum scriptis suis coram maxima hominum frequentia. Ejus autem doctrina multos continet errores, è quibus paucos huc adscribam: Ausus est scribere, omnem doctrinam Moscos, Prophetarum, ipsius Christi & Apostolorum & discipulorum esse imperfectam, & inuisilem ad absolutam consequendam felicitatem; atque in eum tantum usum traditam, ut homines quasi pueros ad hoc usque tempus coerceret: suam vero doctrinam esse perfectam, & que hominem beare queat. Afferuit se verum esse Messiam, patris charissimum filium non ex carne, sed Spiritu sancto natum: se restauraturum domum Israelis, verosque Levi filios, & verum Dei tabernaculum idem

non cruce, vel morte aut rebus adversis, ut alter Christus, sed clementia, & spiritu Christi, qui ipsi à patre sit datus, amore & gratia. Se dixit habere potestatem solvendi peccata, & remittendi & retinendi, seque in extremo die totum mundum judicaturum: Se majorem esse Jesu Christo, quod hic ex muliere in carne natus sit, se vero à Spiritu sancto caelestem Christum natum & unctum.

Vicesimo x. Maji Valledoleti in Hispaniis 30. petronæ, inter quas complures illustres hinc inde per totum regnum ob hæretica dogmata ab Inquisitione comprehensæ, in præsentia Principissæ Johanna sororu Regiæ & Caroli Principis filij Regis, eorumque officialibus Archiepiscopi Sivillæ, Episcopi Palenzæ & Orensis, ac consularis Inquisitionis in publicum forum, vestibus flavis indutæ, ac in falsis Episcopalibus coronatæ producuntur earumque 13. laqueo strangulatæ, postea ultulantur, reliquæ bonis publicatis, vita donatæ in carceres reducantur.

In numero personarum quæ concrematæ fuere fuit cum fratribus Francisco & Joanne, sororibus Beatrice & Constantia, Augustinus Cazalla sacerdos Valledoletanus Doctor Theologia, qui Regi Philippo in Belgio à sacris concionibus fuerat: hic, cum dignitate sacerdotij per Episcopum Palenzæ privaretur (quod Degradare vocatur) atque sententiam contra se latam audisset, per Dei misericordiam se à Magistratu audiri petiit, id quod verò ei denegatum. Mater ejus Leonora jam mortua, ob suspicionem hæreseos, quando quidem sæpius cum hæreticis conversata fuerat, ejus cadaver ex sepulchro effossum, atque feretro impositum, in judicium deducitur, atque condemnatum, cum confiscatione omnium bonorum quæ reliquisset, igni traditur atque in cineres redigitur.

Anno hoc eodem Fridericus Rex Danie secundus, ejusque patris Joannes & Adolphus Duces Holsatiæ memores injuriarum, quas majores ipsorum à Dittmaris subditis acceperant, quatuor legationibus pedestrium ac equestrium copiarum conscriptis: 18. Maji bellum ipsis denunciant, ac in Dittmarsiam 3. Junij penetrantes, hostium multis in locis, maxime prope Meldorpium, Brunshutelum, & Heidan, talem ediderunt stragem, ut vix 4000. qui armis ferendis idonei essent, superstites manserint, atque gens multis victoriis contra Reges Danicæ & Duces Holsatiæ elata, post multorum annorum contumaciam exercitum, supplex in trium Principum verba juravit, inque eorum fidem ac obedientiam concesserit: redditis vexillis prætorij, signis militaribus, atque tormentis bellicis, quæ superioribus bellis Danicæ Regibus eripuerant: Quorum hæc in universum, ex iis, quæ rotis aguntur, graviora levioraque, supra centum fuisse perhibentur. ijs exceptis, quæ cum impellerentur, disrupta fuerant: Minoris verò ponderis plura fuere reperta colubrini & falcones, quod his agrestes in uliginosa terra commodius uti didicisset. Cæterum plura de hoc bello dici à nobis necesse non est, cum peculiare libri de eo oratione prola & ligata scripti extent. Varia verò prodigia imminentem Dei iram ac indignationem genti denuntiantia, bellum antecessere: Nam dum ad prælium coire, vox audita Eheu, nec hoc anno Albia aquæ receptoræ regurgitarunt, ac alvei ejus, Dittmaricæ campos rigantes, aquis destituti, exiccati fuere. Verum quod Ls.

vius olim scripsit, Urgentibus fati Dei & hominum salutare admonitiones sperni, id & Dittmaris accidit, qui victoriis superioribus inflatus, ac terra natura, operibusque munita fretus nec Deum, nec homines verebantur, sed omnem Magistratum despiciebant, ac furenter in suum exitum prouebant.

Discant igitur alij eorum exemplo, ne rebus secundis infatuentur, & potentia sua atque viribus nimium tribuant libertateque immodice abutantur, reputantes, Deum, est pœnas aliquandiu differat, mente tamen memori facta mortalium notare, eaque quo tardius, tanto gravius punire solere.

Cæterum est Dittmaris, ut diximus cæsi, libertate amissa, legitimæ dominationis jugum acceperunt: Ita tamen in hoc bello sese gessere ut avitæ virtutis memores fuisset, nec libertatem à majoribus acceptam projecisset; sed acerrimo studio propugnasse videantur. Nam primo conflictu, qui cū ipsis commissus est, prope Meldorpium Wolfgangus Schonvossus Legionum præfectus præcipuus, dum optimi simul ducis & militis fortissimi munus sedulo implet, nec tormento quasi semi falcone trajectus, quarto post die obiit, cadavere postea in Holsatia honorifice è Lezhoe tumulato. Ac ut alij omittantur, in nomine & genere clarissimi, Ericus Podebuschius, ad latus Regiæ glandis ictu occubuit: Deinde tertio conflictu ad Heidan Adolphus Dux Holsatiæ, dum militem hosti terga præbentem increpat, & ut fugam sistat admonet, in dorso supra coxendicem, qua spinæ conjungitur, ita sauciatus fuit, ut è prælio trijugi celeri curru educti, ac graviter admodum ex vulnere laborantis vita apud familiares & ministros dubia fuerit; Theodorico ab Holle equitum Præfecto duce nobilissimi pariter lethali vulnere confosso. Victoriæ itaque Holsatiæ ducet cum Rege Danicæ insignem à Dittmaris, sed cruoris minime expertem retulere, ut gentis Cymbricæ virtuti quæ olim tot Romanorum millia cecidit, in Dittmaris reliquæ emicuisse in hoc bello videantur. Cohæret horum regio Cymbricæ chersoneso septem in longitudinem milliaribus, paulo que minus in latitudinem porrecta. Ab oriente flumen Eiodora ab occiduo Mare Britannicum, ad meridiem Albia fluvius eos claudit, ad Aquilonem cingunt fossæ perductæ & munitiones.

Junij die Sexto Albanus cum Principe Auraco & Comite Egmondano stipatus pompa delectæ nobilitatis nomine Regis Philippi Lutetiam venit, tum ut fidem publicam pacis adderet, tum ut illa honorifica legatione desponsatam regi non multo ante in matrimonium Isabellam, peteret: ac paulo post tredecimo ejusdem mensis Emanuel Philibertus Sabaudia Dux, eodem ad Henricum Regem celebri nobilium virorum comitatu, equis dispositis appulit: non segnius interim hoc nuptiarum apparatus instante, Rex fati suis eum trahentibus, religionis negotijs quorum paulo ante meminimus, pervigebat ac quod eo tempore nuptijs celebrandis Palatium destinatum erat, ad decimum Junij curiam apud Augustinianos fraterculos coegerat, idque hæc de causa incute mense hoc pro veteri instituto, Senatus Parisiensis conventus omnium decuriarum sive Camerarum habitus est (qui vulgo Mercutialis appellatur) quasi censoriæ animadversionis loco, ut Senatores officij sui admoventur.

In illo conventu verba facta sunt de Senatus consulto quodam septimo die Aprilis facto ab ea decuria, quæ rebus capitalibus præest: quo S. C. quatuor rei propter falsam doctrinam in carcerem conjecti, qui liberè & apertè quandiu captivi fuerant, coram Prætoribus, & Senatoribus ejusdem Decuriæ omnibus, religionem suam professi erant, non ex regiarum constitutionum præscripto damnati fuerant: sed exilio duntaxat multati. Complures enim Senatores ibi affuere, qui cum loco sententiam dicerent, multis verbis tum ex literis sanctis, tum ex patribus & conciliis antiquis disputavere. eos qui tum in carceribus detinebantur, nulla hæresi contaminatos esse: sed & sacram scripturam omnem & articulos fidei ab Ecclesia traditos comprobare atque amplecti: ob eamque causam vel eos plane absolvendos & dimittendos esse, vel antequam jus de iis diceretur, cogendum esse Concilium liberum & generale, ubi de rebus omnibus Religionis, quæ hoc tempore in controversiam vocarentur, cognosci & disceptari posset.

Cuius rei Cardinalis Lotharingus à quibusdam Senatoribus admonitus, ut ad illum Senatorum conventum venire vellet: ut si quis Senatorum sententiam & contrariam dicere auderet, juberet eos rapi in carcerem, & accusationem adversus eos, quasi fautores & sectatores hæreticorum, institui. Itaque venit Rex in Senatum die Junij decimo, secumque unà aliquot Cardinales adduxit, præterea Conestabulum, & alios quosdam intimi consilij (quod privatum appellatur) Senatores. Tum autem præter alios Senatores, qui nondum sententiam suo loco dixerant supererat unus, cui nomen fuit *Annas Burgius* vir summe auctoritatis, tum ob integritatem vitæ, tum ob singularem eruditionem, & artium multarum scientiam. Complures enim annos in celeberrima Galliarum Academia Aurelianensi, Doctoris, & publici juris interpretis munere, magna cum omnium admiratione propter summam eloquentiam & Juris Civilis scientiam, perfunctus erat: cum tamen annum ætatis trigessimum septimum vix excessisse existimetur. Is igitur cum sententiam suo loco rogatus esset, Principio Deo gratias egit, quod dignatus esset eam mentem atque animam Regi immittere, ut vellet de religionis controversiis cognoscere. Addidit etiam hoc præcipuum esse Regum ac Principum officium, videre ut vera religio & cultus Dei pure ac sincere ab iis, qui suo Imperio parerent, conservaretur. Postea orationem ita continuavit, ut capita ejus religionis, quam si qui tunc in Regno Gallie propter illius causam accusati & in carceres conjecti erant, profiterentur, ordine exponeret demonstraretque eos credere & amplecti scripta omnia Prophetarum & Apostolorum, quæ sacris Bibliis continentur & singulos symboli Apostolici articulos, tantam præterea verbo Dei auctoritatem tribuere, ut nihil ei quicquam vel adici vel detrahi ab ullo mortalium paterentur.

Verum ubi rem urgere pressus, & in arcem causæ invadere cœpit, tum primus Prætor (Magister illi nomen est) assurrexit, ac dixit, ea quæ dicebat ad Mercuriale non pertinere. Tunc Rex ita vehementer commotus, jussit, ut sineretur orationem absolvere. Burgius postea quæ ostendit nihil se dixisse, quod à proposito esset alienum, longius progressus est in libertate dicendi & postea quam horam cum dimidia di-

xisset, finem hunc habuit, ut diceret, quoniam jure divino & humano, veteriq; Senatus instituto ac more majorum sententiæ Senatorum essent liberæ, & unusquisque eorum ex animi sui sententia ac pro conscientia dicere deberet, seque in hac dicendi libertate præsentis Regis Majestate confirmatum sentiret, quod ad se attineret judicare necessarium esse, haberi Concilium universale: Interea verò eos qui religionis nomine accusati essent ex carcere liberandos esse.

Rex tunc repente consilio cum supradictis Cardinalibus, Conestabulo, & aliis quibusdam communicato, jussit *Lorgium* cohortis suæ præfectum (à quo per paucis post diebus in ludis equestribus interfectus est)prehendere *Burgium*, cumque in carcerem deducere, unaque Senatorem alterum *Fabrum* nomine, qui *Burgii* sententiam magna ex parte secutus erat. *Lorgius* ergo jussu Regis obtemperans. *Burgium* cum *Fabro* ad *Basillam D. Pauli* parochiam in vincula & cippos conjecit. Deinde Rex acceptis actis illius consilij discedens, faciam, inquit, quod reliquum est, prout cognovero opinionem unius cujusque bonam malamve. Postea statim à prandio, jussit ut in carcerem nonnulli alij Senatores, qui tandem cum *Burgio* sententiam dixerant deducerentur: in his, *Fumaum*, *Portanum*, item *Dominum de Foes cognatum Regina & Regis Navarra*, simulque graviter interdixit, ne cuiquam mortali ad illos Senatores aditus patefieret. Interea verò dum Rex his viris incarcerandis, fatoque sibi accelerando occupatur comparatis instructisque theatris & scenis, *Isabella*, ad summum Parisiorum templum, *Rege & Allobrogenum* trunque latius claudensibus est deducta. In pompa inter faces tibialque nuptiales, *Albanus* pronubus præibat, hunc mater sponsa *Regina Gallie & Margarita Allobrogi promissa* comitabantur. *Sponsam Scotia Regina, Delphino ante semestre nupta* cum duabus puellis ac sororculis sponsa sequebatur, hæ loco ministerij, lacinosæ vestis, quam sponsa trahebat, diffluentes caudas & syrmatas solo sublevabant: Aliquo deinceps intervallo *Delphinus, Rex Scotia* cum tribus fratribus suis incedebat: quorum omnium vestigij nobilitas universa, curia, Senatores, & penè infinita hominum cujusvis ordinis multitudo institit. Hoc modo, *Albano Sponsum nomine & facie tenus* repræsentante, indissolubili vinculo sponsa marito filio per *Pontificem Urbanum* est conjuncta. Postridiè statim ab Imaginariis nuptiis, Rex ad singularia certamina & decussiones equestres multò ante in familiæ luctum & Franciæ funus institutas se convertit: nihilque sibi reliqui fecit, quo minus hilares eos dies sibi lumeret, quibus filia *Isabella* in matrimonio *Regis Hispani* spectari deberet.

Itaque die 28 Junij carceres aperti sunt, ipseque Rex inter primos spectabilis cum *Francisco Lotharingo duce Guisiano, Alphonso Estensi Duce Ferraria affine suo, & Jacobo Allobroge Duce Nemurci* visebatur. Cum igitur decursionibus istis, provocato fortissimo quoque totius Europæ equite, hastas fortissimè connixu torsisset: tandem ex lassitudine & immodica totius corporis jactatione, tertio ludorū die artus quodammodo dormire & obstupescere animadvertit. Quod cum conjunx Regis sentiret, blandè obsecrabatur maritū, ut eo die decursionibus abstinere.

Enim-

Enimverò honori suo præteritis laudatissimis duabus decursionibus, quibus tot & tales viros defatigasset ac vicisset, abunde cumulateque satisfacisse. Id quod Regina tum quidem enixius orabat quòd in somnis eadem nocte visa sibi fuerat, Regem vulnere confectum & exanimem videre. Antea quoque Gallicus vates occultè pronunciarat, fore ut ad visa Regie periculum illa ludicra decursiones spectarent: Id quòd jam popularibus quoque fermunculis non obscure jactabatur: & eo etiam die mane familiarissimique admissionalium Regem, cum eum ex continuo præteritorum dierum labore defatigatum reperissent, dehortrati erant, ne tertium ludis se committeret, satis enim superque prioribus duabus ejus contentionibus, universo equitatus ordini palmam laudis & gloriæ præreptam videri, Sed Rex neglecto suorum consilio, somnium quoque uxorium & oracula contemnens, luctuoso omnia exitu comprobavit. Armatus enim & generoso Equo vectus in arenam summo cum splendore descendens duabus amplius horis summa contentione atque ardore egregiè decurrit. Cumque pauci adhuc in equis hastas vibrarent, quod eo die finis hujusmodi decursionum futurus erat, Rex *Mongomerium*. *Hordei Scoti prætoriana cohortis Præfetti Filium*, à quo supra consiliarios Regios in vincula conjectos diximus, quique eo forte die mandata acceperat, quæ statim finito ludico certamine contra captivos expediret, nominatim provocavit. Is dum imperata fecit, ad tubarum clangorem equo admisso occurrentem Regem magna vi excepit. Verum cum cuspis hastæ in regium pectus duro brachio impactæ, in minutissimas particulas & ramenta dissipata in sublime feretur, simul cum ictu violentæ impressionis acies trunci, quem adhuc pressa manu tenebat *Mongomerius*, galeæ Regiæ ocellum, (ita tamen appellant angustam illam foraminum *dia-phoris*, quibus armati equites à lumine undique circumcluso, radium visus certius dirigunt jaciuntque) offendit nescia qua incuria apertum. Itaque sublevato eo ocello (quæ Rex quòd ab illa concursitatione finem facere suarum decursionum volebat, obditis claviculis præcludi volebat) per adversum galeæ hiatum scularum, *Mongomerius* dextrum Regis oculum ita confodit, ut contus cerebro hæserit. Quo lethali vulnere accepto, priusquam semivivum animus deficeret, certatim admissis equis occurrentes equites sustinuerunt, conjunctisque dextris ex ephippio & stapedibus (sic enim lunata ephippii cornua & hemicyclos ferreos, quos pedibus equites induunt, nova voce appellant) sustulerunt, confestimque detractis armis in triclinio est depositus. Quo statim undique accersiti omnium expertissimi medici, denunciarunt. *Andreas quoque Vesalius*, in Anatomia omnium qui ad hanc ætatem vixerint, medicorum facile Princeps, quem *Philippus* gener è Belgio dispositis equis & magnis itineribus eò ad opem socero ferendam, allato nuncio miserat conspecta plaga, ob testulas & curticulam cranii perdolatas concussasque Chironium, inquit, vulnus. Interea Rex, si quando paululum se remittebat dolor, gravissimè suspirabat, dolebatque, se fortunæ summa injuria in lecto desidiosa ista morte occumbere: quòd semper aut in acie aut in memorabili quopiam conflictu, potius mori constituisset. Cum igitur graviter se debilem sentiret ac dolores ingravesce-

rent, nullisque adminiculis impendentis fati vim reprimi posse videret ad nonum diem Julii nuptias, quæ octavo ab illo die demum celebrari debebant, inter *Ducem Allobrogum* & *Margaritam* sororem in turricula sine omni Pompa confecit, quo in loco ipse decimo Julii intra duodecimam & primam horam expiravit. In ea turricula circiter quindecim dies in tumba cadaver stetit: demumque undecimo Augusti, cum pompa funebri ex turricula in summum templum Parisiense delatum & inde postridie in fanum Dyonisii depositatum, dieque sequenti solenni situ majorum sepulchro illatum est. Hujus Regis interitus, sicuti splendida oratione *Ludovicus Regius* commemorat, plurimis significationibus denunciatus est: Nam ut uxorium illud solennium omittamus, constat anno ante circiter Id. Maias, vesperi sereno cælo, visos ardere longissimis trabibus supra Lutetiam, maximos clarissimosque ignes. Eodemque anno *Layæ* celebri vico conspectum autumno, summo mane grande insolitumque cælo lumen magnitudine amplæ trabis. Et ibid. quarto Cal. Januarii aliquot pueros in prætorio ante ostium aulæ Regiæ, suos dominos per multam noctem præstolantes, solutis lapidibus, quibus foris ad scalas nitentur de loco superiore in pavementum decidisse, & partim luxatis fractisque membris, partim elisis cervicibus, expirasse. Item Cometem sydu magna ex parte terrificum & regnis exitiale apparuisse ea ætate, qua vidimus in *Ambianorum* & *Atrebatum* finibus vires Gallia, Hispaniaque contractas. Magnum verò illud portentum fuit, quod eo ipso die antequam concurreretur, puer sexennis qui ludos spectatum cum parentibus venerat, velut impositus flens clamitavit: *Hæc Regem volunt interficere*. Quendam etiam vaticinationem ferunt, regnaturum filium majorem intra decimum sextum annum, quæ vaticinatio confecta putabatur, cum Regiam Scotiæ in matrimonium duxit. Denique *Gauricus Astrologus* Italiæ celeberrimus observata quinquennio ante ipsius genitura, perinde ac si hominum fata secundum conditiones stellarum disponentur, monuerat per literas ut circiter unum & quadragesimum ætatis annum vitaret duellum: astra minari vulnus in capite quod vel cæcitatem vel mortem continuo afferret. Sive igitur præsentio quædam & scientia rerum futurarum est, sive superstitione implentur animi ad talia temerè credenda proni: communis certè fortuna & humanorum casuum memorabile exemplum, in quo se principes contemplari, & ad cujus cogitationem suas actiones instituerere debeant, ne fortuna flatibus atque successibus, ebriis, rebus prosperis efferautur, a supra humanam sortem quæquam sapiant, quando *Henricus* hominis fortunam quodammodo transgressus, pro felicissimo principe totius orbis, haud dubiis præjudiciis se numerabat æstimabatque: Nusquam non suam magnificentiam ostentans, & tanquam in arce prosperitatis, ac extra fortunæ aleam jam positus, omnibus suis inscriptionibus, summæ felicitatis titulum præferens. Sed huic tantæ prosperitati Deus frenum injecit, quò ille ad communium humanæ vitæ casuum normam & regulam revocatus, in ipso ludo, in ipsis deliciis ac animi sui affluentibus voluptatibus, suæ mortalitatis testimonium ferrè coactus est. Sed habuit Rex ille suas quoque præclaras dotes. In primis enim bellicosus atque magnanimus fuit, mira præ-

terea comitate sermonisque affabilitate, qua animos popularium conciliabat. justus quoque sanctus & religiosus. Ob quas virtutes, sicuti vivum naturali amore prosequerentur Galli, nec nisi optimo in eum erant animo (est enim insita ei genti & à natura tributa erga suum Regem incredibilis quædam charitas) ita sanè tenerimè mortuum deplorarunt. Unde ad multos dies luctum publicum, viduitas, & solitudo est consecuta regni: & Francia omnis in gravissimis angoribus & molestiis jacuit, impendentium calamitatum tempestates prælagiens. Nam etsi tum ab externis bellis & tumultibus Gallia requievit, in se ipsam tamen vires suas postea convertit: quorum omnium malorum initium & *potatis in Franciscum secundum, iustitias* verò & summa periculi in *Carolus incidit*, Vixit annos 40. menses tres, dies undecim, regnavit annos 12. menses tres, dies 11.

Reliquit autem post se *Henricus* liberos omnino novem, quorum ex conjugè mares quatuor, scemellas tres, naturales verò duos utriusque sexus sustulit. Fuit omninò hoc tempus multorum Magnatù exitu functum, nulla alia peste, lueve aut alia aliqua extraordinaria calamitate in vulgus grassante. Quæ res occultarum causarum ignoratione in re nova admirationem plurimorum auxit. Nam præter *Carolum Quintum* duasq; ejus sorores *Mariam & Leonoram* præterq; *Mariam Britannicam Philippi Hispani uxorem*, quæ omnes superiore anno vitam cù morte commutaverant, hoc anno 1559. *Bona Sfortia Sarmatia Regina, Christiernus & Christianus Dania ac Henricus secundus Galliarum Rex*, cum aliis mox nominandis mortem obière.

Quarto Id. Sex. fato defunctus est *Laurentius Priulus, Veneti Senatus Princeps*, atque in demortui locù *Hieronymus frater* est successus. Id quod in ea Rep. novù atque rarum fuisse, ut fratri à fratre, ceu de manu summus ille magistratus traderetur: multi ignominiosè notarunt.

Postridie, hoc est, decimo octavo Augusti quam *Priulus* rebus humanis eximeretur, Romæ *Paulus 4. aqua intercute laborans*, cum diu in quibusdam Palatii Vaticani cubiculis reclusus medicorum consilio fuisset, in vivis esse desit. Quo vix defuncto odium immensum populi, non solum propter hæresù suspensionem, inquisitionemve, quam ipse instituisset: sed & propter bella, propter exactiones, & nimiam *agnatorum Caraffarum in Rep.* licentiam, conceptum, atque animis hominum ad id usque tepus inclusum, quasi effraetis repagulis prorupit. Eo enim animam agente, cum vetere instituto omnes urbis custodiæ aperirentur, à populo exultante, qui per urbem veluti amens discursabat cum tabulariis, incensus est novus inquisitionis carcer, iis qui eo tenebantur emissis, & cursu ad Capitolium facto, statux ejus quæ in *Palatio conservatorum* magno sumptu è Pario marmore nobilis artificis manu posita fuerat, caput cum dextra manu præcisum, & per urbem, triduo provolutum, ac tandem in Tyberim projectum fuit. Cautumque populi Romani edicto, ut *Caraffa familia* insignia ex urbe tollerentur, proposita, si quis non obtemperasset, perduellionis pœna. Itaque eo die nullum penè in urbe *Caraffarum* insigne reliquum fuit. Ad hæc cadaver ejus *Canonici Sancti Petri* feretrum succollantibus in Basilica vaticana tenui pompa delatum est, & præter

morem metu populi exagitati atque furentis, militari manu aliquandiu custoditum, lateritio ad tempus tumulo sepultum: Adeò nomen non saltem ejus, sed & totius familiæ exosum propter asperas atque crudeles actiones erat. Nec enim solum hostibus, quos tenacissimè oderat, immanis: sed & amicissimis antea inhumanus fuit. Nam & *Ofium* quem amicissimum supplicibus libellis subnotandis, summæque consiliorum præfecerat & *Episcopatu demum Reatino* exornarat, propinquorum, quos is negligebat, delationibus petiturum, gratia in odium versa, postea in Adriani mole præduro carcere habitum, per quadriennium ferè custodiri iussit. *Cardinalem etiam Polum*, multarum virtutum opinione vulgò commendatum, & (ut supra relatum est) de Romana Ecclesia optimè meritum, non sine magna omnium admiratione legatione Anglica privavit. Denique *Joannem Moronum Cardinalem & Thomam Sanfelicium Cavensem* hæreseos reos fecit atque utrosque in molem Hadriani conclusos longo carcere afflixit: *Egidium Fuscararium Episcopum Mutinensem Moroni* causa diu in custodia habuit. Tanta itaque crudelitate, cum tam suos, quàm inimicos prosequeretur, non mirum si omnibus invisus fuerit. Itaque animam multorum invidia flagrantem, die quo diximus efflat. Ætatis suæ 83. mense uno diebus 22. Pontificatus verò quarto supra mensem secundum, & diè 24. Vacavit tum sedes Apostolica menses quatuor & dies septem.

Vigesimo sexto Augusti *Philippus Rex* bello solutus, *Gandavi* primaria urbe Flandriæ, suorum pace victoribusque exultantium animis recreatis, Equitum aurei velleris numero aucto, Rege Francisco 2. Gallorum in eorum ordinem cooptato, & composito statu Belgico, nactus commodam tempestatem *Ulissinga* solvens in *Hispaniam* renavigavit. Cujus optatis fortuna constanter respondit, quippe paucis diebus *Laretum Cantabiorum municipium*, uno còtinenter afflante Aquilone, eoq; secundo, appulit.

Septembris initio *Franciscus secundus Henrici Gallorum Regis Filius primogenitus, Delphinus & Scotorum Rex*, annos natus quindecim, menses quinque, in aviti Regni possessionem legitimo hæreditatis jure succedens, comitantibus non paucis viris Principibus, & aliis nobilibus probè infinitis *Rhemos* contendit, ibique præeunte Cardinalè *Carolo Lotharingico Rhemorum Archiepiscopo*, Rex Gallorum sacrosancto olco inungitur 17. Septembr. morte majorum. Cumque hic annis inferior esset, quam qui regnum administrare posset, Princeps *Guisinus atq; Cardinalis* constituti, ut regis ætatem consilio moderarentur. rex verò non multo post Comitibus magnis, qui dies D. Michaeli erat dicatus, consueto ceremoniarum ritu, & solenni sacrificio, *Philippum Regem* atque affinem par pari referendo in ordinis sui homines cooptavit *Baroloduce Barrensis* ducatus Metropoli.

Octob. 3. *Hercules Ferrariensis Dux* moritur rebus gestis clarissimus, cum novissimè bello Gallico in Italia gesto, contra *Philippum Hispanum nomine Regis Gallie Henrici præfuisse*: Uxorem habuit *Renam Regis Gallie Francisci sororem*, ex quo & masculos & scemellas sustulit, successore relicto *Alphonso filio*, cui legitimo matrimonio *Filia Ferdinandi Imperatoris, Florentina* mortua, tandem juncta fuit. Vicci.

Vicesimotertio ex numero Consiliarium is, quem jussu Henrici Regis in Junio proximè elapsoque ductum fuisse in custodiam diximus, *Burgi* capitis damnatus, atque combustus est. Cum enim Rex eum in carceres deduci jussisset, simul quoque Senatui mandaratum, ut sine ulla intermissione judiciū exerceret de *Burgio*, quam ad rem delecti sunt, primum *Episcopus Parisiensis*, deinde tres primi *Pratores* & aliquot alii *Senatores*. *Burgensis* igitur de fide sua ab illis interrogatus, tam liberè & fortiter omnibus de rebus respondit, ut omnium illorum sententia hæreticus pronunciaretur, à qua sententia ad *Archiepiscopum Senensem*, qui tum sigilli regii custos erat, provocavit; hoc tantum animo, quemadmodum profitebatur, ut eo plus haberet facultatis, exponendæ & promulgandæ suæ religionis. Itaque cum in instituto suo perseveraret, superior illa sententia confirmata est, à qua postea quasi *Archiepiscopus* jurisdictione abusus esset pro consuetudine forensi *Senatum Parisiensem* appellavit.

Deinde etiam à *Senatu Parisiensi* tertium damnatus est, & ab *Episcopo Parisiensi* exautoratus (vulgo degradationem vocant) quam alacri & erecto vultu atque animo recepit. Aliquantò post cum adversarii quidam cognovissent, *Joannem Wilhelmum Illusterrimum Saxoniam Ducem* per legatum à rege petiisse, ut sibi *Burgi* habere liceret, cujus opera in *Academia sua* & *Juris Civilis* interpretatione uteretur, repente operam omnem adhibuerunt, ut *Burgius* à *Senatu Parisiensi* damnaretur, eique capitalis sententia pronunciaretur, ut plaustrò per urbem vectus ad eam plateam, quæ vulgo *S. Johannis* vocatur, à Carnifice publico strangularetur & combureretur. Id quod factum est 23. Decembr. cum septem ferè mentes carcere detentus fuisset, deductusque est ab armatis hominibus amplius quadringentis: Vultum tum in plaustrò tum proximè patibulum alacrem, & ullo ejusmodi severo judicio perterritum ostendens. Itaque & ipse vestimenta sua deposuit & cum nudus sola interula tectus coram universo populo proximè palum & rogam altaret, aliquoties populum his verbis affatus est: *Amici non sum huc tanquam latro, vel sicarius adductus, sed solius Religionis causa, & cum funibus vinculus in altum à Carnifice sublevaretur, junctis manibus oculos in cælum tendens vehementerque ad Deum suspirans, sæpe numero hæc verba pronunciabat: MISERE DEUS, neme deserito, ut ne ipse te deseram, eamque divinæ benevolentiae fiduciam in animo retinens suo animam suam Deo tradidit, & quemadmodum in extrema confessione prædixerat, suo sanguine obsignavit, quod manu sua scripserat, & sigillo obsignavit.*

DE REBUS IN DIVERSIS TERRARUM LOCIS, GESTIS

anno 1560.

ANNO Millefimo quingentesimo sexagesimo *Joannes Angelus Medicus Mediolanensis* post diuturnam quatuor mensium ob varias Cardinalium dissensiones, Pontificatus vocationem tandem ex Presbytero Cardinale tituli *Sanctæ Priscæ*, electus est Romanus Pontifex omnium Cardinalium suffragiis, qui quatuor & quadraginta tum comitiis apud *Sanctum Petrum* interfuere, hora in-

ter septimam & octavam, ejus noctis quæ diem natalitium Salvatoris nostri **JESU CHRISTI** insecuta est anno millefimo quingentesimo sexagesimo ineunte, *Pii quarti nomine* sibi indito: hic Pontificatus initio, quo re ipsa præstaret, quæ pii nominis appellatione pollicitus fuerat, clementiam puræ & humanitatem, omnium pene *Cardinalium*, sed præcipue *Caraffarum*, qui præcipue læsi videbantur, precibus populo Romano omnium eorum veniam condonavit, quæ in *Pauli tertii* marmoreum simulacrum insigniaque & inquisitionis contumeliam atque dedecus, vacante sede, commiserat. *Hic Ferdinandi Caesaris* Imperatoriam dignitatem translata in eum ab ejus fratre *Carolo quinto* quam *Paulus quartus*, ut diximus, improbaverat, ratam habuit; ejusque tanquam legitimi & Catholici Imperatoris legatos perhonorificè suscepit.

Aliquot magnæ existimationis viros, quos ob hæresis suspicionem *Paulus tertius* afflixerat, cognita eorum innocentia, omni cum injuria eripuit, tum suspicione liberavit: inter hos præcipue *Cardinalem Johannem Moronium*, & *Thomam Sanfelicium Episcopum Cavensem*.

Anno eodem, die verò quinto *Januarii* *Henrici secundi Regis Galliarum filia nata maxima, D. Elizabetha*, inagno apparatu, mortuo jam patre, ad *Hispaniam fines*, Principibus viris Illusterrimis, Rege scilicet *Navarra*, & *Cardinale Borbonio* ejus fratre *Germano* deducenibus, Legatus *Philippi Regis Catholici* ad hoc unum conficiendum destinatis, solenni pompa & verè Regia traditur, & à Rege sponso (pro more) regali magnificentia excipitur.

Trigesimo primo die *Januarii* à *Philippo* verisjæ & sumptuosis nuptiis apud *Numantiam*, plenissimam civitatem, regificè excepta *Isabella*, in perpetuam ejus vitæ societatem, & affinitatis conjunctionem venit: ac ibi demum, quod conjugii est summum, perfecit. Quam ob rem apparatu regio, ludii magni in *Castulonensibus* passim sunt instituti, quibus perpetuo in triumpho per complures dies consumptis, eadem simul opera ac uno lætitiæ cursu, *Carolus, Philippi filius*, à *Bæticis* primum populis exorsus, juramentum fidelitatis retulit. Itaque pedentim tanquam ostendendi sui causa circumvecto, civitates reliquæ *Hispanienses*, deinceps, ut ei osculum ordine ac officiosè porrexerunt, seque & sua omnia sacramento obligarunt.

Circiter hoc idem tempus, cum omnis propè *Scotia adversus Reginam* viduam, partim *adversus præsidia Gallicana*, tumultu ac seditione laboraret: *Rex Franciscus*, qui ad suum arbitrium illud negotium revocare velle videbatur, militum aliquot cohortes, quæ interea civitatibus præsidia essent, eò traduxit: mox copias majores quoque submissurus. Sed institutum *Gallicanum Elizabetha Britannia Regina* odorata, attentè circumspectè que sibi præcavebat. Cumque à *Scotia Regina*, nuper *Franciæ innupta*, nomen Regium cum insignibus præpropera pensatione usurparetur, unde Regni sui propinquas civitates *Gallus* invaderet, merito sibi rimendum putaret, ad defendendam reipubl. dignitatem animum adjecit, statimque classem instructam misit, quæ in vicinam *Scotiam* vela faciens ad fauces *Tuoda fluminis*, nec occupatis illis angustiis, ex ea parte aditu *Insulæ* atque continentis *Gallicæ* auxilia prohiberet, substitit *Letha* navium statio ab *Alatis castris* (quæ est totius

totius regni metropolis) passibus non amplius mille abest; quem portum natura per se firmissimum Galli operibus sic communierant, ut nullo ingenio humano, nullisque viribus capi posse videretur. Huc quoque *Regina Elizabetha* conscriptum ex *omni Britannia* firmum exercitum (cujus imperium summamque auctoritatem *Norfolcus* obtinebat) exaeto propè martio, cum *Praefecto copiarum Grejo*, viro acri magnis itineribus contendere jussit. Adhæc *Scotici exercitus* ferè 12000. peditum ducebat *Comes Haranes proregis Scotia filius*. Quas copias simulatque Grejus suis conjunxit, terra marique Letha obfessa est. Hoc consilio *Britannorum* cognito, *Gallia* tum ex *Armoricis civitatibus*, tum ex *Aquitania maritima*, magnum numerum navium instruebat, obfessisque Lethanis subsidia comparabat. Sed hæc omnia gravissimis dissensionibus dominatis (ut postea referemus) difficilius seriusque confiebant: acciditque ut præterquam quod tardiuscule naves, quibus exercitum transportandum curaverat, è portibus egredierentur: etiam maritimi æstus Oceani, Luna adulta maximi essent; Ipsaque classis diurna navigatione vix aliquantulum provecta, noctu fœda tempestate coorta ita affligeretur, ut nulla Gallicarum navium (quamvis brevissimus esset transmissus) cursum tenere aut Insulam capere posset: sed exundante mari diu multumque agitata, alix eodem unde solverant, referrentur: alix in ultimam *Aquitaniam*: quædam vero magno suo cum periculo propius *Cantabros & occasum Solis* rejicerentur: sic ut vectoribus omnis facultas aut administrandi aut optulandi obfessis adimi videretur: Afflictis itaque navibus, acceptoque maximo armamentorum & commeatus bellici incommodo, Galli cœpto destiterunt. Interea, qui in præsidio *Letha* agebant, etsi ab *Anglis & Scotis* obsidebantur, tamen, quia in singulas horas auxilium è Gallia expectabant, non modo fortiter obfessionem ferebant, sed etiam diurnis nocturnisque eruptionibus hostem crebro lacefebant. Interea mensis Junii die decimo *Edinburgi Jacobi Regis* 5. *Regina Scotia* vidua angoribus molestiisque domesticis distracta, humanis excessit: fœmina dotibus animi ac virtute rara. Cuius morte in Galliam perlata, rex valde sollicitus & multis simul difficultatibus implicatus, quod intestinorum dissidiorum malum, quo Gallia conflictabatur, externo longè esset periculosius, nec quantumvis laborantibus suis apud Letham optulari jam posset: id quod consultissimum rebus afflictis fuit, mense Quintili, reconciliata sibi Britannia, in has pactiones descendit: *Ut Regnumoticum posthas à proceribus Regni administraretur, præsidia Gallicana ex Insula transmitterent, nec militem ullum in Scotiam Gallis traduceret.* Atque hoc quidem pacto Franciz Rex, brevissimo temporis intervallo, tota causa uxoris dotis cecidit. Huic cumulis accessit, ut pervetus illa amicitia, & mutuis officiis accensa benevolentia (qua ad multa jam secula Francia & Scotia pace belloque familiarissimè utebantur) in odium conversa sit perniciosum ac pertinax, disjunctis rursus duobus echinis, quorum symbolo Rex hanc mutuam conciliationem, duorumque Regnorum conspirationem ambitiosè denotabat.

Decimo quarto Februarii *Philippus Scetiniensium Pomeranorum, Cassubiorum & Vandalorum Dux &c.* natus patre Georgio & matre Amelia Palatina, Phi-

lippi Electoris Palatini ingenui filia, ex hac mortali vita ad æternam beatitudinem & cœlestem Ecclesiam hora sexta matutina evocatur. Princeps verè religionis confessione clarus, literarum Mœcenas eximius, justitiæ, legumque observantissimus, pacis cultor, suorumque subditorum ita amans, ut merito pater patriæ vocetur. Uxorem habuit *Mariam Joannis Electoris Saxonie & Margaretha Anhaltina filiam*, sororem *Johannis Friderici Electoris Saxonie constantis*, ex qua heroicæ indolis filios sustulit, *Georgium, Joannem Fridericum, Bugislaum, Ernestum, Ludovicum, Barnimum & Ericum: filias Aureliam, Margaretam & Annam.*

Mense Martio, dum in Gallis, tumultus hinc inde inter populum crederent, Rex in agro Turonensi complures & equites & pedites comprehensos, atq; Ambæsiam perductos, partim gladio puniri, partim suspendi jussit. Hic tumultus non solum magnis motibus occasionem postea præbuit, sed & nomini Hugonotorum: Nam cum eo ad portum urbis Turonensis, quæ porta Regis Hugonis appellatur, sua conventicula celebrarent, & cum Regis ad eum confluxissent, populus occasione loci admonitus hoc Hugenos appellavit, novumque nomen ab aula Regis satellitio receptum, postea in contumeliam hæsit permanitque.

Trigesimo hujus mensis die, *Franciscus Olivarius Parisiensis, Regni Gallie Nomophylax*, tumulu *Ambosiano*, de quo meminimus, flagrante, subito morbo consternatus, magna cum indignatione animique dolore vitam finiit. Ejus cadaver illinc Parisios advectum in sepulchrum majorum suorum Lutetiz ad ædem D. Germani celebri pompa illatum est. In ejusdem demortui locum, aliis nonnullis viris clarissimis rem tam magnam detrectantibus vir unus literatorum doctissimus & doctorum literatissimus *Michael Hospitalis* absens & nihil tale cogitans surrogatur.

In Aprili *Bernardus Naugerius* vir eloquentissimus, & *Nicolaus de Ponte*, ambo Veneti, à Senatu suo in Gallias Regi *Francisco* ejus nominis secundo gratulatum de novo imperio & dignitate Regia, magno per celebrique equitum numero Lagati missi, faustè ac multo omnium ordinum plausu in aula Galliz excepti sunt.

Aprilis 19. ejusdem anni 1560, *Philippus Melancthon Germanus*, cum professor Philolophiz in Academia Vitebergensi fuisset annos 42. extremum vitæ suæ diem ibidem obiit, vitæ præstans doctrina, humanitate, prudentia, vitæ integritate & sanctimonia, Christiana pietate, ac tolerantia & beneficentia erga pauperes, quæ extant testantur. Natus est in oppido Palatinatus ad Rhenum Bretta, honestis parentibus, Patre Georgio Schvartzerde, qui fuit Magister armorum apud Illustrissimos Principes Philippum & Rubertum, Palatinos ad Rhenum, Electores Imperii &c. qui & Maximiliano Imperatori, & præcipuis Germaniz Principibus propter virtutem, integritatem, prudentiam, & artem charus fuit: Matre verò Barbara Reuterin, anno 1497. die mensis Februarii 16. hora 7. scrup. 6. post Solis occasum vesperi accersitus *Vitebergam ex Academia Tubingensi ad interpretationem Græcæ lingua ab Illustriss. Principe Friderico tertio, Duce Saxonie, & Imperii Electore &c. Conditore hujus Academia*, de consilio Joan. R. cognati ejus. Venit in hanc urbem

Anno 1518. die 25. menses Augusti, hora prima pomeridiana. *Uxorem duxit Catharinam Crappin* ex honesta familia in hac urbe, Anno 1520. die 25. mensis Novembris. Ex hac suscepit filios duos & totidem filias. Filiorum *Georgius* altero anno mortuus est. P. Patri superstes. Filiarum *Annunziata* fuit *Georgio Sabino J. U. D. Magdalena Casparo Pencero artis Medicæ Doctori.* Coniunx Catharina decessit ex hac vita, anno 1557. die secundo mensis Octobr. Ipse post Coniugem in coelibatu usque ad Annum tertium, quo sub noctem festo die Palmarum ut, vocant febris correptus, quam medici iudicarunt esse *epidemicam*, tandemq; superatus morbo propter imbecillitatem corporis confecti ætate, curis, & laboribus assiduus ac diuturnis, expiravit placidissimè cum vera & ardenti Dei Patris Filii, & Spiritus sancti invocatione, die Aprilis 19. quadrante horæ ante septimam vespertinam, Anno à nato Christo millesimo quingentesimo sexagesimo. A condito mundo 1522. terras clementer & feliciter gubernante Illustrissimo Principe *Augusto Duce Saxonia, Sacri Romani Imperii Electore, & Archimarschalco: Landgravo Turingia, Marchione Misnia, & Burgravio Magdeburgensi,* cum complevisset annos sexaginta tres, dies triginta tres. Hujus diei anniversariam memoriam celebrat nuic quoq; perquam studiosè Academia Vitebergensis decimi tertii Calend. Martii. Elatus est funere spetioso totius civitatis frequentia, ordinis scholastici inprimis, & prosequentibus exequias illius externis quoque Monumentum positum est ad sepulchrum in templo ad arcem opere præclarum, cum versibus epitaphiis & effigie ipsius. De vita & obitu ipsius variorum orationes & Epicedia extant lectu dignissima: Inprimis verò doctissimi viri *Joachimi Cam:* qui cum ipso conjunctissimè vixit, narratio diligens & accurata, implicata rerum memorabilium temporis illius hominumque mentione illustri.

Circiter hoc tempus insignis *Christianis clades*, à *Turcica classe* illata est, quæ in *Catholici Regis Philippici classem*, navibus, milite, & comætu instructissimam, bellum Punicum adornantem, de improvviso irruens, eam oppressit, cunctos qui *Gyrba Insula* præsidio impositi fuerant expugnatos, captivos abduxit. Ea clade Christiani navali existimatione omnino exuti, ingentem barbarorum audaciam auxerunt, Duces ejus expeditionis fuere nomine *Philippi Medinacæus Hispanus*, amplissimo loco natus, *Prorex Sicilia & Philippicæ classis, & Doria*, qui cum aliqua parte navium incolumes evaserunt. *Turcicæ* verò classi præfuit *Bassa Pial.*

Septimo die Junii anno millesimo quingentesimo sexagesimo, *Pius Pontifex* vel memor eorum, quæ in sui contumeliam *Cardinalis Carafa* in conclavi dixerat, vel *Ducis Paliani Regis pro ducatu Paliani* compensationi (ut fama fuit) pro sororis filio inhians, aut (quod ipse aiebat) ut Romanorum Pontificum propinquis, salutare exemplum relinqueret, ut populos sibi creditos clementer acciperent, & publica negotia pro Ecclesiæ dignitate conficerent, specie vindicandi ea crimina, quæ Carafa patrui Pontifici & bello potissimum Neapolitano patraverrant, quæstionem capitalem in eos instituere est aggressus, ita ut ad septimum Idus Junii 1560. quo die quinto antè annum Carafa purpurei pilei honore donatus fuerat, *Carolus ipsum & Alfonso* Cardina-

les ad Consistorium profectos *Joannem verò Caroli fratrem, & Montorii Comitem, Paliani Ducem* tunc vocatum, qui paulò antè ex *Galesio Faliscarum* oppido, in urbem cum ipsius Pontificis licentia venerat, uxorisque ejus fratrem *Comitem Alifanum, Leonardumq; Cardinalem* fratrum propinquum, nihil tale suspicantes, in Hadriani molèm, & per eosdem dies aliquot alio *Carafia domus* clyentes in publicum carcerem conjici mandavit.

Augusti die ultimo *Rex Gallie* qui tumultu *Ambosiano* subductus, acerrimo edicto in hæreses inquirendum decreverat, atque ordines ad *Abellejum* fontem convocarat: Cum his de religionis controversia quæ indies ingravesceret egit. Cæterum certis de causis tractatio hujus rei, in decimum Decembris rejecta fuit, atque conclusum, ut *conventus maximus universa Gallia* (quem statuum *Universalem* vocant) *Aurelian* indiceretur: Quadragesimo autè die post, domesticus conventus celebraretur.

Porro edicti à Rege post tumultum *Ambosianum* promulgati summa hæc erat. Deliberatum etiã, & constitutum esse sibi, rem religionis in eum locum, ex quo decidisset, atque in antiquum suum statum restitui. Ideo jubere ac velle se, ut vetera officia Gallicanæ Ecclesiæ proceres retractarent: ipsi soli recognoscerent hæreses: ipsi inquirent, interque se judicarent deprehensas, ac corrigerent, sicubi latent, sectas. Quippe vel primum esse illud eorum munus, eis id oneris lege justissima atque æterna (nisi legislatori Deo refragari quis demens potest) esse impositum. Monere id circo ac dehortari Episcopos familiariter, ut suam singuli administrarent provinciam, ut attributas sibi dioceses, & paræcias adiret, obirentq; in his hærerent, sedemq; figerent, ipsi literas sacras publicè profertentur, nec mercenariis enim committi tuto posse rem tanti ponderis: vel testimonio ipsius Christi, neque nescire se, quam frons occipitio sit prior: Patrio quodam animo in commissam concionem, hanc non verbis solum ad salutaris disciplinæ fidem, amoremque pertraherent, ac saltem allicerent, sed morum honestate ac vitæ innocentia etiam prærent. Sicque à Doctore sumptum laudatæ probitatis exemplum, discipuli certatim sequerentur. Itaque tandem aliquando ab inventa impietate, ad veram rectamque pietatem, & vel sero, in viam (sicut in proverbio legitur) redirent, sin minus, peragere reos Episcopos ex Sanctissimis minimeque veteratoris conciliis, Senatibus consultis convocatæ universæ Ecclesiæ decretisque Christianis, ob eam rem interdicere ac vetare, ne aut ullum forum, aut curia civilis temerè deinceps judicia deferret in recognitione hæresu, neu eo in negotio intercederet unquam magistratus profanus, nisi pontificum, sacerdotumque collegium opem Prætoris, vel ad irrogandas leges, vel ad censuras exequendas, ante rogassent. Mandare se nihilominus Franciæ provinciarum rectoribus, per magistratum municipale, quamvis non initiatum sacris, multam pœnæ nimirum rimarentur illi, si edicto Regis Episcopi minus obdientes fuissent, si mutassent sedes, si extra dioceses vagarentur, si parum decore & honestè se in paræciis habuissent, horum ut certatio esset, illi inquam deprehensæ absentia, dissolutæ vitæ, excussæque recordiæ & aliorum accusationem, apostolos ad curiam

curiam regalem deferrent: quo sic liceat cum recentimalo statim occurrere, & remedia ad sanandum vulnus, nondum exulceratum, comparare.

Septembri propè exacto, ipso die, qui D. Michaeli inscribitur *Gustavus* Suecorum Rex, valde inclinata ætate mortem obiit: Cùm ad Regni illius gubernacula sedisset annos quinque supra triginta. Cõsanguineus fuit *Caroli ultimi Regis Suetia*, & *Stenonis Suetia senioris Principis nepos*, atque in Daniam obses abductus, audita Procerum strage, quam *Christiernus* perpetrasset, ex venatione, ad quam cum aliis nobilibus admissus fuisset, amicu plebejo elapsus, *Lubecam* profugit, ac inde in *Sueciam* translatus, ad Reip. summam pervenit, *Lubecensium* Legatis claves arcis *Stockholmi* sibi nomine civitatis *Lubeca* dedit, *Gustavo* tradentibus: Regno accepto pacis & concordie subditorum studiosus fuit, sed avaritiz est notatus. *Uxores duas duxit*, alteram filiam *Saxonia inferioris Ducis Leoburgensis Magni Cascharinam*, ex qua filium sustulit *Ericum* Regni gubernacula postea suscipientem. *Saxonica* autem ex lapsu equi mortua, secundam nobilem *Suecam* sibi matrimonio copulavit, ex qua itidem suscepit proles complures, inter quas filium *Joannem* jam Regni moderatorem, & tres filias, quarum prior *Comiti Embdensi*, altera *Georgio Joanni Palatino Rhensi* tertia *Christophoro Marchioni Badensi* legitimo thoro junctæ fuere.

Octobris die ultimo *Princeps Condens*, *Regis Navarrai frater* literis admonitus, ut se de conspirationis contra Regem, matremque susceptæ suspicione purgaret, *Aureliam* cum ipsa ingreditur, nihilominus tamen innocentia sua ostensa, præter omnium expectationem paulò post in vincula conjicitur.

Novembris die decimo nono *Franciscus secundus Rex Gallorum*, qui ad celebrandum conventum universalem, *Aureliam* venerat, capto *Condensi*, ex nato secundum aurem sinistram apostemate, in febrim incidit, ex qua cum graviter laborare cœpisset, Nonis Decembris die, ex quo eum morbus corripuit, decimo septimo extinctus est, cùm regnasset anno uno, mensibus quinque. Hæc inopinata Regis mors *Condensum* vinculis exemit, ut paulò post dicemus.

Justa ei deinceps ita facta sunt, cor vitæ sedem *Genabi ad augustissimum ejus Civitatis Fanum Crucis*, sublimi tymbo est absconditum: corpus reliquū deductum *Dionysiano majorum sepulchro* est illatum.

Porro defuncto *Francisco*, *Carolus Maximilianus Aurelianus* secundo genitus *Henrici secundi*, quem compendiosius postea *Carolus nonus* appellarunt, in fratris locum decem modo annos natus successit. Cujus etiam ætate quidem puer esset, indolem bonā nihilominus vultus alacris & promptus, quandamque altitudinem animi ac Regium spiritum præ se ferebat. Hunc igitur in fratris locum susceptum, cùm recepto tutelarum jure, donec annum decimum quintum attingeret, propter imbecillitatem consilii in tutorum potestate esse majores vellent: ex imitatione atque exemplo superiorum temporum æquū, justumque videbatur, ut hoc tutelari quasi interregno, Regina mater rerum interea potiretur. Sed cùm illud Jus Principes à stirpe Regia oriundi, multis nominibus ad se spectare contenderent: ne tempestiva magis quam utilis disceptatione frustra

perperamque transmitteretur, cunctis suffragiis octo viri, quorum consilio Regis pueritia nitetur, ex nobilissimis Gallorum familiis hi creati sunt: *Rex Navarraus*, purpurati duo *Lotharingus & Turonensis*. *Guisianus* Magister equitum, *Marescallus Andreas*, *Brissacus*, & *Cancellarius*, *Rex scribarum*. Ita tamen ut Regina in consilio Principem locum obtineret, nullo vel moderatricis titulo honorata. Ad hunc ordinem postea assumpti sunt *Borbonius Cardinalis Navarrai frater*, *Montpensericus Rocasuryon*, *Ambarrus*, & *Condensis Navarrai isidem frater*: mox quoque duo *Mareschalli*, *Mommorancium* & *Thermus*, eodem accesserunt, ita ut pro octo tutoribus, quibus Regis cura commendata erat, numeros ad quindecim usque excreverit.

Hoc eodem anno 1560. multa ostenta in cœlo visa sunt. Nam in regione *Pedemontana*, *Chirafci* apparuit ignis in aere per horas tres. *Traville* totidem horas sanguine pluit. In planicie juxta *Centasium* maximus equitum numerus turmatim conspectus, *Cœgnaan* animadversus est terræ motus, tanquam quadrigæ sonantis. In *Gallia* quoque mense Decembri, quum *Aurelia* essent Procerum Regni Comitia, presente Rege, visus est Cometa supra urbem per viginti octo dies, quibus Comitia finiebantur. Vicinæ *Austriz* decimotertio Decemb. fuit terræmotus, corrusionem, fulmina, tempestas omnino horrenda, adeo ut templum *D. Stephani* fulmine tactum, atque cœlum passim ardere visum sit. Ejus generis quoque fuerunt duo exercituum visis concurrentes in *Polonia*, quorum *Septentrionalis* victor fuit. In *Prussia* dicitur sanguinem è cœlo in terram cecidisse, tanquam ignis favillas. In *avatu Wirtembergico* 27. Decembris subito orta est Vorago, alta pedes triginta sex lata viginti. Citra planum terræ, non amplior puteo communi & ambitu rotundo, cujus aquæ alta circiter pedes novem sequenti die apparuit ignis in aere amplissimus paulante Solis ortum per totam ferè Germaniam, in quibusdam locis longitudine occupabat quatuor aut quinque stadia, latitudine unum: adeo ut multis in locis homines putarint oppidum aliquod aut urbem incensam, aliquot etiam locis concurrerunt ad vicinum ignem extinguendum, Tandem nonnulli peritiores deprehenderunt, non esse incendium domorum in ambitu terræ, quod viderent sub flammam candorem. Hæc horrenda meteora, ut testes sunt *Physici* doctissimi procul dubio portenderunt futuros motus *Galliz*.

Sub exitu hujus anni *Sabaudia Dux Emanuel Philibertus*, bellum movit contra *Convallium Lucernensium* in *Pedemontio* prope montem *Vesulam* incolas, quos *Valdenses* dixere, qui jam olim Romanam Ecclesiam averfati. Dux itaque cum in avitaditionem, restitutus esset, atque perquam molestè ferret religionem sibi contrariam apud eos vigere: Illis sæpenumero mandat, ut ministris suis pulsatis, atque religione abjecta, antequam religionem reciperent, id nisi facerent, dira supplicia illis minatus. At cum illi, confessione fidei suæ edita, eam religionem se retenturos, ac Principi nihilominus in civilibus obedientiam præstituros, testarentur: hic initio acerba mandata contra eos proponit, quibus nobiles atque vicini freti, agmine facto in eos ruere, illisque damna quamplurima inferre cœperunt: Illis verò defensionem contra vim illatam instituentibus,

entibus, res eo usque processit, ut qui ad cædes ac direptiones venissent subinde male exciperentur.

Cum ergo Dux incursionibus ac direptionibus nihil proficeret, aperto bello cum ipsis agere instituit, misso isthuc cum quinque millibus *Trinitate Ducis*, qui etsi ditionem istam invadens nihil non hostiliter egerit, domos incendens armenta omnemque suppellectilem diripiens, non tamen quod voluit efficere potuit: Nam incolis ad sui defensionem in otium cacumina nivibus oppleta eligentibus, ac singularem virtute *Sabaudos* inferiores, maxima vi lapidum prosternebantibus, in eas difficultates coniecere, ut is aliquot millibus desideratis permissu Ducis cum Convallentibus transigeret, ita ut his cum libero commercio per omnes Ducis regiones exercitium religionis assuetæ permitteretur, modo Duci debita officia obsequiaque redderent, ac sine scandalo viverent.

Cum autem *Valdenses* illi valles & montes incolant, nec magnos redditus percipiant, atque etiam ea persecutione suis opibus & bonis quasi exhausti essent à Germanis Principibus & Civitatibus, subsidium aliquod in usus pauperum petierunt. Propterea ab iisdem liberaliter eorum Legati auditi, atque auro & argento donati in patriam remissi fuerunt.

Porro quod ad *Waldenses* attinet, eorumque originem atque doctrinam, ea quidem antiquissima & talis: Circa annum Domini 1160. fuerunt *Lugduni* aliquot optimates, quodam loco congregati, conferentes de variis rebus: ut solent sæpe præsertim ætatis tempore, in Italia & Gallia in porticibus Magnates convenire dispellendi tædii, fallendique otii causa, ac colloquendi cum aliis sui ordinis viris. Ibi dum illi otiosi sermones cædunt, accidit, ut subito unus spectantibus omnibus aliis mortuus corrueret. Eo tam tristi exemplo fragilitatis humanæ divinæque iræ perterritus ac commotus unus ex illis nomine *Valdus*, homo prædives, haud dubiè impellente eum etiam DEI SPIRITU, cœpit cogitare de emendanda vita, placandoque Deo, ac vera pietate aliquanto magis serjò colenda quam antefecerat. Cœpit igitur & elemosynas largius distribuere, & se suamque domum, ac eos, qui cum aliquando quacunque occasione accedebant, docere & admonere de poenitentia, sincero DEI cultu, ac vera pietate.

Progrediente paulatim tum benèficientia ejus in egenos, tum ipsius studio docendi, aliorumque discendi, jam etiam frequentior cœtus ad eum confluere cœpit, & ipse eis non suas reliquas regulas, sui que capitis somnia dictare, sed sacras literas tum explicando declarare, tum invulgarem Gallicam linguam transferre. Fuit enim homo doctus, ut ex vetustis membranis cognoscitur: & non curavit sibi ab alijs verbi, ut quidam veritatis inimici mentiuntur.

Collegit etiam *Valdus* patrum testimonia vulgari sermone, ut suos non tantum scriptura, sed etiam veterum testimoniis contra adversarios communi- ret. Cernentes itaque adversarii *Valdi* ejusque sectatorum in docendo & discendo Dei verbo constantiam, quam illi pertinaciam esse calumniabantur: dolentes etiam suam turpitudinem, inscitiam, negligetiam in docendo, & aliquos etiam errores ab eis taxari, excommunicaverunt eos omnes simul.

TOM. III.

Aliquanto verò post, cum illos ne excommunicatione quidem moveri cernerent, ut à suo proposito desisterent, etiam quæritio, carceribus, ferro demum ac igni persequi, & crudeliter vexare cœperunt: ut necessitate præsentique periculo coacti sine *Lugduno* descedere, ac in varias terras diffugere & dilabi.

Aufugerunt igitur *Lugduno* parti in varias Galliarum partes, & præsertim in *Narbonensem Galliam*, partim & quidem plures in *Lombardiam Italia Provinciam*, quam Romani citiorem Galliam vocarunt.

Cæterum hi anno 1545. gravissimè à Rege Galliarum *Francisco* affliti fuere, prout horum calamitas tum separatim libello Gallico exposita, tum à S. libro 16. compendio comprehensa, & novissimè libro tertio actionum Martyrum luculentissimè exposita est: variis autem nominibus sunt appellati pro varietate regionum ac locorum quæ incoluerunt. Nam in regione *Lugdunensi*, *Pauperes de Lugduno* vocati fuerunt: In extremis *Sarmatia Livoniaeque* partibus *Lolardi* sunt nominati: In *Flandria* à loco deserto, lupisque exposito *Turrelupini* appellati, quin & *Leonista* & *Insabbati* vocati. Sunt & qui *Bohemistas* dici putent: Inter quos, est *Cardinalis à Turre Cremata*. Sed illi se à *Valdensibus* separatos esse, nec *Valdensium* nomine se comprehendendi scripto publico edito anno 1525. testati sunt origine sua ab iis, qui *Doctore Joanne Rochezan à Romana Ecclesia* se segregarunt, deducta.

DE REBUS GESTIS

Anno 1561.

IN Januario Mense Regis Galliarum *Caroli Noni* mater suscepto tutelæ onere, de quo paulò ante meminimus, nihil majoribus votis optare videbatur, quam ut res quæ religionis causa perturbatæ essent, placida pacificatione componerentur. Itaque cum minimè duris, aut crudelibus edictis novi Regis gubernationem, ne hominum animi statim alienarentur, inchoandam putaret, querelis autem atque supplicibus cunctorum ordinum precibus satisfaciendum putaret: Edicto leni mitique rem stabilendam existimavit, quod in conventu ad S. Germanum in *Laya* ex autoritate Regis *Navarre Principum de familia Regis* & privati Consilii, 17 Januarii, ejusdem anni 61. promulgatum, ex eventu postea Januarianse est appellatum, de quo deinceps tanquam pro aris focusque utrinque Gladiatoriis animis est certatum. Ejus Edicti hæc sententia fuit.

Etsi superiore anno, ipso Julio omnium conventicula in quibus contra veterem Ecclesiam morem preces, ritus & sacramenta administrarentur, Edicto Regis Francisci prohibita sunt, tamen, cum huic promulgationi malis in locis non obscure fraus fieret, placere Regi, matri Regiæ aliisque proceribus mederi presentibus malis & rebus Galliarum afflitis, ea videlicet ratione, ut quicumque sectatores Evangelicæ doctrinæ seu professionis, templa aut eorum reditus occupassent, cederent templis, restituerent natas & reliquas, in posterum ab immunitate abstinere, ipsi usquam nisi in suburbis aut extra urbes suas celebrarent, in iis peragendis à nemine impedi-

n

rentur

direrentur, molestarenturve, nostra pars alteram injuria afficeret aut provocaret, inter se amice degerent, nemo arma portaret prater Nobiles, quibus gladius cum pugione permissus esset, ministri Evangelici neminem in suum ordinem reciperent, cujus vitam moresq; non perspectos antea exploratosque haberent: ne excluderent à suis conventibus Regios praefectos, quominus illis audire liceret, quam profitentur religionē, nulla judicia nullasq; synodos sine venia officiaris alicujus Regis celebrarent, nullos Magistratus Leges aut statuta crearent, conderent, neve tributa collectas pecunia, voluntariis, eleemosynis exceptis, indicerent, Leges politicas praesertim eas, quae gradus affinitatum & consanguinitatum sanciunt, conservarent, colerent: ministri jurarent se non allaturos doctrinam cum verbo DEI, in symbolis & concilio Niceno & in liberis veteris Novi, Testamenti expresso pugnantem, in precando nulla convitia in Missis & ceremonias ab Ecclesia receptas jacerent, nullisq; se invicem in concionando injuriis afficerent, in votis Dominis, pastoribusq;, in nullo pago conciones peragerent, reum seditionis ne quisquam receptaret, nullos libellos famosos spargerent, imprimerentve. Huic constitutioni qui quæve fraudem fecissent, scirent Regem hoc admissum adversus se severius executurum. Atque hæc Edicti Januariensis capita fuere: quod, cum plerisque gratum accidisset, multum tamen minimè tolerabile videri poterat, qui hac ratione decus Romanæ Ecclesiæ, autoritatemq; Pontif. maximoperè labefactatum iri dicebant. Nec verò hanc rationem esse sedandarum turbarum, sed potius alendarum hæresum, quibus fenestram aperuisset nimia indulgentia Regis in quo nonnulla etiam culpa regis Navarræ esset. Sequendum igitur, se autoribus, Edictum Julii proximi à Francisco Rege promulgatum, ejiciendos omnes ministros, impediendaque conventicula. Quòd si ipsis aliud videretur, in eoque pertenderent, se male ex consilio discedere, quam hujus sententiæ autores fieri. Itaque cum Regina ab hoc instituto se non discessuram significaret, & humaniorem sententiam, ne res antea debiles vehementius exagitarentur, sequendam putaret: Guisianus communicatis cum Conestablio & Marescallo Andrea consiliis, è conventu se subduxit. Hoc Sangermanico consilio soluto, ad novam Septembris Pontificiorum & Evangelicorum colloquium Possiaci per Regem indicitur.

Hoc eodem mense cum Electores & Principes Germaniæ Confessioni Augustanæ adherentes, Naumburgi in Turingia convenissent, ut de tuenda Augustana confessione, anno tricesimo Imperatori Carolo exhibita, deliberarent, quòd multos sinistros sermones de se spargi coram Imperatore Ferdinando audiissent, Pontifex Pius qui ante inunte Decembri, Solennibus Jubileo, jejuniis & supplicationibus à Vaticana Basilica ad Minervæ habitis, ac publicatis literis, generale Concilium Tridenti prosequendum esse, & proximo Paschate anni 61, iterum inchoandum indixisset, eodem suos Legatos mittit Zachariam Delphinum, Pharensem, & Joannem Franciscum Commendonum, Zacynthium Episcopos, ut Principes Germanos ad Concilium hortarentur, quinto Februarii audientia data; eorum prior legationis suæ causas hac oratione exposuit.

Cum summus Pontifex ad sacrosanctum Regimen Ecclesiæ vocatus esset, in eam statim curam, pro suscepto munere pastorali, incumbere cœpit, quò corrupti mores emendarentur, ut esset tandem pax Ecclesiæ, & idem sentirent omnes nationes: cumque non tam ad mala sananda, quam ad bona consequenda, nullum aliud remedium, quam sacri Oecumenici concilii celebratio esset: habita matura deliberatione, cum ordine Cardinalium, sacrum concilium Tridenti ad festum paschatis celebrandum autoritate divinitus sibi tradita decrevit. Ut verò ad notitiam omnium Principum id perveniret & ipsi eandem curam susceperent, suaque studia ad consulendum Germaniæ tranquillitati, Pontificiæ sollicitudini conjungerent, ablegavit hos nuncios suos, pro amore & studio, quo inclitam Germaniæ nationem semper prosecutus est, ejusque unitatem dilexit, qui Pii Pontificis nomine singulos conveniremus, rogaremus, hortaremur & obtestaremur, ut ad Consilium hoc accederent, cum plena mansuetudinis & pacis omnia ibi sint futura: omnes ibi auditum, ac in rebus benignè exauditum iri: petamusque ut iidem Principes piam hanc sollicitudinem progressum habere velint, cum Pontifex nihil aliud studeat, nisi ut concordia & pax Ecclesiæ restituantur. Paratus est idem Pontifex salvum conductum Principibus in amplissima & tali forma dare qualis unquam fuerit aut excogitari potest. Quapropter petit Pontifex & adhortatur ut singuli Principes Legatos suos cum plenis mandatis eò mittant: ut Principum studio sedatis Ecclesiæ dissidiis (tot enim de religione opiniones, quot capita, & tot Evangelia, quot Doctores) Ecclesiæ suum decus restituatur: una fides ubique fervetur, & unus Deus ab omnibus colatur. Cætera Principes à Collega audituros dixit, qui sequentia probavit.

Illustrissimi Principes: cum eadem mandata utrique nostrum summus Pontifex dederit, non repetenda arbitror quæ à Collega jam exposita sunt, ad explicandas Ecclesiæ calamitates. Nemo est enim, qui ignoret, quòd res deducta sit, & quòd relabatur. Aliud ex alio malum exoritur: hostibus Christiani nominis ad perniciem & interitum Reipublicæ aditus datur, huic obviam ut eatur opus est. Postulant hoc pericula, suadet temporis oportunitas, Pii Pontificis benignitas & studium, ut nulla unquam pacis conciliandæ commodior occasio oblata aut dari posse videatur, pacata Repub. Christiana, ac Pontifice divinitus dato, cujus studium, singulare est erga Principes, sollicitudo de animarum salute, & ut Ecclesiæ & tranquillitatis pax restituantur. Hæc sunt quæ paucis exponenda censuimus. Principum non pauci hac oratorum licentia ita offensi fuere, ut quidam ipsorum literas peculiariter à Pontifice ad se scriptas atque oblatas legere respuerint, re verò inter se deliberata, septimo Februarii nomine omnium Legatis Pontificis, hoc verborum tenore responderi voluere.

Illustrissimi Sacri Romani Imperii Electores & Principes, Illustrissimorum Electorum & Principum Legati & Consilarii, ad Orationem vestram, quam Pontificis Romani mandato, Celsitudinibus, Gratiis & Humanitatibus ipsorum exposuistis, hoc responsum votis dare jusserunt: Non dubitare se.

„ se, quin multi omnium ætatum ac gentium toto
 „ terrarum orbi viri docti, sapientes ac pii, jamdu-
 „ dum inliorem Ecclesiæ statum optarint, & nunc
 „ quoque anxia ad Deum vota faciant, ut tandem
 „ doctrinæ puritas restituatur, & in Ecclesiam in-
 „ vecti abusus pia emendatione tollantur, quod ipsi
 „ Romanis Pontificibus, in sua Jurisdictione præ-
 „ cipue curæ esse debeat, qui Ecclesiæ titulum, tam
 „ longo annorum spatio, sibi arrogarunt. Verum
 „ quibus ipsi potissimum rebus & actionibus dediti
 „ semper fuerint, obscurum bonis omnibus non est:
 „ quin multos Pontificio nomini addictos viros sa-
 „ pientes fateri necesse est. Mirantur autem Illu-
 „ strissimi Electores & Principes, reliquorumque
 „ Legati, qua vel opinione persuasus; vel spe fretus
 „ Pontifex Pius 4. missa huc legatione, celsis suis
 „ Concilii Indictionem obtrudere; eosque Triden-
 „ tum vocare ausus fuerit. Neque enim ipsum
 „ Pontificem & vos ignorare, quam religionem sta-
 „ tus Augustanæ confessionis amplectantur, qui-
 „ buscunque de causis ecclesias suas, juxta Evange-
 „ lli doctrinam repurgare, & se ab eo cœtu, qui su-
 „ am potius quam Ecclesiæ gloriam quærit, sejun-
 „ gere coacti sint: Sic enim Pontificem ac vos sta-
 „ tuere Illustrissimi Principes volunt, non agnosce-
 „ re se Romanæ sedis autoritatem, certoque celsis
 „ suis divini humanique Juris indubitatis testimo-
 „ niis persuasum esse, Concilii indicendi Jus Ponti-
 „ ficem Romanum non habere: Judicis enim offi-
 „ cio fungi, & controversias dirimere eum, à quo
 „ destructiones & dissensiones multæ in Ecclesia
 „ ortæ sunt, fas non esse divini ac humani Juris scri-
 „ pta testantur. Injuste etiam oratione vestra sese
 „ taxari, Illustrissimi Principes affirmant, quod nul-
 „ lam fidei certitudinem habeant, sed tot nunc sint
 „ Evangelia, quot Doctores, tot Religiones quot
 „ voluntates: Extat enim non solum de omnibus
 „ fidei articulis, perspicua ipsorum confessio, Im-
 „ peratori Carolo V. Augustæ anno XXX. exhibi-
 „ ta, verum etiam variis hæcenus editis scriptis, cœ-
 „ lestis doctrinæ veritas illustrata & explicata est.
 „ Quibus autem maculis Romana Ecclesia nunc
 „ imbuta, universi orbis terrarum querelæ satis te-
 „ stantur. Cumque non errore lapsi, nec temeri-
 „ tate, curiositate, aut pravus cupiditatibus, sed feve-
 „ rissimo Dei mandato, quo præcipitur idola fugi-
 „ enda esse, impulsu Germani Principes à Romana
 „ Ecclesia discesserint: constanter in sententia,
 „ perseveraturi sunt, nec ullas sibi à Pontifice Leges
 „ præscribi patientur: nullius enim autoritatem
 „ vel jurisdictionem, quam imperatoris sui Cæsa-
 „ ris Ferdinandi agnoscunt, cujus Legatis, quam ipsi
 „ de Concilio œcumenico ac generali celebrando,
 „ spæ ac sententiam habeant coram hic exposuerunt.
 „ Quod verò ad vos attinet, ita vobis omnino ut
 „ persuadeatis, Celsitudines ipsorum volunt: nisi
 „ Pontificiæ Legationis munus nunc quidem obii-
 „ setis, omnia Celsitudines ipsorum, Clementiæ &
 „ benevolentie studia & obsequia, vobis ex claris-
 „ sima Venetorum familiis ortis, præstituros fuisse,
 „ tum quod erga amplissimam Venetorum Rempu-
 „ blicam animo affecti sunt benevolo, tum vero et-
 „ iam quod vos ob generis nobilitatem, doctrinam,
 „ ac sapientiam, laude favoreq; suo dignos esse ipsi
 „ profitentur.

Hoc responso Legatis dimissis, illi quos diximus
Electores ac Principes literis ad Imperatorum scri-

pris, testati sunt, se confessionem illam Augustanam
 unanimiter retinere, paratosque esse ex verbo DEI
 illius rationem reddere: ac deinde luculentissimo
 scripto, causas recusati concilii Tridentini, publicè
 edito, exposuere. Legatorum itaque Delphinus
 superiore Germania, ad cujus Principes Pontificius
 orator erat, peragrata, apud Cæsarem Legatus Apo-
 stolicæ sedis permanere à Pontifice justus est. Com-
 mendonus verò Germania inferiore, Saxonia, Rhe-
 nanis oris, Belgis, Lotharingis, deinde Germania
 superiore & Bavaria percursis, cunctisque illorum
 regionum Episcopis ad concilium invitatis in Itali-
 am Tridentum, deinde à Pontifice vocatus ad urbem
 reversus est. Neuter horum indignandi causas
 habuit, honorificè ubique locorum exceptus. An-
 glia vero Regina Elizabetha Hieronymum Marti-
 nengum Abbatem ad se Concilii causa Legatum
 missum cum audire recusasset, à Belgio in Lusulam
 trajicere prohibuit: Nec diversum ad Reges Danicæ
 & Sueciæ missus responsum retulit.

Quinto Martii Pii Pontificis Caraffarum quos
 supra in vincula conjectos diximus, causa in pleno
 Consistorio diligentissimè examinata, Carolum
 Cardinalem Majestatis damnatum, & omnibus ho-
 norum gradibus exutum in Hadriani mole, carnificis
 manu nocte strangulari jussit: Ducem vero Pa-
 liani Comitesque & Cardinales in Turris novæ carcere
 capitali supplicio affectos in publico ad pontem, Eli-
 um exposuit, & paulò post ad damnatorum sepul-
 chra retulit, populo Romano attonito, & quorum
 ista tenderent admiranti: illis maximè memorabile
 spectaculum, instabilisque fortunæ ludibrium præ-
 bentibus, quum omnes passim ad eos spectandos
 confluerent; quem ipsi potissimum ad tantæ pote-
 statis culmen exerisset, nutuque, renutuque suo
 cuncta moderabantur, Ducis præsertim extincti casti
 animo reputantes, quem paulo ante insigni militum
 & equitum manu stipatum, ac per urbem more penè
 Regio incedentem conspexerant, tunc verò ejus
 corpus capite truncum sub aspectum publicè collo-
 catum viderent. Ejus verò admirabilis constantia
 fuisse perhibetur, qui paulo ante obitum & socios
 metu cædis consternatos: egregia oratione ad mor-
 tis contemptum adhortatus est; & literas pulcherri-
 mas filio juveni scripsit, optimis monitis refertas,
 quibus ei Christiano more bene precabatur. Cardi-
 nalis cadaver in propinqua Diva Maria Transpon-
 tina eade publico sepulchro datum, mox ab ejus fa-
 miliaribus ad Minerva translatum, & in familia ejus
 sacello conditum est. Inter multas præcipue damnati
 Cardinalis causas in questionem codicillis, relatae sunt,
 quod senem Pontificem Paulum, quanquam in bellum
 primum, tamen bellicarum rerum imperitum, falsis
 nuntiis & consiliis decepisset, multos & maxima digni-
 tationis viros ejus belli occasione vexare jussisset: quodq;
 varias literas & notas arbitrarias ementitus, ejus uni-
 us præcipue opera quinquennialibus inter Reges Hispani-
 a & Gallia ictis indicis fractis totum id bellum quod
 Paulus gessit susceptum dicitur, non sine magno sedis
 Apostolica detrimento productum fuisset. Comiti præter
 crimen lese Majestatis, & sociis, uxoris gravida &
 adultera indicta causa cades obiecta. Pontifex vero vi-
 deri voluit, eos non eo consilio vinxisse, ut morti tra-
 deret, at in questionibus habendis exacerbatus, ma-
 gnitudinè demum rei intellexisse, quum ei persuasum
 esset Cardinale animi excelsi & intrepidi, si dimitte-
 retur in suorum quæpiã aliquando inpetum facturum.

Quo timore cum semel gravissimè læsum tolli iussit, in reliquos clementius, quos minus peccasse proficerebatur, haud dubiè acturus nisi fortuna iis adversa Pontificis animum impulisset, ut eos potius perdendos quàm Cardinalem non conservandum existimasset. Aliquando mitius cum *Alphonso Cardinale*, qui mansuetæ continentis que naturæ haud dubium speciem dabat, actum: ipse namque, qui die obitus Pontificis quædam è cubiculo suo subripuisse accusatus fuerat, centum millibus aureorum *Vitellii Cardinalis studio* comparatis, persolutis, *Camera Apostolica præfectura* multatus, cum reliquis omnibus liberè ea conditione tamen dimissus est, ne urbe egrederetur.

Decimo quinto Martii *Claudius Franciscus Novocastrensis* dominus de Rye; *Christophoro Duce Wirtembergico* cum Comitibus *Ortenburgicis*, *Ferdinando*, *Bernhardo*, *Ernesto* & *Erenfrido*; de arce *Ericouris*, ad fines *Burgundie* sita, aliisque locis compluribus coram ordinario iudice *Dole* contendente: Is *Hericourtis* litigiosam ac ab *Ortenburgicis* possessam callidè interceptit ac occupat, non minus sibi juris ad illam, quàm dictis litigantibus, competere, ex testamento præterdendens. Etsi verò controversiæ status mira quæstionum & ambagum prolixitate involutus sit, tamen ejus summam ut publicè scriptis à consulentibus exposita est, commemorabimus.

Anno 1463. 28. Octobris quidam *Theobaldus Novocastri d'espina*, *Hericurtis*, *Clementis*, aliorumq; dominorum Dominus, *Mareschallus Burgundie*, cum undecim liberos haberet, septem masculos, nimirum *Antonium Episcopum Tullensem*, *Leonhardum*, *Wilhelmum*, *Ludovicum*, *Jacobum*, *Henricum* & *Claudium*: & quatuor filias, *Agnetem*, *Johannam*, *Margaretam* & *Catharinam*, legitimum testamentum condidit, eosque particulariter instituit, duobus masculis exceptis, videlicet *Henrico* & *Claudio*, quos in residuo omnium bonorum hæredes universales solos & in solidum instituit, videlicet *Henricum* in terris & dominiis de *Novocastro*, *Chastellot*, *Blacmont*, *Hericourt*, *Clermont*, *Chamallon*, *Lepon de Royde*, *Bourodque*, *Estheuan*, *Louze*, *Lagarde*, & *la justice de lieu croissant*, & *du prieuré de Lambenandz Montion*, *Chastel sur Mezelle*, *Espinat*, *Bauville Chalini*, en la restitution de l'isse quand le cas adviendra selon le traité fait à Gray &c. Et dictum *Claudium* in terris & dominiis du Fay, *Bourgoignon*, *Poncon*, & in omnibus pertinentiis, redditibus, censibus, præminentibus, mero, mixto imperio, feudis, subfeudis, & aliis quibuscunque, & in castro oppido, terra & pertinentiis de *Grancey*, &c. Et casu quo *Henricus* decedat sine hæredibus de suo corpore, *Claudius*, vel primus ejus masculus, per ordinem succedat, in portione dicti *Henrici*. Et si dictus *Henricus* decedat relicta unica filia, habeat illa decem millia francorum *Burgundie* per dictum *Claudium* vel filium ejus solvendorum. Et si dictus *Henricus* relinquat plures filias, dentur pro illis omnibus simul per dictum *Claudium* hæredem meum vel suos liberos masculos quindecim millia francorum dicta mone-
ta. Et casu, quo *Claudius* filius meus, & hæres vel filius ejus masculus in defectum hæredum masculorum *Henrici*, teneat portionem (partagium vocat) *Henrici* ratione dicta substitutionis, volo quod dictus

Leonardus filius meus (aliàs *sacris destinatus*) sit secularis, & possideat partagium *Claudii*, cui eo casu substituo *Leonhardum*. Et si dicti *Henricus* & *Claudius* decedant sine hæredibus masculis, instituo hæredem meum solum, & in solidum dictum *Leonhardum* (casu quo non sit ecclesiasticus) in partagio dicti *Henrici*, & dictum *Ludovicum* filium meum in partagio dicti *Claudii*, & si dictus *Leonhardus* sit ecclesiasticus, instituo dictum *Ludovicum* in omnibus bonis, & partagiis in quibus institui & substitui dictos *Henricum* & *Claudium*. Item si dictus *Claudius* relinquat unicam filiam, volo per dictum *Leonhardum* solvi ei pro omni jure octo millia francorum, & si plures filia sint, duodecim millia francorum pro omnibus. Et mediantibus dictis summis, volo filias *Henrici* & *Claudii*, & quamlibet earum, consentas esse de dictis bonis, successione & partagiis de quibus eas privo absq; eo, quod dicti *Henricus* & *Claudius* possint aliter, quàm ut supra disponere. Et, si *Henricus*, *Claudius*, *Leonhardus*, & *Ludovicus* decederent sine masculis: succedat uxor mea *Bona* de *Schateville* ad vitam, quamortua, succedat *Antonius* filius meus *Episcopus Tulensis* ad usum fructum, & post eum vel, eo deficiente, *Jacobus* alter filius ad vitam, & post eum, vel eo deficiente, *Guilhelmus* alter filius ad vitam vel usufructuarii. Et omnibus illis deficientibus, dicta *Johanna* filia mea, vel ejus liberi succedant in partagio *Henrici*: & *Margarita* & *Catharina* aliz filiaz meaz, vel earum liberi in partagio *Claudii*. Item & in defectum omnium prædictorum, quamvis frater meus *Johannes* de *Novocastro*, *Dom. de Montagu* mihi adversarius fuerit, &c. Tamen in honorem & reverentiam DEI, & quia meus est germanus frater, & etiam pro honore nominis de *Novocastro* ego illum restituo & facio meum hæredem universalem. Et in defectum illius, hæredes ejus masculos seculares descendentes de suo corpore in recta linea. Et casu quod dictus frater meus, & dicti hæredes sui decederent sine hæredibus naturalibus & legitimis, vel etiam quod dictus frater & dicti hæredes sui adhuc superstitionibus aliquibus de dictis meis liberis, vel de eorum hæredibus prout supra, Volo quod loco dicti fratris & dictorum suorum hæredum veniat & succedat in dictis bonis meis cognatus meus *Ferricus* de *Cufance*, *Dominus de Bellovisu*, qui alitus fuit domi meaz, quem, vel suos hæredes substituo, & in defectum omnium prædictorum substituo *Comitem* vel *Comitissam* de *Mombeliardo*, descendentes de linea defunctæ charissimæ materis domine *Henricette* de *Mombeliardo*. Et in defectu eorum instituo, charissimum cognatum *Dominum* *Guilielmum Cabilonensem* *Comitem* de *Tonnerre* & hæredes suos masculos. Et in defectum prædictorum *Comitem* *Vallemontanum*.
Contingit verò deinde cum *Bona* testatoris uxore, & filios *Antonium Episcopum Tullensem*, *Leonhardum*, & *Ludovicum* sine hæredibus masculis decedere, unà cum quatuor sororibus, & ita *Henricum* & *Claudium* patri, ut supra succedere, & per obitum *Henrici* sine liberis omnia devolui *Claudio* qui decessit, relicti *Bona* & *Elizabetha* filiabus, ac fratre *Wilhelmo* usufructuario, qui cælebsiis bonis ad tempus vite fructus est citra contradictionem filiarum *Claudii* fratris, patris quoque *Johanne* *Montagu* ante *Wilhelmum* decedente, sed duobus liberis post

post se relictis *Ferdinando de Novocastro*, & *Joanne de S. Albino*, ad quos hereditas juxta dispositionem testatoris devoluta est *Ferdinando nomine suo*, & *fratris eam* adunte.

Cæterum filia *Claudii*, quarum *Bona* *Wilhelmo Comiti Furstenbergico*, & *Elizabetha Felici Comitis Verdenensis* nuptæ fuere, post *patruum Wilhelmi* obitum qui ut diximus ex eodem testamento, usufructuarius erat, deficientibus etiam filiabus testatoris & earum liberis, dicta *Bona* occupaverunt, excluso *patruo Joanne ejusq. filiis Ferdinando & Joanne Novocastrensis* fratribus. *Ferdinandus* ergo *Joannis filius* anno 1505. pro vero Domino dictorum dominiorum se gerens, ac ab omnibus reputatus interdictum uti possidetis, movit in *Senatu Dolano* contradictos *Comites*, vel earum uxores *Bonam & Elizabetham* contra eoldem auditos. *judicium* realis sequenti obtinens anno 1513. Reis verò comitibus armis impediens executionem, Anno 1516. Aprilis, die decimo septimo, plenum possessorium *Ferdinando* adjudicatum, reis in sumptus & in gravest rebellionis multas condemnatis. *Ferdinandus* verò fratre *Joanne* id ratificante Anno 1506. certo contractu cum *Udalrico Wirtembergensi*, & *Montibelgardi Comite* *Georgio* fratribus facti, omnia hæc jura pro 6000. aureorum cesserat, ac consilio *Ducis Wirtembergici Udalrici* sumptus *judiciales* pro dimidia parte solventis prosecutus fuerat, & obit non facta executione dicti arresti sine malculis relictis quatuor tantum filiabus, quarum una nomine *Anna* anno 1522. Reos eorumve hæredes in jus in eodem *Senatu* vocavit, ut arrestum illud executorium declararetur. Pariter verò eodem anno quo contractum inter *Udalricum Wirtembergicum* & *Ferdinandum* initum diximus & *Claudius de Cusance Dominus de Belvisu*. & *Marcus de Cusance*, fratres filii dicti *Ferrici* præmortui vivo adhuc dicto *Ferdinando*, & ejus fratre, & sic ante substitutionem sibi apertam, vendiderunt omnia jura sua, vel spem substitutionis eidem *Udalrico*: Et novissime anno 1501. vicesimo octavo Augusti, iidem *Claudius & Marcus de Cusance* vel eorum filii, novam cessionem ratificatione prioris, *Christophoro Duci Wirtembergensi* eadem bona de novo vendicanti præsertim *Novocastri* aut litem ab obitu *Ferdinandi* ferè per novem & triginta annos omissam resument. Et quidem hæc jura ad dictam *Hericourtium* erant, quæ *Wirtembergici* prætenderent: *Ortenbergici* qui in possessione essent, cessionem *Wirtembergicis* factam ex variis causis impugnantibus, ac fundamenta causæ suæ jacentibus, initio in conventionibus factis, inter dictam *Bonam & Wilhelmu Furstenbergicum* maritum. Anno millesimo quingentesimo quinto, quarum vigore istarum *Dominus* pleno jure factus sit: Deinde reciprocam omnium bonorum donationem qua ad confirmationem juris præcedentis hæres in iisdem sit institutus. Hæc porro jura à *Guilhelmo Furstenbergico* apprehensa & possessa Anno millesimo quingentesimo vicesimo quarto certis quibusdam conventionibus in *Casaream Majestatem*, & ab hac in *Gabrielem Ortenburgicum* parentem *Reorum & Ferdinandi Regis Romanorum* consiliarium translata. Similiter quoque jura *Elizabetha Felici Comitis Verdenbergensis*

uxoris hac sine liberis decedente, in *Antonium & Salatinum Comites Eisenburgicos* filios arrogatos & pro hæredibus inlicitos translata, Anno millesimo quingentesimo tricelimo quinto mense Augusto, à *Salatino* post fratris *Antonii* obitum certis conventionibus *Gabrieli* parenti cessa eamque transactionem ab *Anna Isenburgica* dicti *Salatini* sorores marito *Francisco Manderschiedio* Comite anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono confirmatam, ita, ut in *Gabrielem* omnia jura *Elizabetha Claudii* filia translata fuerint. Ad jus verò prætersum *Domini de Rya* quod attinet id non tam ex testamento *Theobaldi Novocastrensis*, quam *Stephani Comitis Montbelgardensis* deducebatur. Is namque filio *Henrico*, qui ex *Maria Chastillon* quatuor filias *Heinriettam* nimirum, nuptiam postea *Eberhardo Comiti Wirtembergensi*, *Margaritam* quæ sine liberis decessit, *Johannem* nuptam *Ludovico de Chalon*, *Agnetem* elocatum *Theobaldo de Novocastro* suscepisset, in *Hungaria* propter bellum *Turcicum* absente, testamentum condidit, in quo si *Henricus* non rediret è bello *Turcico* ex *Bulgaria*, dictas quatuor neptes hæredes universales instituit, juxta divisionem in eodem testamento factam, videlicet *Heinriettam* in comitatu, castro, urbe & arce *Montbelgardis*, in castro, urbe, & arce de *Pourentraco*, in castro urbe & arce de *Grangia*, & *Destobonensi*, & *Salmatensi* & *Clarevallensi ad Dubin*, &c. Et dictam *Johannam* in castro *Burgo*, & arce *Montisfalconis* in castello *Burgo*, & arce de *Badans*, in castro *Burgo*, & arce de *Villesfam le vieux*, &c. & dictam *Margaretam* in omni terra ultra *Juram*, &c. Et dictam *Agnetem* in urbe &c. Et decedenti sine liberis superstitibus substituit. Et quod aliter non possit ordinare, nec disponere aliqua de minoribus nata decedens sine hæredibus è suo corpore naturalibus & legitimis, &c. Et quod hæredes dictarum filiarum successive non possunt per testamentum vel dispositionem dare, permutare vel disponere de dictis terris in aliam personam, nec cuivis de alia linea existenti quam unde venerunt & descenderunt dicta hæredia & jura ad magis proximiores lineæ unde venerunt & descenderunt. Mortuo testatore *Johanna* elocata *Ludovico de Chalon*, dictam terram *Villafans* dedit vel legavit *Theobaldo*, ex sorore *Agnete* nepotis, *Mareschallo Burgundia*, de quo antea: à cujus pronepotibus descendebus ex *Claudio* post obitum *Renati*, in quo Anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto proles *Johanna* defecit, *Christophorus Dux Wirtembergensis* vendicare cepit, sed ut *Wirtembergicorum Principum Udalrici & Georgii fratrum* in *Christophorum* transmissa causa, in honis quæ fuerunt *Stephani* per eum distributis, *Johanna Chalonis* nepti, & relictis per obitum *Renati Urania Principis* tanquam Proximiorum optimis fundamentis niti videbatur: nimirum ex *Heinrietta Mompelgardensi* testatoris nepte, & *Eberhardo Wirtembergico*, *Udalrico Comite Wirtembergensi* nato: ex hoc verò & *Elizabetha Bavarica*, *Eberhardo & Henrico* fratribus procreatis illo *Ducis* titulum redimente, hoc *Comite Mompelgardensi* remanente, ac ex ELIZABETHA COMITISSA DE BITSCH UDALRICUM WIRTEMBERGICUM & GEORGIUM

filios suscipiente, quorum ille *Christophorum procreavit*. Sic *Dominus de Rye ex Agnete quarta Stephani testatoris nepte*; quam *Theobaldo de Novo castro* nuptam diximus, in pari successione gradu ac jure esse videbatur. *Agnes* siquidem & *Theobaldus Novo castrensis*; duos filios ex justo matrimonio procrearunt, *Theobaldum Mareschallum Burgundiae* & *Joannem de Montagu*. Hic *Ferdinandum* & *Joannem*, filios, quorum antea mentio facta est, *Ferdinando* filias tres relinquente, *Agnetem*, *Annam*, *Antoniam*; *Agnete* rursus filiam *Ludovicam nuptam Girardo de Rye*, ita ut in pari gradu *Girardus cum Christophoro Wirtenbergico* concurreret. Atque hæc quidem jura quæ tam *Ortenburgici quam Novocastrenses contra Wirtenbergicos* prætenderent, erant: quæ non solum Doctores, quorum consilia quam plurima de iis circumferuntur, sed & iudices ipsos longo tempore exercuerunt.

Mense Aprilis *Sarissus Rex Marrocius* cognita victoria quam Turcæ contra classem *Philippi Regis Hispania ad Gyrbam Insulam* obtinissent, filium cum valido exercitu ad occupandam *Mazzagavam* conditionem in *Africa*, *Regi Portugallie* subditam, mittit: sed cum ea fortissimo præsidio munita, insultus hostium fortiter sustineret, in festo Ascensionis Domini, trigésimo postquam terram invasisset die, re infecta inde discessit.

Mense Majo *Eleonora*, Imperatoris *Ferdinandi* filia, virgo forma & inoribus ornatissima, *Wilhelmo Duci Mantuae desponsata*, ad eum honorificentissime deducta, Mantuæ nuptias celebrat.

Quarto Junii *Christophorus Wirtenbergicus*, qui *Hericourti* litigiosa per *Claudium Franciscum de Rye* occupata, incontinenti nomine patruelis *FridERICI Georgii Mompelgardici filii*, copiis equestribus atque pedestribus pro ea recuperanda conscriptis, ipsum per Legatos obsederat, deditioe capit. Nam etsi *Ortenburgici Hericourti* posse dissent, ideoque merito ejus litigiosæ recuperatio ad ipsos pertinuisse videretur, tamen cum id ab invasore agi, ut ipsam in potentio rem transferret, ac ei arma & apparatus bellicum, ab *Ortenburgicis* suppeditatum intellexisset, quo invasoris instituto occurreretur, nec iudicium cujus finis expectabatur, frustratorium redderetur, ipse *Hericourti* copiis obsessam, in suam potestate nomine patruelis redigit, offerens sumptibus belli ab *Ortenburgicis* refusis, se ejus possessionem illis restitutum esse.

Junii die vicesimo quarto *Ericus Gustavi Regis Sueciae ex Catharina Saxonica filius primogenitus*, Stockholm in magna suorum exterorumque Principum ac Legatorum frequentia Rex inauguratur, natus in eadem Regia urbe, Anno 1533. die 13. Octob. post nonam pomeridianam, cujusque administratio regni fuerit, sequentia anno sexagesimo octavo luculenter testabuntur.

Undecimo Augusti *Wilhelmus Princeps Auracicus & Comes Nassaviensis cum Anna Mauricii Electoris Saxonie & Agnetis Landgravia Hessia filia*, Lipsiæ nuptias magna pompa celebrat. Nupta prius ei fuerat *Anna Maximiliani Egmondani Comitis Butani unica filia & hæres*, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, Junii die octavo, ex qua filiam *Mariam* & filium *Carolus Wilhelmum* sustulit. Cæterum ea anno 1558. Martii die vicesimo quarto

è vivis decedente, *Auracicus* biennio in viduitate transacto alteram hanc *Annam*, magna multorum admiratione duxit: felix reputatus cui duorum bellicosissimorum heroum duas filias unicas matrimonio jungi contigisset. Verum quam nulla in rebus humanis felicitas certa stabilisque sit, vix octennium in matrimonio cum *Anna Saxonica* exactum docuit, cum Princeps ab *Albanobonis* privatus, in exilium concedere coactus est. Tanta principum Ducum, Comitum, bellicque præfectorum copia nuptiis intererat, ut equitum circiter quinque millia Lipsiæ numerarentur.

Decimo octavo Novemb. *Albertus à Lasko Jacobo Heraclide Basilico Despotæ in Moldaviam introducto*, *Alexandrum* ejus loci crudelem Principem, ejusque numerosissimum exercitum parva manu fundit fugatque, & regnum ipsum amplissimum, diversisque populis refertissimum usque ad ultimos terminos victrici manu subactum, Despotæ reddit.

Sexto Decembris dimidia hora post decimam noctis Illustrissimus Princeps ac Dominus *Dom. Joachimus Princeps Ascantia*, frater *Joannis & Georgii* natus patre *Ernesto* & matre *Margarita*, ex familia *Münsterbergensium* Ducum decessit, extinctus apoplexia, in arce Dessaviensi, postquam complevisset ætatis suæ annos quinquaginta duos, menses tres dies triginta, horas quinque, secundas sex. Princeps optimus & piensissimus, cujus anima in complexu Filii DEI Domini nostri JESU CHRISTI expectat lætam resurrectionem.

DE REBUS GESTIS

Anno 1562.

ANNI 1562. mense Februario *Guisiaci fratres* quatuor, *Franciscus Dux*, duo *Cardinales*, *Lotharingicus & Guisus*, ac *Prior grandis*, qui post solutum conventum *Possiacensem*, mense novembri superioris anni *Linuillam* venissent, ibique aliquot dies commorati, discordiæ in Galliis exortæ componendæ studio tantum apud *Christophorum Wirtenbergicum Ducem*, qui Gallico Regno apprimè faveret, obtinissent, ut is de hisce negotiis cum ipsis conferendi gratia, *Tabernas Alsaticas* se venturum promississet, tandem eò convenère, *Wirtenbergico filium Eberhardum ac generum Ludovicum Landgravium Hassia* secum adducente, verbis quidem id à *Guisiacis* agebatur quasi dissidii religionis conciliationem cuperent: ideoque *Cardinalis cum Joanne Brentio Theologo Wirtenbergico* humanissime conferebat, ac prima Dominica *Quadragesimæ*, quam invocavit dixere, Gallicè ipse concionabatur ea intermiscens concioni quæ causæ idonea ac favorabilia viderentur: re ipsa vero hoc quærentes, ut *Wirtenbergicum* ab *Hugonotis* in articulo Sacramenti dissentientem ab hisce alienarent, ac Germanorum Principum auxilia ipsis præriperent. Ac quidem ea spe pleni, futuris calamitatibus Galliarum occasionem dedere: nam Calendis Martii *Franciscus Guisiacus Dux* ex oppido *Dammartino*, quod est in *Lotharingæ* finibus, *Vassejum* antiquissimum

quissimum in comitatu Campaniæ oppidulum loco amæno ac fertili illum profectus, illinc duobus passuum milibus distans, cum conventum Evangelicorum in amplo quodam horreo illic leviter tecto haberi intellexisset cum ducentis equitibus, & militibus quadraginta ex turma cataphractorum equitum in templum irruens, populi cœtum, de insperato cum validâ armatorum manu, opprimit, ac partim concidit, ita ut eorum viginti quatuor occisi, ad quinque & quadraginta vulneribus acceptis, mortui sint. Ac domibus aliquot direptis, atque captivis compluribus, inter hos concionatores abductis, discedit.

Nec longè post nimirum Aprilis duodecimo in urbe, *Senonum*, quæ Jurisdictioni *Cardinalis Guisij* subdita est, res alia accidit. Quibusdam ad biduum tumultuantibus, Evangelicorum domos diripientibus, eorumque obvios lapidibus obruentibus, inter quos nec *Consiliariis Regiis Hondevarto, Mal-lario, Penoni*, aliisque parvum fuit. Cæterum horum historiam tantò brevius narrare visum est, quod publicis scriptis edita extet.

Circa hoc quoque tempus *Mottegrandinus* Eques Ordinis & Præfectus Delphinatum aliquot pedites coegerat, quos præsidij caula *Valentia* imponeret, jamque portas urbis occuparat: cum Evangelici incommodi aliquid timentes à vicinis *Montimardis Romanis* aliisque, subsidium petierunt: Ipsi vero decimo quinto ejusdem Aprilis ad octoginta numero portam urbis unam ceperunt. Quo nunciato cognitoque *Mottegrandinus* cum ingenti armatorum globo advolat: oritur conflictus in quo *Mottegrandinus* repulsus, domumque suam se recipiens ibi obsessus, & igni qui tam ædibus injectus erat, coactus, se suosque dedit. Horum alij alio mortis genere perierunt, ipse verò de fenestra suspensus & strangulatus est. His confectis Evangelici *Turnonem* urbem ceperunt, arcemque obsederunt. Nec minus *Lugdunum* quoque res turbulentæ erant. Nam ad duodecimum diem Aprilis Catholici pluribus in locis tumultuari, circiter duodecim ferè obtruncarunt: & *Nemurcius apud Allobroges Delphinatesque* exercitum conscribebat, Catholicique cum præfecto urbis colludentes, duo vexilla præsidiorum militum jam introduxerant. Quibus de causis Evangelici sibi metuentes, ipsi quoque ad ducentos armatos coegerunt. Illi portas, urbis pontem *Araris*, ac domum urbis, in qua arma &munitiones bellicæ erant, tuebantur: hi in suo templo ac ante macellum custodias agebant. Interim ad vicesimum sextum Aprilis *Mogeronus* diplomate regio instructus, cum mandato, ut urbis custodiz præesset, *Lugdunum* est ingressus: is postridie à prandio *Valentia* proficiscens, ut Pontificiis qui illic premebantur succurreret: cum in itinere de morte *Mottegrandini* certior esset factus, conversis equis domum suam se contulit. *Valentini* interea *Lugdunensibus* Evangelicis milites submiserant. Ultimo igitur Aprilis circa tertiam vigiliam coitione facta, & tota manu in tres cohortes divisa, præcipua loca, viasque urbis occupant illucescenteque die domum urbis adorjuntur: unde constanter repulsi, in vicinum templum se recipiunt, consensaque turri multis & continuis plumbearum glandium ictibus, eos qui in urbis domo durabant, ad deditiōnem cogunt, abductisque inde tormentis, continuò *Funige-*

rorum, qui se ab instituti sui autore *Franciscanos* nominant, templum, indeque alia atque alia, nullo excepto, occupant: fratres omnes unâ cum sororculis omnibus undique ejiciunt atque proturbant. His tumultibus Magistratus summopere consternatus, valde laborabat, anxieque circumspiciebat, quo pacto res in tranquillum & tutum collocarentur: cujus rei una medicina videbatur, si Evangelicis templa in quibus suos conventus liberè peragerent, distribuerent. Itaque assignatis ultra citraque flumen templis ad 3. Maij Evangelium Lugduni publicè doceri cœpit: ac paulò post *Baro Adretus Condensis* cum delecta juventute urbem est ingressus.

Mensis Maij nono die, tandem diabolicæ vexationis figmentum, quo *Hans Vater insignis impostor*, hominibus multis in locis illulerat, *Norimbergæ* detegitur, cujus historiam brevibus ascribere libet. Is natus in pago *Mellinge*, medium milliare distito à *Thuringorum Wymmaria*. Hic professione bubulcus, triennium per celebres aliquot Germaniæ civitates vagatus est, simulans se ipsis *D. Joannis* feris hora matutina, quum bovum curam gereret, à *Nicolao Gessel*, postea ob sua flagitia *Wymmaria* exulto, incantatum, pane assumpto cyaneo ex septuplici sanguine confecto, nimirum infantis nondum baptismo initiat, & ab eo occisi, serpentis, bufonis echini, vulpis ac lupi, ut duodecim annis atrociter à diabolo divexaretur. Hoc *Nicolaum* in carceribus confessum fuisse asseverabat. Hinc dæmonem excruciasse ipsum multifariam ait, ac tam strictè momento colligare manus sæpe in tergo, vinculis ex pilis equinis & sericeis laciniis intortis, ut nisi mox eorum incisione laxaretur, sanguinis sublequeretur eruptio. Coartabatur enim singulari artificio ligaturæ nodus inexplicabilis. Ac antea præangore sanguinem è sinistra aure atque ore frequenter effluere quebatur: & inter reliqua, semel *Mansfeldia* in aera ejectum se, & valido vento *Halam* ultra muros translatum, ibique catenis argenteis colligatum fuisse narrabat: item *Borne*, ubi in turre inclusus fuerat, ut non nihil à diaboli torturis leniretur, atque ab ejus laqueis tutus conservaretur, per foramen angustum crassi fornicis à diabolo perruptum se indusio solummodo tectum à dæmone extractum fuisse, atque in vastam traductum solitudinem: sed quomodo, se nescire: atque ibi tres nocte sine ulla cibatione humana peregisse. Ad didit quoque se catenis ferreis crebro à dæmone constructum fuisse circum corpus, pedes & collum: ac semel ita in patibulo ad hoc spectaculum à Satana ex ingentibus lignis constructo, in quodam horreo alligatum fuisse. Admiranda quoque phantasmata, apparitiones & spectra, annexuit, nec omnia enarrare brevibus se posse inquit: sed cuncta ordine veluti seriem historicam, conscripta esse, tandemque per typographiam lucem visura, ut mundo innotesceret, quanta crudelitate plurariam à dæmonio excrucietur, dilanieturque. Nec prætermisit suum in orando, concionibus sacris audiendis & communicatione Sacramenti corporis & sanguinis Domini, singulis quatuor septimanis, studium. Ad respicientiam quoque, ut populum hortaretur, se impelli affirmabat. Post diutinam hujus tragediæ ostentationem, *Norimbergam* tandem venit, ubi iisdem usus technis, à prudenti circumspetto Senatu observari, cum vigilantiflagacitate industriaque, semotis custodibus solitis, jubebatur: & licet primum ab-

tionem urgeret, desperationem deinde simularet, & nescio quæ non comminisceretur, ad artis suæ fucum: eò tamen ad extremum redactus est, ut se nunquam à diabolo ligatum fuisse, sed sibi ipsi, laqueos à se paratos, celeriter semotis arbitris iniecisse, ubi item eorum materiam suffuratus fuisset, fateatur. Vinciendi etiam specimen ostendebat libere: & suctu sanguinem ex gingivis extractum fuisse narrabat, quem quoque manu quam ocysissime in aurem seorsum instillabat, Reliqua item enarrata miracula, mera fuisse mendacia fassus est: universamque huc spectasse fabulam, ut inde rem faceret. Quapropter ob facilem nec extortam confessionem, sententiam mitigavit, reumque publico palo in spectaculum & irrisionem ad horæ dimidium alligatum, exilio puniit amplissimus eximie prudentiæ, judicij, virtutis atque autoritatis ordo Senatorius 6. Maij, anno 1562.

Mense Maio ineunte, *Guissus* cum illis hominibus quos *Vassiacena* stragis executores habuerat, *Lutetia* armatus applicat: eodem ferè tempore, quo *Condæus* quoque, ut *Guissio* resisteret, scarmarat, & in urbem advolat. Neutro igitur cedente, urbs *Parisiorum* duabus contrariis factionibus & potentissimis valde consternata fuit, *Guissianus* se à populo retineri causabatur, metuentes ne *Condensis*, qui multa nobilitate comitatus esset, urbem diriperet: *Condensis* verò, ut hanc de se suscitatum suspicionem confutaret, se paratum unâ porta egredi dicebat, si *Guissiani* altera exirent. Sed tandem cum à Regina his malis sanandis *Lutetiam* *Antonius Vandominus Rex Navarrae* submissus venisset, *Condæus* vinci se passus, cum suis urbe excessit. Vicè igitur consilia *Guissiani*, qui statim magnis copiis ad Regem ac Reginam matrem ad fontem *Abelleium* est profectus, Regem Reginamque matrem abducens, multum sed frustra obtestante Regina contra jus id fieri, Rege etiam ipso tum adolescente vim sibi fieri lachrymis testante, & fonte *Abelleio Melunum* ad arcem, primùm regiam (quæ non regibus excipiendis, sed fontibus custodiendis jam pridem accommodata erat) festinanter & tumultuariè abducit, atque inde *Lutetiam*. Ab alia parte *Condensis* *Aureliam* se confert, nõ multi ex Principibus, nobilibusque, & omni hominum genere consecuti, præcipuè *Ammiralis Castilionus*, *Andelotius Princeps Porcianus*, *Comes Ruffolcadensis*, & Equites Ordinis aliquot magni nominis, eundem imposito Ducis titulo Principem suæ factionis constituerunt: interque se contra *Guissianum* Præfectum aulæ regis, *Connestabulum Memorancium* & *Marescallum S. Andream*, tanquam contra Triumviratum (ita enim postea appellarunt) stabile tædus percusserunt, quod etiam edito scripto omnibus publicarunt, cujus hæc ferè summa erat: *Quoniam post dei gloriam atque honorem Regia Mater que ejus unâ cum incolumitate Regni Gallici maxima nobis cura sit, que ab alijs plane negliguntur & contemnuntur, dum contra Regium decretum eos qui pios cætus ad audiendum Verbum Dei instituire, occidunt, atque hac ratione contra alios nostre religionis perperè cupiunt, testamur Deum omnipotentem, nos præter voluntatem cogi, ut conjunctis animis fœdus inter nos iniremus. Hoc autem in nullius perniciem aut detrimentum, nec in privatum cuiusq; commodum factum, verum primò ut Dei Salvatoris gloria promoveatur, autoritas Regis atque Regina conjeventur, statuta & edicta Regia confirmentur, atque*

*legum transgressores puniantur. Idque tantisper dum Rex ipse, matura ætate Regnum administrare, atque subditis præesse poterit. Cui etiam parati sumus fœderis hujus nostri exactam rationem reddere. Secundo verò præsentibus testamur, nos nihil facturos, quod Regio statuto in Ianuario hujus anni frequenti Senatu factò adversetur, nec etiam aliquid quod Regi aut Deo displiceat admitteremus: Cavebimus enim Ecclesiarum & templorum direptiones, bonorum aliorum publicaciones, imaginum demolitiones, furta, rapinas, scortationes, & hujusmodi alia scelera: quod si etiam aliqui transgressores inventi fuerint, hos summa severitate puniemus. In hujus rei gratiam ministros Verbi Dei eligimus, qui peccatum populi corripiant, & veritatem juxta Biblica scripta exponant. Tertio nostri fœderis Duces elegimus primarium *Illustriss.* Principem *Ludovicum Borbonium*, Regio Francorum sanguine prognatum, & Regis *Navarræ* Regni gubernatoris fratrem: Cui etiam in hac rerum confusione diligenter obediemus. Quod si verò ipse infirmior fuerit, aut alia ratione officio huic præesse nequeat, parebimus aqua ratione ei, quem is semper substituerit aut nominaverit. Hanc etiam administrationem clementissimus Dux in sese haud gravatim suscepit, suam fidem & operam nobis pollicitus. Quarto huic fœderi includimus omnes pios, Regique consiliarios, qui Edictum in principio hujus anni à proceribus Gallia promulgatum servant ac custodiunt. Qui verò aliter agunt atque Regia decreta contemnunt, hos tanquam publica paci violatores hostium loco habebimus. Si quis præterea nostrum lædatur contra conventionis puncta, in Ianuario prius facta, eum pro virili nostra fortiter defendemus. Quod si verò aliquis nostrum aperte fœdis fragus, aut clam cum hoste sentiat, hunc veluti sceleratum & peritum graviter puniemus.*

Fœdere igitur percusso, *Condæus* apud Regem, Reginam matrem, Regemque *Navarrae* fratrem, de Triumviratus vi conqueritur. Regina mater Triumviratus fœdus illius ægre ferens, testatur se invitam ab illis detineri, oratque *Condæum*, ut Regi liberisque suis subveniat.

Quod igitur belli præludia non ambigua essent, & res utrinque jam caleret, ne futurarum calamitatum, quas civilia & intestina bella secum certissimis rationibus ferre consueverunt, veri autores laterent, ejusve rei judicium vulgi ineptæ instabilique opinioni & incertis rumusculis committeretur uterque & *Condensis* & *Guissianus* publicis scriptis editis suam causam tueri & hominum animis commendare conabantur. Ille honoris divini Regis, regique defensionem, libertatem regis, regnique præferre: hic regium nomen, autoritatemque & jussum prætere, *Condæus* factionis homines crimine læsæ Majestatis accusare. Nec hoc contenti, continuo fortissima quæque loca, & munitissimas quæque urbes occupare, & securitati suæ consulere, tanquam in non dubio bello cæperunt. Ac *Condenses* quidam *Aurelias*, *Lugdunum*, *Valentiam*, *Gratianopolim*, *Rotomagum*, *Biturigas*, *Avaricum*, *Montepessulum*, *Nemausum*, & alias complurimas. *Guissiani* verò *Lutetia* se continentes interea nec suo incepto, nec suæ factioni defunt. Nam cum major pars plebis *Guissianas* partes secuta, adversæ complures homines, religionisque partes persequeretur, factum est ut ci-ves ad supplicia raperentur, alijque proscriberentur ita ut paucis diebus sublatis esse dicantur. Et ut vir

res sibi colligerent, per Legatos suos apud *Helvetios* maximis precibus & promissis impetrant, ut certæ copiarum eis destinarentur. Idem etiam apud *Rheingravium & Rogendolphum Germanorum* militum peritissimos duces effecere. Idcirco *Helvetiorum* quatuordecim signa duce *Guilielmo Frolichio* veterano fortissimo, in Galliam profecti; ut veluti Regis confederati, ei periculoso hoc tempore essent subsidio. Paulo post etiam alia octo signa *Helvetiorum* subsecuta sunt. Adduxit etiam *Rheingravium & Rogendolphum* non contemnendum numerum equitum & peditum collectorum hinc inde maxime in Archiepiscopatu *Trevirensi, Colonensi, vicinæque Westphaliae*. Hacque ratione bellum passim per Galliam invaluit. Etsi verò *Guisus* ingentibus copiis ex *Gallis, Helvetiis & Germanis* equitibus instructus esset, atque Condæus suum exercitum ex solis indigenis *Gallis* nullo externo milite constantem, tum ei opponeret, hactamen ætate nihil memorabile gessit, nisi quod captas à Condensibus urbes reciperet, id quod ad ipsius voluntatem etiam egregie cecidit, receptis plarisque.

Duodecimo Julij *Bernenses, Valleisani, & Novocomenses* cives patria descendentes, *Geneva* conveniunt, atque *Diepachio* forti & strenuo duce, decem instructissimis lignis *Lugdunum* petunt. Nam cum *Lugdunenses Guisianos* exterorum auxiliis muniri viderent, inque magno periculo essent, ipsi *Bernensium vicinorum* opem implorarunt, quo urbem præsidio munire & hostem procul à mœnibus arcere possent. Quamquam autem *Bernenses* ob fœdus quod eis cum Regibus *Galliæ* intercederet, sese huic bello implicare nollent, inventi tamen sunt multi *Bernenses, Valleisani, & alij*, qui sua sponte nomina darent, atque periclitantibus succurrere vellent.

Augusti die ultimo cum regiarum copiarum *Biturigas* (quos supra in partes Condensis concessisse diximus) per aliquot dies obsedissent, tandem ad intercessionem *Joannis Philippi Rheingravij & Albispinei Condensis* præfectos cum militibus & civibus his conditionibus Regis recipiunt: urbe dedita, omnia ipsis salva manento, tam conscientia, quam bona, ab ulla vel armorum, vel inquisitionis periculo. Ivo Ducis Condensis Præfectus copias ex urbe in campum educito, quæ & alios Capitaneos ad oscula manuum admittit, cum copiis in suam protectionem Rex recipito. Eidem *Ivoni* securitas esto eundi & redeundi ad *Condensem*, ut huic Jusjurandum, quo ei obstrictus sit, renunciaret. *Ivoni* aliisque Capitaneis pecuniarum regiarum interversio fraudi nulli esto. Arresta curiæ Parisiensis vel alia hisce contraria tanquam nulla revocantur. Atque his quidem conditionibus receptis *Bituricenses* copias regias in urbem intromisere.

Septembris decimoquinto *Hessiæ* Mareschalci equites ac pedites *Wachenhusio* discedentes, ac per varia loca ora *Rhenana* non citra damnum multorum transeuntes, quinto Octobris tandem in *Lotharingiaca Pacra* loco diribitorij convenientes delectum copiarum agunt. Nam cum Princeps Condensis atque ejus confederati intellexissent *Guisium* externo milite fretum aliquas urbes recuperasse, nec ipsi sibi cessandum ratus. Itaque ab *Elizabetha Regina Angliæ* impetrant, ut exercitum in Galliam mittat, atque hæc religionis nomine, periclitantes adjuvet. Deinde etiam à Germanis Principibus per *Andelo-*

sium obnixè petunt, ut militem certo stipendio concedant, quo hujusmodi hostium conatus reprimere, atque sese cum liberis & uxoribus salva religione defendere queant. Regina itaque *Angliæ* cum aliquoties antea frustra pro Evangelicis, apud *Guisianos* intercessisset, tandem lustratis copiis *Anglorum* aliquot 1000. transfretare jussit, expositis publicè causis, quibus ad id respectu propriæ defensionis & *Christianissimi Regis Caroli 9.* commoveretur. *Angli* itaque transfretantes portum *Diepensis*, multaque alia loca occuparunt, atque hostem in *Nordmannia* variis modis afflixerunt.

Ac etsi Germanorum Principum nullus sese hisce tumultibus immiscere cogitaret tamen cum *Landgravium* pro sua prudentia intelligeret, quo hi tumultus tenderent, atque indignum censeret afflictos in *Gallia* Christianos deserere, suo Mareschalco ad preces Condensium concessit militiæ *Galliæ* licentiam. Ita itaque ante hunc mensem tria equitum & aliquot peditum millia conscripta, hoc mense ad locum destinatum eduxit, viæ duce ac demonstratore *Andeloto*: ductor copiarum tam equestrium quam pedestrium erat dictus Mareschallus *Fridericus a Rudelshausen*, equitum Præfecti *Arnoldus ab Hofeln*, *Casparus Melstat*, *Wilhelmus ab Hurzfeld*, *Otto de Malspurgk*, *Jodocus de Meisebergk*, *Christophorus de Amelungschse*, *Henricus Melster*, *Casparus de Dornberg*, *Arnoldus de Viermunden*, *Helbichus Gens*. Pedestrium copiarum Ductor, idem Mareschallus erat sibi delegato *Casparo Melsturt*.

Mensis Septembris vicesimo die *Maximilianus Ferdinandi Imperatoris filius, Rex Bohemia, Pragensis* presentia patris *Ferdinandi, duorum fratrum, Ducis Bavarie Alberti*, aliorumque multorum Principum coronatur, ac ab Archiepiscopo *Pragensi* ungitur, ense regali cingitur, annulo ornatur, sceptro donatur, pomo aureo honestatur. Sequenti verò die, qui erat vigesimus primus, non minori solennitate conjunx ejus *Maria Regina* consecratur atque inungitur.

Vicesimo sexto Septembris *Helvetij*, qui mense Julio *Lugdunensibus* opitulatum fuerant, à Magistratu suo gravi pœna transgressoribus constituta domum revocati, *Lugdunensium* permisso, in patriam reversi sunt, nulla re memorabili gesta, cum extra mœnia hinc inde castra mutarent, atque hostis ad alia loca deflecteret.

Circiter hoc idem tempus, vel ferè paulò ante, & Principes quidam in *Germania*, cognito qua ratione quidam suorum *Guisiacis* militatum ivissent mandato ipsi missio, præcipiunt, ut castra *Guisiaca* deserant, cum non sine dolore intellexerint, quanto studio *Guisiaci in Condenses* conatus faciant. Eos secutos *Rochendulphum* qui communi consensu Electorum, Principum, ac Itatum, sit proscriptus, se ergo dolere, quod ipsi nomina dederint, atque præcipere, ut *Guisiorum castra & signa Rochendulphi* relinquunt, qui nihil aliud quærant, quam Condenses homines delere, quos suis auxiliis sublevare stauerint. Ac hoc mandato accepto, quidam profligati *Rochendulphi* signa deserere, & ex campo ab ipso discessere, inter quos præcipue nobilitatis *Saxones*.

Decimoquarto Octobris *Guisiani* qui post *Biturigas* receptos, similem rei eventum *Rothomagi* expectarent

starent, cum cives nec religionem mutare, nec insciis confederatis urbem dedere vellent, urbem oppugnare, atque summa vi invadere statuerunt. Idcirco hoc die urbem omnibus regnis copiis oblectam, magno apparatu oppugnarunt: Primo vero impetu non succedente, secundo & tertio idem, sed frustra tentarunt, fortissimis quibusque Gallorum ducebus, partim tormentis e muro interfectis, partim graviter vulneratis. Inter quos præcipuus fuit *Anionius Rex Navarra, Condensis frater, & Regni gubernator*, qui ex vi vulneris accepti post paucos dies obiit. Porro post ejus obitum ceptum est agi de pacis conditionibus. Inter alias verò petebant *Rothomagenses*, ut & sibi & aliis civitatibus Galliarum libera prædicatio Evangelij permitteretur, id quod etiam Januario frequenti Procerum conventu decretum fuerit; Regem etiam cum matre Regina, & aulicis intra mœnia recipere parati, si qua spes daretur Evangelij doctrinam omnibus fore liberam. Cum autem Regij duces sibi nihil præscribi vellent, atque omnes copias intra mœnia, cum Rege admittendas cuperent, re infecta invicem discessum est.

Tandem itaque de vigesimo sexto Octobris omnibus copiis collectis *Guisiani Duces* denuo fortunam Martis dubiam tentarunt. Tum demum utrinque acriter pugnatum, atque novi milites subinde defessis vulneratis extra urbem secessere, Rex interim & Regina cum *Momeræntio Connestabile* in Monasterio Virginis Catharinæ, quod in monte situm & prius expugnatum erat, spectatores erant prælij omniaque perspiciebant quæ intra & extra mœnia peragerentur. Cum itaque sensissent cives ad pugnam remissiores esse, per tibicines suis signum dedere, ut prælium redintegrent, atque novum militem prioribus submitterent qui recta, muro ascenso, magno impetu in urbem irumperent. Tum demum clamor utrinque auditus, atque horribili armorum clangore, & tormentorum sonitu omnibus auditus fere ademptus. Quisque enim unice eò respiciebat, ut hostem læderet, nulla sui salutis ratione habita. Propterea utrinque optimi quique milites occisi. Tandem ergo *Guisiani* multitudine fracti in urbem venerunt, atque sequentibus locum dedere. Cum autem cives una cum præsidio suo diu hosti restitissent, atque numero vicerentur, per alteram portam sese extra urbem alio recedere. Multi quoque navibus ascensis secundo flumine incolumes evaserunt. In ea tamen expugnationis angustia aliquot viri & mulieres inventi, qui se sponte potius in aquam præcipitare, quam vivi in hostium potestatem venire maluerunt. Tandem tamen Rege & Regina jubente reliquæ multitudini, quæ supererat, partem, atque urbs *Rothomagum* in gratiam recepta est.

In hujus anni mensis die, qui Divo Lucæ sacer est, Regis Hispaniarum *Philippi* classis, in *Portu Hispanici littoris Terra dura* tempestate exorta, grave naufragium patitur, viginti quinque triremibus, cum *Navarcho Joanne Mendozæ*, & duobus millibus hominum miserè submersis: Ea tamen jactura divinitus refarta putatur, in una triremi enatantium, circiter 50000 coronatorum repertis, quæ in commissum ceciderint, cum absque licentia Regis navibus impo-
sita fuerint, alio transferenda.

Mense Novembri, cum præter *Cesarem Ferdinandum*, *Electores aliique Principes ad eligendum novum Roman. Regem Francofurti ad Mœnium* convenissent, *Maximilianus Ferdinandi Imperatoris filius*, paulo ante *Bohemia Rex* coronatus, communibus Electorum votis, *Romanorum Rex* 24. die eligitur ac ultimo ejusdem videlicet ipsis *Andræ feris* ibidem coronatur. Quæ res cum peculiaribus libellis descripta extet, ex iis latius cognosci poterit. Præter aliorum autem Regum & Principum Legatos qui ibi fuere, ipsius etiam *Solymani Turca orator Ebraimus Stroschius ortu Polonus*, eo venit præter liceras ad *Ferdinandum* dâtas, duos cyathos crystalli nativi, equum gradarium, & quatuor camelos munera *Solymani* offerens. Inquiens, *Solymanum misisse Casari dono captivos Christianos, quos nulla nec prætorio, nec intercessione Principum quorumcunque redimi passus esset: petere autem ut & ipse Casar captivos Turcas dimittat*: Venerat autem pridie electionis: intromissus noctu in urbem hora circiter nona, ut vulgò loquimur, more autem Romano antiquo hora circiter quarta noctis, non sine ipsius Legati stomacho atque indignatione: quia cum hora ferè sexta, vel ut olim Romani horas numerabant, duodecima ad portas urbis, paulò antè non absque ratione clausas pervenisset, nona denique introivit. Hoc enim suo Imperatori contumeliosum atque ignominiosum esse dicebat: Nam se noctu intromissus non aliter ac si esset vel latro, vel aliquis sceleratus. Non ita meritum esse Imperatorem suum de nostro, ad quem tam longè disjunctum honoris ergo legationem amplissimam & eo quidem tempore, cum universum Imperium una esset, miserit. Veruntamen die postero cum pompam spectasset egredientis è templo *patrio Imperatoris, itemque Romanorum Regis recentis creati, aliorumque Principum rogatorum*, placatum esse, seque omnem injuriæ memoriam ex animo delivisse ostendit.

Quarto die ejusdem mensis, *Condensis Principis Legati coram Ferdinando Imperatore, Imperij Electoribus, & aliis Principibus*, comparentes statum Regni miserrimum luculenta oratione proposuerunt suppliciter petentes, ut tandem huic malo succurratur. Ea oratio postea typis excusa, atque in omnes nationes divulgata, causas bellorum, quibus *Gallia* conflicteretur, cuilibet ob oculos posuit. Interea verò dum hæc *Francofurti* aguntur, *Condensis* ad *Equites Germanos*, qui ductore *Andeloto*, vigesimo octavo, Octobris ad fines *Parisiensium* pervenerant, *Aurelia* egressus, ad *Lutetiana* suburbia accessit levisque aliquot præliis sub ipsa urbis mœnia & propugnacula initis, *Lutetianos* ad pugnam elicere tentavit. Sed cum inde nihil moveri cerneret, urbem prætergressus, in *Nordmanniam* iter deflexit. Hic *Guisianus* cum 3000 equitum, & 22000. pedum secutus, ne is se cum *Anglis*, qui ad portum *Gratie* substiterant, conjungere posset, impedire velle videbatur. Id cum animadverteret *Condensis*, de prælio cogitare cepit, etsi hostis à delecta juventute ex *Germanis, Helvetiis, & Hispanis conflata*, paratior & triginta bellicis tormentis instructior erat, ac in proximo tutum receptum urbem *Drydum* à tergo flumen, ad latus saltum haberet.

Die decimo nono Decembris, quæ erant vigiliae *D. Thomæ*, *Condensis* cum post multas velitationes tandem unico prælio, hoc bellum funestum finire, statuisset, hostem tanta violentia adoritur, ut primo impetu

impetu sex tormenta bellica receperit, aciem ruperit, equitemque disiecerit, capto *Connestablio*, *Helvetiisque* magna ex parte concisis. Cum enim equites Germanici pro more fortissime dimicarent, atque quocumque ruerent, hostem loco moverent: ac *Helvetiorum* phalanx quantumvis ejus ordinibus ruptis, nihilominus tamen se denuo conjunxisset, tandem equitum hinc inde sclopeta sua ex plodenti furori cedere coacta est, viris fortissimis amissis. Secutus est & alter impetus, priore non minus terribilis, sed in ea impressione, Principis *Condei* equo, ictu pilæ per armum trajecto, cum ipse nec sui explicandi, nec in equum desultorium se recipiendi potestatem haberet, in hostium manus venit; a filioque *Connestablii* captus est, cætera sanus & integer, nisi quod vulnusculum ex gladii ictu in adversum os receperit. Dissipati capto Principe ordines, cum seruntum collegissent, dærepente tres turmæ à *Guisiano* in subsidium relervatæ, ingenti cum procella ingruere cœperunt: ubi diu terribili furore concertatum est, donec *Guisiani* repressi, pedem retulerunt. In eo confictu *Marescallus Andreas* unus ex Triumviris, *Alombrunus Connestablii* filius, *Brossans* cum filio & *Ambarrus* cæsi sunt. *Rocheformium* vivus captus est; *Bellovacus* postea ex vulnere periit. Et inter alios ex 21. centurionibus *Helvetiorum* quindecim eo die occubère, cum antea *Frolichus* strenuus eorum Dux *Lusætiæ* satis concessisset. Verum ex *Condeis* capti sunt hi, *Movius*, *Arpaionus*, *Carlierus*, *Lignerius*, *Candianus*, pedites quoque Germani *Condensi* militantes confictu incipiente, statim armis abjectis sese hosti dedidère. Postridie ejus diei, quo hæc gesta sunt, *Condei Aureliam* se recipèrunt, *Guisianus* vero licet satis periculose duobus vulneribus confectus esset, collectis suis ad *Aureliam* obsidendam castra posuit.

Condenses verò sui exercitus imperatore capto, in ejus locum *Casparum de Culigni* Admiralem Ducem rei bellicæ peritissimum eligunt, qui res confederatorum, donec *Condensis* liberaretur administraret.

Quia vero hæcenus de rebus Gallicis varia retulimus, & ad anni hujus finem pervenimus non abs erit, si uno in loco quasi per quandam *obsidiones* & diruptiones urbium, hominumque suis è sedibus, ejectionum exilia commemorentur. Nam præter eam calamitatem quæ ad *Vaccium* in urbe *Senonum* accidit. Ad *Castelnaum* cum Evangelici certo statoque qui extra urbem secundum edictum Januariense ad concionem convenissent, alterius partis homines, sclopeta, gladiis, contis, malleolis instructi, inermes adorti, pars ignem portis injiciebant, pars eos qui se in fugam dederant, comminus gladiis cædebant, eminus tormentorum glandibus trajiciebant. *Tholosa* cum *Guisiani* portas urbis occupassent, ingens cædes stragesque totos undecim dies duravit: sed *Condenses* ad summas angustias redacti, noctu clandestino abitu urbem reliquerunt, & per portam quam unicam tenebant, *Montaubanum* perfugerunt. Tum verò *Tholosa* tanta rerum omnium impunitas incidit, ut ad integrum fere semestrem nihil aliud quam homines cæderentur, suspenderentur, bona diriperentur, ædes spoliarentur. Nec enim ullus angulus ferè in tanta urbe fuit, in quo non aliquod pulpitem jugulandis, aut tigillum suspendendis hominibus ere-

ctum sit. Item in urbe *Grenada* varia perpetrata sunt: eademque in *Picardia* apud *Ambianos* & *Abbevillam*, in *Borboniensi* agro ad *Molinum* acciderunt. Troia intra diem naturalem *Condenses* excedere jussi, postea ab iis qui in insidiis erant positi, obruncati sunt. *Per Daumaleum* *Divione*, *Auxona*, *Belna*, *Cabilluno*, *Augustoduno*, *Turnone*, *Hedunorum* urbibus, omnes *Condenses* eieci sunt. *Carcassoneses* in *Provincia Tholosana*, *Condenses* qui extra urbem die *Dominico* ad concionem profecti erant, portis occlusis, tormentis à muris submoverunt, & in exilium propulerunt. *Blesa* tormentis expugnata est, *Turones* & *Pictavij* cædes perpetratæ. *Bituriges* tormentorum tempestate coacti, certis conditionibus se dederunt, & qui turrem defendebant, suas sarcinas pacti, dimissique, *Aureliam* se contulère. *Limon* urbs non procul *Carcassona* distans, tormentis concussa, capta direptaque est. *Matisconenses* à *Nemurcio* propemodum subtili machinatione capti. Eos enim qui in præsidio erant, pabulatum, frumentatumque emiserant: quo animadverso *Nemurcius* ex suis quosdam submisit, qui portis succederent, Psalmosque cantilarent, ut oppidani præsidarios rati, portis hos admitterent: ad eam rem & ad veri speciem aliquam faciendam, carros scæno onustos tanquam comitatum importaturi, comparaverant. Hoc dolo intronissi, custodes portarum cædere incipiunt: sed quoniam pauci erant, facile repulsi & suo incepto frustra ti sunt.

Non tamen ita diu post urbs vi capta & *Catholicæ* ecclesiæ restituta: *Vienna* quoque mox per eundem *Nemurcium* recepta, *Lugdunum* verò frustra tentatum est. Dum hæc à *Nemurcio* in agro *Lugdunensi* & apud *Delphinates* geruntur, interim *Flaccianus præfectus Aquarum Sextiarum*, inito cum præcipuis Senatoribus consilio, rebus in *Provincia* innovatis mederi constituerat. Itaque consultare, & quæ ad sui defensionem opus essent, providere cœperunt: Cum in hac deliberatione occupatis utrisque *Crussolus* supervenit cum Regis edicto, quo libera facultas prædicandi Evangelij omnibus concedebatur. Sed *Aquenses* imposito urbi præsidio, Evangelicos terre & *Crussolum* cum mandato excludere. Verum cum ingens multitudo ad eum conflueret, & cum eo *Comes Tandæus* conjunxisset, jamque ad urbem cū aliquot tormentis accessisset, oppidani videntes de deditone agere cœperunt, sed *Flaccianus* dux & princeps hujus factionis, ad *Crussolum* se ire simulans, *Brigolam* aufugit, *Crussolus* igitur explicatis vexillis urbem ingressus, postridie Evangelium publice doceri fecit, statimque ut *Flacciani* conatibus occurreret, copias eduxit. Interea enim *Flaccianus* ad sexcentos ex conjuratis contraxerat, quibus comitatus in vicinos pagos excursions faciebat, & quoscumque *Pont.* religionis hostes inveniebat, passim obruncabat, Hunc *Bariolus* tandem *Crussolus* obsedit, & post prælium satis atrox urbem cepit, elapso *Flacciano*. Hinc *Pertusam* perrexit *Crussolus* ad quam quòd nullis tormentis instructus esset, cuniculos agere cœpit. Interim dum hæc parantur nunciatur *Somerivum*, *Comitis Tandæi* filium, *Pertusianis* auxilio subvenire: quamobrem hoc nuncio *Crussolus* consternatus ex *Tandæi* consilio *Cisteronem* pergit. Huc quoque *Somerivus* hostem sequi cogitans, per *Fabricium Poni*, *Pisquarti* nepotem (qui in *Comitatu Veneto* præfecturam gerebat) ab eo pro

proposito deductus, & ut *Aurengiam* obsideret per-
suasus est, Somerivus itaque statim equitatu ad Au-
rengiæ mœnia præmissis, mox ipse subsequens, tor-
menta disponere & fulminare cœpit. Sed tormen-
torum violentiæ cum oppidani resistere non pos-
sent, maxime quod paulò antè præsidarij milites
Papillo præsidi, qui ad *Burgum* in vinculis erat, auxi-
lio ierant, deditiōnem fecerunt. *Aurengia* capta va-
stataque, *Cisteronem* Somerivus iter accelerat, maxi-
me quod *Soreza*, *Movantius*, *Barrensis*, & alij
Nobiles, ut *Adreso Baroni ad Gratianopolim* sup-
petias ferrent, egressi dicebantur. Decimo igitur
Julij castra ad *Cisteronem* ponuntur, utrinque circiter
tres ferè horas confligitur, sed oppidanis in urbem
rejeclis, oppugnatio paratur: dejectisque muro-
rum parietibus ab ea parte qua Solem orientem
spectant, non mediocri ruina labefactatis, hostes ir-
ruptionem adornant: Sed his acriter animos èque
repulsis ruina ab oppidanis diligenti & continuo la-
bore instaurata est. Ad 18. Julij *Soreza* & *Mo-
vantius* oppidanis auxilio advolant: quo cognito
Somerivus Escaliam pergit: oppidani itaque egressi
postremum ejus agmen carpere cœperunt, & *Mo-
vantius* suos quoque educens, ab hoste nusquam
digressus, castra in conspectum *Somerivi* posuit. Po-
stridie copiarum in aciem educuntur & toto exercitu
belli fortuna tentatur: sed *Movantius*, quod hostes
tormentis bellicis superabant, signo receptui dato,
militem *Cisteronem* reduxit, Conversis itaque signis
Somerivus ad 27. Augusti *Cisteronem* rursus convo-
lat, eamque denuo obsidione circumgit: tentataque fru-
stra ad 4. Septemb. oppugnatione, in castra militem
reduxit. Sed oppidani tandem tormentario pul-
vere, aliisque bellicis munitionibus defecti, uno
consilio omnes se ex oppido noctu ejiciunt eo silen-
tio, ut ii qui in muris erant, & ruinas dejectorum pa-
rietum reficiebant, non prius discessum eorum senserint,
quam satis longum spatium illi confecissent. Et
iam hostes muris succedebant, nemine igitur aut
paucis resistentibus, oppidum captum, in eosque
qui superfuere, omnis generis atrocitas designata
sunt. Il vero qui oppido profugerant triginta cir-
citer dies magna rerum omnium penuria insequen-
te quoque hoste ac novissimos carpente cædenteq;
per sylvas & in via ac longinqua itinera,
durissimo ac incredibili labore per *Gratiano-
polim Lugdunum* se contulere. Interea
Joyeusus Regis Legatus pro *Connestablio* & *Forke-
naus præfectus Narbonensis* provincia, *Nitiobriges*,
quos hodie *Monspesulanenses* vocant, obsederant,
quorum copiarum 6000. peditum, 700. equites erant:
munitiones bellicarum, sex tormenta majora & duæ
colubrinæ, *Monspesulanensibus* se *Baro Adresus*
commodum conjunxerat, cum nunciatur *Someri-
vum* cum *Suzæ* auxilio *Guisianis* venire, qui supra
Rhodanum, qui Provinciam à Campo Mario (quam
Insulam corruptè *Carmagniam* hodie vocant) sepa-
rat, pontem facere destinarent ut traductis copiis ad
obsidendum *Gilly Fanum* tenderent, indeque se *Guisi-
anis Mompelerium* obsidentibus conjungerent.
Hoc rumore ad 17. Septemb. in urbem perlato, *Mon-
spesulanenses* statim *Bovillargum* ad *Gilly Fanum* mi-
serunt qui cum muros inspexisset, locumque defen-
sioni aptum cognovisset, loricas instaurare, mœnia
reficere, militesque recognoscere cœpit: egressus-
que paulò post cum aliquot paucis, in hostem non

procul à *Gilly Fano* incidit, cumque inopinato casu
consternatum in fugam conjecit: in qua multi à *Bo-
villargo* insequente cæsi, multi *Rhodano* quem tra-
nare conabantur, absorpti sunt. Ejus victoriæ fa-
ma *Mompelerium* perlata, tota ea nocte, quæ diem
vice simum nonum Septemb. insecuta est, frequentes
ignes in læticiæ argumentum in ædificiorum tectis
incensi sunt. Nam urbis ejus ædificia tota ex faxis
constructa fastigia magna ex parte plana habent, ita
ut illic etiam deambulare, circumjacentiumque om-
nium prospectum latè captare animi gratia liceat.
Hunc igitur casum eorum, qui auxilio sibi subvenie-
bant, cum ij qui urbem obsidebant, cognovissent,
castris statim motis obsidionem solverunt magno-
que suarum rerum cum detrimento, quod ab inle-
quentibus & novissimum agmen affligentibus, infe-
rebatur, *Villanovam* primò, inde *Agathopolim* se re-
ceperunt: quam cum acriter tormentis concute-
rent, interimque auxilia obsessis supervenirent
transmisso fluvio, qui secundum *Agathopolim* pergit,
Narbonam ad extremum se contulere. Has omnes
obsidiones, pugnasque considerati, facile æstimare
licet, nullum ferè angulum fuisse qui non illius belli
tempestatem senserit, aut hujus anni ad verò sydere
contactus fuerit.

Sub finem Decembris conventu *Francofurti* so-
luto *Cesar* inde quoque discedit, ac *Maximilianus* Re-
ge Romanorum electo, per *Palatinatum* ac ducatum
Wirtebergensem cum suis *Vieniam* proficiscitur. Ipse
per urbes *Rhenanas*, *Wormatiam*, *Spiram*, *Wesbar-
gum*, *Argentiam*, *Selestadium*, *Basileam*, ubique eor-
um locorum, honorificentissimè, magnis muneribus
exceptus, *Friburgum Brisgoia* petit: inde ex octo
Concilio, quod *Alsatis* indixerat, per agum *Con-
stantiensem Oenipontem* anno insequente, mense
Februario venit, ibique aliquandiu propter *Concili-
um Tridentinum*, ut quidam affirmabant subsistit,
quo se ei vicino id celerius ad finem perduceretur.
Oeniponte verò commorantem, inviserunt Illu-
strissimus *Güilhelmus Dux Mantuæ* generum cum con-
juge, altera item filia *Bavariæ Ducissa*, paulò antè
Carolus Lotharingus.

DE REBUS GESTIS

Anno 1563.

Quarta die Januarij post horam noctis seculam,
*Elizabetha Palatina Rhæni & Comitissa
Veldentia*, oriunda ex Illustri Landgravi-
orum *Hassia* familia, *Lauginga* anno ætatis sexagesi-
mo, in vera Christi Servatoris nostri invocatione,
hanc mortalem cum immortalis vita commutat. Prin-
ceps omni virtutum genere ornatissima, ac erga pau-
peres cum primis munifica. Conjuges habuit duos
Palatinos priorem Ludovicum, *Alexandri Palatini
Bipontini*, deinde *Georgium Joannis Zimmerensis* fili-
um, quorum priori peperit *Wolfgangum* unicum fi-
lium, quem pupillum à patre relictum vidua vera
religione bonisque moribus summa cura imbuere cu-
ravit. Ex altero verò *Georgio* nimirum, prolem nul-
lam sustulit. Nata fuit patre *Wihelmo seniore Land-
gravio*, filio *Ludovici Quarti Landgravi*, & matre
Elizabetha Erici Senioris Ducis Brunsvicensis sorore,
sepulta *Lauginga*, & ibidem magno populi iuctu
pra-

Præcipue verò Scholæ lamentatione sepulta, quæ ejus manes compluribus Elegiis profecuta est.

Hujus anni mense Januario cum capto Condense in Gallia bellum nihilominus ubique ferretur, atque qualibet factio alterius partis duces in suam sententiam adducere conaretur, tandem factum est ut præter omnium expectationem Lugdunensium dux qui hætenus multa præclara facinora circa urbem peregerat, magnis promissis & pollicitationibus persuasus ad Guisianos transire statuerit. Ut autem sibi hostem reconciliaret, atque fidem suam comprobaret, proposuerat Lugdunum cum circumiacenti agro proditione hosti tradere. Proditio tamen hæc in tempore detecta atque proditor Valentia captus atque in custodiam traditus fuit, qui etiam postea, capite plexus est. Interim tamen Nomorensis Dux, qui iis in locis Guisianis copiis præerat, statuto die, qui erat 16. Januarii, ante solis ortum cum suis copiis Lugduni comparens fortunam tentare ausus est, scalas enim muro admovit, atque urbem magna vi oppugnare cepit, sperabat etenim hæc proditionem nondum detectam, aut hæc ratione suos fautores aliquid novi in urbe incepturos. Verum cives atque milites qui in præsidio erant, atque hostium consilia antea norant fortiter sese conjungentes, hostem magna clade affecerunt, atque procul ab urbe repulerunt.

Porro cum Elizabetha Regina Angliæ videret Guisianorum copias in dies in Gallia augeri, nec ipsa suæ religionis confœderatos deserendos rata est. Itaque novas copias in Galliam misit. Cum autem hi aliquot loca in Normannia occupassent, atque unice eo respicerent, ut sese cum Equitatu Amiralidi jungerent, Guisiani eos impedire, atque Germanos Anglis obviam progressos invadere statuerunt. Loco itaque oportuno, mense Januario eos invaserunt. Verum equites Germani pugnam haud quaquam detrectantes hostem fortiter exceperunt, re primo bombardis minoribus eminus postea cominus gladiis acta. Itaque magna strages passim edita atque ex parte Guisianorum circiter 1000. equites desiderati esse dicuntur. Cum autem illi essent instructissimi & peditatu muniti etiam ex Admiralidicis multi occubuerunt. Hac ratione viam armis patefacientes Anglis sese conjunxerunt, atque in sua castra reversi sunt.

Januarii tricesimo primo die Moscovitarum Princeps Joannes Basilus, qui anni superioris mense Majo Sigismundo Augusto Poloniæ Regi bellum denunciasset, quod hic Livoniensibus auxilia contra ipsum submisisset, Lituaniam magnis copiis ingressus munitissimam arcem Polenzko prima luce obsidione cingit, ac acerris constructis, primo Februarii tormentorum ictu, mœnia oppidi ita concutit, ut incolæ ipsi oppidum incenderint, postea in arcem tanto tormentorum bellicorum strepitu detonat, ut ea sese 15. Februarii dederet. Deinde Waiwodam istius loci post deditionem in Moscoviam cum liberis & uxore ablegat, civibus ex oppido migrare jussis ad dies quinque alimenta subtrahit, pueros infra decem annos mactat, alios grandioris ætatis secum abstractos Tartaris pro mancipiis vendit, nulli nec ætati, nec sexui parcens, præterquam liberatoribus bombardarum, quos stipendio conductos secum in Moschoviam abducit, ac Livania direptionibus & incendio crudeliter vastata, domum præda onu-

stus redit. Tantam tormentorum bellicorum copiam habuisse fertur, quanta longo tempore in nullo exercitu conspecta fuerit. Nam rusticorum qui ea traherent, quadraginta millia fuisse traduntur.

Mense Februario 18. die Guisianus cum duos prope modum menses in obsidione Aurelianensi consumpsisset, & jam suburbium, qua oliveti cœnobium est, & turriculas ponti imminentes cepisset, ad vesperam navigio Ligerim trajecturus, in ipso itinere, per Joannem Poltrotium Merzæum tribus sclopeti globulis, in humero dextro lethaliter vulneratus, nec multis post diebus supervixit. Exitus ejus ab Episcopo Briensi descriptus Gallicè extat, porro Poltrotius statim captus, gravissimeque tortus, & acerbissimis suppliciis affectus est, Amiralisque qui Poltrotium subornasse insimulabatur, de hac suspitione se purgavit, cujus scripta publicè extant.

Paulo verò post mense Martio Gallia Proceres ardore animorum paulatim restincto, tandem cum Rege, de pacis constituendæ rationibus cogitare ceperunt ac re diu multumque deliberata, Evangelii prædicationem certis conditionibus admittendam statuerunt, Rege edictum publicum de hoc promulgante 19. die Martii, cujus tenorem hic subjicere placet.

Carolus Dei Benignitate Rex Franciæ universis, quæ literas has viderint, salutem. Omnes perspexerunt atque cognoverunt, quo pacto placuerit Domino nostro, permittere abhinc jam aliquot annis, ut hoc Regnum nostrum affligeretur, vexareturque variis & multiplicibus turbis, seditionibus & tumultibus, ortis excitisque inter subditos, potestati nostræ, ob diversas opiniones in negotio religionis, & ob scrupulum in vectum conscientiarum ipsorum. Quapropter ad providendum & impediendum progressum inflammationis ab igne isto, complures ante hæc conventus acti sunt convocatis imprimis magnis & dignitate præstantibus viris Regni nostri deque eorum prudente consilio & admonitione, edictiones & ordinationes factæ multæ, pro eo atque opportunum & necesse visum, quod existimaretur eo modo prævenire malum & obviam iri posse inde pendentibus incommodis.

Verum sæculi tamen improbitas ita tulit, & Dominus noster Judicio suo incognito (provocatus, ut credibile est nostris vitiis atque peccatis) passus est frenalaxari tumultibus istis, adeo ut ad arma sumenda res processerit, tam longè illa quidem, ut acciderent innumerabiles cædes, mutæ impressiones, præditiones, occupationes violentæ & direptiones oppidorum, templorum, Ecclesiarumque ruinæ, commissa prælia. Quæ mala cum continuarentur, tantumque jam externorum esse in nostro Regno cum videremus, non ignorantes id agi & parari, ut plures etiam introducerentur, ad evidentem Regni ruinam; Accedente insuper ingente & irreparabili detrimento (quod magno dolore nostro accipimus) tot Principum, Procerum, nobilium, equitum ordinis nostri, præcipuorum Ducum & hominum militarium. Id quod, sub D. E. I. manu firmamentum est, quo sustentatur, nititur, defenditur, protegitur Corona nostra, quodque opponitur vicinis nostris ea voluntatis pravitate præditis

„præditis, ut nos invadendo labefactare possint,
 „quemadmodum & conati sunt & comminati. His
 „a nobis consideratis, cum omnia pro nostra virili
 „remedia quæreremus, quamvis (gratia Deo) nostræ
 „vires nunc quoque magnæ sint, neque viris illius
 „generis videamur defici, nihilo tamen minus vi-
 „dentes mala & incommoda universa, existentia de
 „bello illo vergerè ad diminutionem & damnum
 „Regni nostri, & maximo nostro detrimento ex-
 „pèrti, remedium adhuc usurpatum idoneum con-
 „veniensque non esse (quod morbus intra viscera
 „& animum populi nostri occultetur) & persuasam
 „habentes nihil posse adhiberi (ut à Principe Chri-
 „stianissimo, quod nobis nomen est impositum)
 „quod melius utiliusque sit, quam confugere ad im-
 „mensam gratiam & bonitatem Domini nostri,
 „cumque ipsius benigna ope invenire modum mi-
 „tigandi & sedandi mansuetudinis nostræ suavitate,
 „mali istius acrimoniam, reconciliando & conjun-
 „gendo refractas voluntates subjectorum nostro-
 „rum ad agnoscendam eam, quam cuncti nobis
 „debent, obedientiam: Quod pertineat ad Dei ho-
 „norem, felicitatem, salutem & perpetuitatem Re-
 „gii hujus nostri, providendoque modum ut no-
 „stri contineantur, utque eis satisfiat. Bona in spe
 „fore, ut tempus & fructuosus eventus boni, sancti,
 „liberique generalis nationalisve Concilii, & no-
 „stra majorum annorum ætas appropinquans, de-
 „ducta, directaque dextra benignitatis Domini
 „nostri (qui sua bonitate semper sollicitè tutatus est
 „Coronam istam) postmodo tandem afferat securam
 „& veram stabilitatem ad honorem & gloriam Dei
 „quietemque & tranquillitatem subjectorū potesta-
 „ti nostræ.

„De quibus volumus consilium capere bonum
 „atque prudens Reginæ Charissimæ & honoratis-
 „simæ Dominæ & matris nostræ, carissimorum &
 „dilectissimorum cognatorum, Cardinalis Burbo-
 „nii, Principis Cōdensis, Ducis Montipensurii, &
 „Principis Rochii Sutyonii, principum sanguinis
 „nostri: Itemque Charis. & dilectissimorum co-
 „gnatorum Cardinalis Guisii, Ducis Aumassii Du-
 „cis Montimorencii Conestablii, parium Franciz,
 „Ducis Estampii Marschalli Brisaccii & Bordilo-
 „nis, Domini Andelotii, Sanfaccii, Cypierii, alio-
 „rumque præclarorum & magnorum virorum con-
 „silio nostri privati.

„Qui cuncti censuerunt & consentaneum esse
 „rationi invenerunt, ad prosperitatem Reip. & Re-
 „gii nostri constituere & ordinare sequentia.

„Atque significamus: Nos, secutos illorum cō-
 „silio bonum simulque ob causas rationesque &
 „considerationes supra memoratas insuperque etiã
 „alias, quibus gravibus & magnis moveremur: Edi-
 „xisse declarasse, statuisse & ordinasse: Edicere, de-
 „clarare, statuere, ordinare, velle & placere nobis:
 „ut posthac omnes Nobiles, qui sunt Barones Ca-
 „stellani, supremi Judices & domini clientes nostri,
 „cum plena administrationis potestate, & singuli
 „horum, possint vivere in suis ædibus, quas incolunt,
 „in libertate conscientie suæ, & usu religionis,
 „quam emendatam se illi habere ajunt, unã cum fa-
 „miliis suis & subjectis ditioni ipsorum, qui libere
 „& nulla vi coacti sese adjungere voluerint. Cæ-
 „teri verò nobiles clientes potestate præditi, simi-
 „liter in suis ædibus ipsi & familie eorum tantum:

„Nisi hi degant in oppidis, vicis, pagis qui sub diti-
 „one sunt supremorum judicum aliorum & non
 „nostra. In quo scilicet casu, non conceditur iis in
 „locis dictis aliter exercere seu colere Religionem
 „memoratam, quam permissione & concessione
 „suorum dominorum, judicum supremorum.

„In unaquaque Judiciaria & Prætoria ditione
 „gubernatione locum illius tenente, ut Peronæ Mō-
 „tidierii, Rotomagi & Rochellæ & hujusmodi aliis
 „penitus annexis solennium Judiciorum Curis no-
 „stris: Assignamus ad petitionem profitentium me-
 „moratam religionem, unum oppidum aut locum
 „suburbanum, ubi religionem suam exercere indi-
 „genis, qui convenire voluerint, liceat & alibi
 „nusquam.

„Nihilo tamen minus unusquisque domi suæ pot-
 „est vivere & commorari prorsus libere, sine metu
 „inquisitionis, molestiæ violentiæ, necessitatis quã-
 „tum ad conscientie negotia attinet.

„In unoquoque oppido, ubi in memorata Religio
 „colitur ad septimum usque diem mensis Martii, ul-
 „tra alia oppida, quæ singulatim ut dictum est assigna-
 „buntur in ditionibus Judiciariis Prætorisque supra
 „nominatis idem ille religionis usus continuabitur,
 „ibidem uno aut altero loco, eo, aut eis qui a nobis
 „assignati fuerint: Sic, ne profitentibus Religionem
 „memoratam, ulla opera occupare aut retinere liceat
 „templum aliquod aut sacram ædem Ecclesiastico-
 „rum, qui nostra sententia jam ad eò restituti sunt in
 „suis Ecclesiis, ædes, bona, possessiones & redditus:
 „ut frui nti his, quemadmodum ante hos tumultus,
 „possint, exequique & continuare cultum divinum
 „consuetudine ecclesiarum suarum pristina, sine mo-
 „lestia & impedimento omni. Non etiam hi refri-
 „care ullas res debent de everisionibus aut demolitio-
 „nibus ibi factis.

„Est nostra quoque sententia, ut civitas Parisio-
 „rum & ad præfecturam comitatumque hunc perti-
 „nentes, sint & maneat exempti de toto usu memo-
 „ratæ religionis, & nihilo tamen minus, si qui ha-
 „bent domos suas & redditus in urbe & territorio illo,
 „possunt reverti ad sua, & gaudere bonis propriis pa-
 „cificè, sine metu violentiæ aut necessitatis, inquisi-
 „tionis aut molestiæ, tam de præterito, quam futuro,
 „quatenus ad negotia conscientie ipsorum.

„Omnes civitates restituentur in pristinum statum
 „suum & ad libera commercia omnesque extranei
 „ablegabuntur extra hoc Regnum nostrum, cum pri-
 „mum fieri poterit.

„Utque voluntatibus subjectorum nostrorum
 „magis satisfiat, ne quid illi requirant, Ordinamus,
 „Volumus, & sic placet nobis, ut unusquisque ex illis
 „revertatur & conservetur, defendatur tutusque sit
 „sub nostra protectione, in omnibus bonis, honori-
 „bus, statu muneribus, officiis suis, cujuscunq; modi
 „ea sunt: Non obstantibus ullis decretis, interdictis,
 „actis, judiciis, sententiis, inhibitionibus adversus
 „iplos prolatis post obitum defuncti Regis Henrici
 „honoratis Domini & patris nostri laudabilis
 „memoriæ, itemque executione illarum, tam de
 „negotiis religionis, quam expeditionibus factis
 „intra & extra hoc Regnum, mandato cognati
 „nostri supradditi principis Condensis, quã etiã de ar-
 „mis illa occasione captis, & iis quæ sūt cōsecrata. Atque
 „illas actiones executionesque declaramus esse nullius
 „momenti

momenti & planè inefficaces : Ita ut ratione illarum, neque eorum liberi, aut hæredes & quorum refert ullo modo impediatur, quò minus gaudeant aut bonis & honoribus suis : Neve teneantur hi adipisci aut obtinere à nobis quicquam, quò ipsis prospiciatur præter literas præsentis.

Postremò, ne ulla dubitatio relinquatur cognato nostro proposito : Diximus & declaravimus, dicimus & declaramus : Habere nos dictum cognatum nostrum pro nostro honesto confanguineo, fideli & subiecto famulo : Habere etiam universos Dominos, Equestrem ordinem, Nobilitatem & ceteros incolentes urbes, oppida, vicos, & alia loca Regni nostri terrasque ditioni nostræ subiectas, qui socii, opitulatores & adiutores fuere in isto bello & tumultu, quamdiu hic duravit in quacunque parte & quocunque loco Regni nostri: pro honestis & legitimis subiectis ac famulis credentes & existimantes, quicquid factum est à nostris hisce subiectis tam tractandis armis quam stabiliendo suo jure, judiciis & sententiis, id factum esse bono animo atque consilio.

Ordinamus etiam, volumus & nobis placet, ut supradictus cognatus noster Princeps Condensis remaneat quietus, & nos quietum eum his literis nostra manu signatis, reddimus, nomine omnis pecuniæ, quæ ab ipso, aut mandato & jussu ejus accepta sublataque est de nostris rationibus & rariis ad quantamcunque summam ascendere ea possit. Nihil itidem oneris relinqueretur illi nomine eorum, quæ ab eo, ut dictum est, mandato, ve ipsius accepta sublataque sunt de communibus, civitatibus, officinis argentariis, redditibus, proventusque ecclesiasticis, aliisque absumptis ab eo occasione bellistius: Ita ut neque ipse, neque sui, neque ulli, quibus ab eo mandatum fuit, ut talem pecuniam tollerent, (qui una cum iis qui expedierunt & tradiderunt, manebunt quieti, & levati onere omni) possint ideo requiri ullo pacto, vel præsentis, vel futuro tempore. Idem servabitur ob percussione monetæ, propter fufas machinas, & tormentarii pulveris causa, & si quid cõdestructum est mandato ipsius supradicti cognati nostri Principis Condensis, quibuscunque in urbibus regni hujus nostri & terris ditioni nostræ subiectis.

Item omnes, siue in bello seu religionis causa capri mutuo dimittentur, liberatis personis & bonis ipsorum, absque ulla redemptione. In quibus tamen non comprehenduntur prædatores latrones, fures & homicidæ, qui his præsentibus literis non comprehenduntur. Et quoniam singulariter in modum desideramus, ut omnibus occasio- nibus turbarum & tumultuum & motuum horum remotis reconcilientur rursusque conjungantur animi voluntatesque subiectorum nostrorum inter se mutuo, utque in tali conjunctio- ne facilius retineatur obedientia ab utrisque nobis debita.

Ordinavimus aut ordinamus, sententia nostra est, volumus nobisque placet, ut omnes injuriæ & offensæ, quæ iniquitate temporis & enatis occasionibus, inter nostros subiectos existere poterunt, & omnes aliæ res præteritæ, quarum præsentis illi tumultus causa fuerunt, sint & manean- t, exunctæ, ac mortuorum instar sepultæ, tanquam

advenissent nunquam: Mandantes strictissimi sub- pœna amittendæ vitæ, nostræ potestati subiectis universis, cujuscunque status conditionisque sint: Ne obirectent, injuriam faciant, irritent se se mu- tuo, exprobrando præterita, aut de iis disputando, conquirendo, accusando inter se propter negotia religionis: Ne offendat aut contumelia afficiat unus alterum factio dictove, sed ut moderentur sibi & vivant placidè simul tanquam fratres, amici & cives, sub pœna, ut qui contra hæc fecerint, quique causam dederint hujusmodi injuriarum, offensarumque, & has commoverint, illi è vestigio sine ulla altera forma procedendi punian- tur secundum rigorem præsentis ordinationis nostræ.

Hisce igitur consideratis, una cum aliis quæ su- periore expositione continentur, neve scrupulus dubitatioque aliqua relinquatur: Supradicti no- stri subiecti separando sese consociationes dissol- vent cum omnibus tam in Regno hoc, quam extra illud: Neque tollent auferendo ullam posthac pe- cuniam: Non scribent militem, non cogent con- gregabuntque multitudinem, nisi secundum supe- rius exposita, & incrimem. Id quod ita prohibemus, ut veremus sub pœna animadversionis cum rigore vehemente, tanquam in contemptores & vio- latores mandatorum & ordinationum nostrarum. Atque ita mandatum domus per hasce præsen- tes nostris dilectis & fidelibus, qui in curiis solen- nium judiciorum, nostrarum rationum Camera, Curias præsidium viroium, prætoribusque & aliis qui Jurisdictionibus officiisque præfecti sunt, quorum munus est proprium itemque locum vi- cemque eorum tenentibus; ut curent præsentem declarationem hanc ordinationemque nostram legendam, promulgandam & inter acta referen- dam, in suis Curias & Jurisdictionibus: utque ser- vandam custodiendamque per omnia inviolatè, quo his frui uti illis, ad quos pertinent, plenè & pacificè liceat, omittentibus & remonentibus cun- ctis, quibus conturbari impediri que hæc possint. Nam hoc placitum est nobis. Ad cujus testimoni- um nos sigillum nostrum hisce literis adjungen- am curavimus: Datis Amboisii 19. die Martii, Anno gratiæ 1562. Et regni nostri tertio.

Salutaris hujus mandati promulgatio Galliz fuit: Nam nisi pax cojisset, haud dubie ex ea animorum offensione major tristiorque laniens subsequutura fuisset, cum Guisiaci apud hæc religionis homines diligentissimè de novis auxiliis sollicitarent, nec Condensibus sua ex Germania defutura fuissent. Nam Illustrissimus Princeps Wolfgangus Palatinus à Con- densibus de auxiliis rogatus ad 4000. equitum per duos peritissimos duces Albertum Rosenburgicum & Jacobum Schülenburgicum magnis impensis jam conscripserat, periclitantibus opem laturus, pace ve- rò facta non sine jactura ab incepto destitit, men- struo stipendio equitib. persoluto, Pontifex vero Romanus ad hujus pacis nunciu ita commotus est, ut Odasum Castillonæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalè, Ad- miralo fratri adherentem sacerdotio Belvacensi & Cardinalatu, ut Episcopos circiter decem Condensisa- ctione maculatos, sacerdotiis exerneret.

Mense Majo Ludovicus Philippi Landgraviæ Hessiæ filius secundo genitus, Christophori ducis Wir- tembergici filiam Hedvigim uxorem duxit, nuptias pompa solenni Marpurgi celebrans.

Menſis Junii die nono, *Lubecenſes*, qui ſcedere cum *Friderico Rege Dania contra Ericum XIV. Suecia Regem* factis, validiſſimas copias, tam terra quam mari collegiſſent, *Sueco* bellum publicæ denunciant. Cum autem id longe graviſſimum ac perquam diuturnum fuerit, non abs re erit, cauſas, quæ utroſque ad bellum impulerint, ex denuntiatoris ipſorum delumptas ſubjicere, ac quidem initio *Lubecenſes*, qui priores bellum *Sueco* 9. Junii indixere, hæc ejus ſuſcepti rationes commemorare. Notum eſſe ei, quomodo majores ipſorum, ac prædeceſſores Reipub. *Lubecenſis*, parentem ejus, inſigni auxilio, pecuniarum impenſis & ſubſidiorum transmissione præſtito, ad Regnum culmen evexerint, eique omnia officia benevolentia præſtiterint: Ille vero viciffim civitati *Lubecenſi* ejusque incolis exiguam gratiam expenderit ſed damna quamplurima intulerit, civium *Lubecenſium* bonis direptis, ipſis civibus in carceres conſectis, eorumque quamplurimis in iis necatis, Reip. privilegiis veteribus atque recentibus in *Suecia* ſublatis atque mercatoribus *Lubecenſibus* per complures annos intolerabilibus veterigalibus ac ſexactionibus oneratis. In quod hæc genus majores ipſorum & ipſi tanquam pacis & tranquillitatis amantes patienter tulerint, Deo exitum cauſæ committentes, bona ſpe fore, ut *Guſtavus* rem diligentius perpenderet, verum id nullis admonitionibus velliteris uſque ad finem vitæ ejus effici vel obtineri potuiſſe. Eo defuncto bona ſpe ſe fuiſſe, ipſum *Ericum* patris ſucceſſorem beneficia parenti & ſibi præſtita ad animum provocaturum, pacis conditiones facturum, ac debita animi gratitudine Reip. officia agiturum eſſe. Verum ſe non citra animi dolorem experiri, ipſum non contentum damnis Reip. *Lubecenſi* per parentem illatis præter expectationem & ſpem ſuam ac contra beneficia à Reipub. accepta permittere *Lubecenſes* ſumopere gravari ac ultra privilegiorum *Lubecenſium* violationem, præterito anno, nulla legitima de cauſa, contra *Cæſaræ Majeltatis* declarationem & indulgentiam navigationis *Ruthenicæ*, civium & mercatorum *Lubecenſium* naves & mercimonia non pauci numeri atque valoris, in aperto ac libero mari violenter ſpoliata abduxiffe: ſe iis factis nec per literas, nec per Legatorum miſſiſſiones magnis impendiis conſtantes, nec per *Cæſaræ Majeltatis* & *Electorum Imperii* interceſſionem, quicquam æqui impetrare ab ipſo potuiſſe. Adhæc ipſum conari Reip. *Lubecenſis* civis ac mercatores à libera navigandi facultate ac negotiatione *Ruthenica* arcere, Dominium maris ſolum uſurpaturum ac ex animi ſui libitu, navigationem vel præcludere, vel recludere velle, contra Reip. *Lubecenſis* ejus civium & mercatorum commoda, privilegia, ac libertatem. Id cum hæc ad perniciem Reip. vergant & poſteritati ſumopere præjudicent, ſibi belli ſuſcipiendi neceſſitatem impoſitam, quod pro more in bellis ſervari ſolito, pro ſe & auxiliatoribus ſuis illi & ei adhærentibus denunciatum velint. At *Rex Daniae Fridericus* ultimo *Julii* ſubſequentes belli rationes in ſuis denunciatoris ut quidem edita fuerint, præſtendit. *Suecum* cognationis, qua invicem devincti ſunt, penitus oblitum, non ſolum vetera atque recentia fœdera & pacta, inter majores &

ipſos in ætate facta ex mera libidine & animi inſolentia concepta, diſſolviſſe ac violari, ſed & inſuper ea, quæ ipſi & ſuis moleſta, gravia, contraria, ac ignominioſa fore putaverit, hoſtiliter ſuſcepiffe. Id apparere ex inſignium *Danici* ac *Norvegici* regnorum uſurpatione, quæ in inſignis atque ſigillis ſuis geſtet ad ipſius contemptum & demonſtrationem cupiditatis, quæ ætate, in occupando regno utroque. Similiter idem deprehendi poſſe ex invaſione terrarum, quæ in *Livonia* fratri ipſius *Magno Epifcopo Optaleſi* & adminiſtratori *Rivalerenſi* ſubditz ſint. Conſtare etiam *Sueco* poſt alias artes ac machinationes hinc inde contra ipſum ſuſceptas, fratris *Magni* ad defectionem cum magnæ pecuniæ oblatione ſollicitationem, violentiam in ſubditos *Regni Daniae* terra marique exercitam, varias injurias, libellis famoſis in finitimis regionibus ſparſas atque ſufficienter probandas, ſimul quoque pacis publicæ in *Oceano Germanico* eique negotiationis maritimæ appendentis per piraticam, latrocinia, ac depredationes, turbationem. Denique naves *Danicas*, ſecuritati navigantium in *Oceano*, deſtinatas ad executionem libidinis conceptæ ex improviſo, in vaſas, oppugnatas atque violenter abductas, ſubſpecte quidem pacis publicæ, ſed non ſolum contra *Jura amicitia*, quæ inter cognatione junctos eſſe deberet, ſed & contra æquitatem, dignitatem, ac jus gentium omnium. Ac ita eum, non ſolum ipſum *Danum*, ſed & alios ex pacis & ſecuritate, in bellum, periculum, ac diſſimulationem conſeciffe. Quam itaque hæc ulterius diſſimulare nequeat, ſed ad defeſſionem divinitus collatorum regnorum, marium atque terrarum, propulſationem imminentiſſimum periculorum ac violentiæ intentatæ, recuperationem pacis publicæ & navigationis liberam communicationem arma ſuſcipere coactus ſit, ſe bona ſpe eſſe, ut quicquid in hoc futurum ſit, *Suecus* ſibi, non aliis imputandum habeat, ac quilibet hanc denunciationem pro ſufficienti, tam denunciantis, quam ei auxiliantium nomine ſit habiturus. Et hæc quidem utrorumque belli moti rationes fuerint.

Verum ad navigationem *Ruthenicam* quod attinet, quæ *Lubecenſes* tantopere urgent, res cognitum digniſſima eſt, itaque ut ſpero paulo altius originem totius rei repetenti veniam æquis lector dabit. Ea vero talis eſt.

In extremis *Livoniae* regionibus, qua ad *Septentrionem* vergit fluvius quidam in mare profluat, qui *Narva* dicitur: *Livoniam*, à *Ruſſia*, quæ *Moscho*rum ditionis eſt, diſterminans: In ejus altera ripa, qua *Livoniam* ſpectat, civitas *Flavio* cognominis, cum arte *Narva Germanica*, in altera quoque pariter *Narva Ruthenica*, quam & *Lianogrodum* dixerit (*Flavio*, utramque diſtinent) ſita eſt. In hæc ante hæc tempora omnes quotquot maleficiſſiſſime ſuſames, aut ſuppliciorum metu extorres, nonnulli etiam qui decederant, impunitatis ſpe propoſita, confluebant, quosdam etiam quaſtus ſtudium peſcærat, ut è patria profugi, *Ruſſos* hominum noſtrorum, rariores artes *Barbaris* ante hæc ignotas edocerent. Nec *vigilantia* *Magiſtratum* *Ordinis Teutonici*, nec *Polonorum* *induſtria* limites tam accuratè cuſtodi potuerunt, quin ſaltè aliqui *Id* hoſtes quotannis transfugerent, itaque docentibus atque adminiſtrantibus his peſcugis, *Moschi* antea artium noſtrarum rudes, ſucceſſu temporis ſolertiſſimi effecti ſunt, & tormenta ex *Metallis* fabrefacta, quam

quam plurima in aciem nunc secum adducunt : quo etiam factum est , ut Tartari quidam Scythæ , antea omnium opinione invicti , quique plurimum negotii hactenus Moschorum Imperatori facerant , nunc ob penuriam tormentorum sub jugum eorum missi , imperata faciant Rege ipsorum ac ditione omni , hisce annis subacta . Ac constat belli Smalcaldici tempore præfectum quendam equitum ex Moschia oriundum , *Divo Carolo Quinto* quatuor millia equitum pollicitum fuisse : cæterum quod tardius advenerat bello jam confecto , eam tamen gratiam ab Optimo Principe pro beneficio oblato retulisse , ut quosdam artifices ex *Germania* permissu *Cæsaris* conducere liceret , quos secum in *Moschiam* advectaret titulo sanè specioso excolendæ nimirum Barbaræ regionis cæula . Itaque inter alios *Architecti* , *Typographi* , *Poete* , *Fabri ferrarii* , & quod plurimum intererat , *tormentorum libratores ac Magistri* conducti sunt , quibus quum animus esset è portu *Lubecensium* solvere , nonnulli cum præfecto suo quantumvis *diploma Cæsareum* ostentante , deprehensi , in carcerem abducti sunt . Cum quidem *Senatus Lubecensis à Magistro Livonia* ea de re paulò antè admonitus esset , ac re omni ad *Cæsarem* postea perscripta , ubi quantum periculi inde Germaniæ immineret , edocuisse , æquissimo principi *Lubecenses* omnino satisfecerunt , nonnulli etiam per ipsam *Livoniam* , *Judæo* quodam ductore , terra profecti , cæterum comprehensi cogitata non perfecerunt . Fieri tamen non potuit quin vel aliqui saltem occultis & inuitatis tramitibus ad *Moschos* penetrarent . Non solum autem in bellicis munitionibus prohibendis insigni solertia nisi sunt *Lubecenses ac Magistratus Septentrionis* , verum etiam omnem navalium rerum scientiam *Moschis* præripere satagerunt : ne si aliquando classe instructus hostis Barbarus , quod in inculta ac sylvestri regione materia non deesset nemotis excidendi , omnem non solum Germaniam , sed universam etiam Europam posset debellare , qui 300000. voluntariorum equitum in aciem , cum vellet educeret , & militantes arctissima in disciplina , nõ secus atque conditione servos contineret . Occasionem itaque omnem rescare decreverant , quod ea sublata eventum quoque lugubrem sanè futurum impediri posse animadvertent . Itaque Legati maritimarum civitatum quas *Azæas* nominant cõmuni decreto , *Lubeca* quondam habito conventu *Narbansem* profectionem omnè ita iustulerant , ut pro infamibus omnes eos haberi pronunciarent , qui eò merces suas advectarent , jure denique omni mercaturæ exercendæ interdicerent , & bona insuper eò advehenda , aut innibi comparata auctionibus factis publicari fiscoque attribui censerent . Videbant enim id , quod res erat *Turcas Hellepontum* *Ligurum* avaritia transgressos , adjuvantibus *Græcis* transfugis & piratis , quum classe polere occiperent , non solum ipsam *Constantiopolim* Imperii , dominã sed universã penè *Graciã* , *Macedoniam* & *Illyricum* , & aliã loca vicina Imperio suo subjecisse , ita *Moschos* quoque omni Septentrione terra marique in vasò & perdomito , ubi classis potestas fieret , *Narba* aut *Ivangrodis* emporio condito , & peritia rei navalis accederet , quod quidè in emporiis facile cõtingit , in interiora Germaniæ

innumerabili effuso exercitu facile posse penetrare . Hoc itaque metu deterriti negotiatores à navigatione interdicta , usque ad hæc tempora abstinerant , adeo quidem ut neque paulò honestior civis ibi domicilium haberet . Ipsi quoque *Russi ac Moschi* navigandi nullum usum habuerant , quod regio omnis ab ea parte , excepto torrente , *Narba* qui in Balthicum excurrit , mediterranea sit , qua verò glaciale Oceanum attingit ob difficultatem itineris mare sit impervium , aut nisi multo cum labore penetrabile , cuius rei nupèr Angli multas calamitates , tamen non sine lucro perpessi , fidem fecerunt . Huc accedebat quod fabri navales plerique omnes legitimo matrimonio fuerant copulati , ita ut dulcedine coniugum & liberorum permoti in patria aut detinerentur , aut profecti eò facilius revocarentur (quod secus plerumque usu venit in viris militibus) ac proinde eorum non ita crebra fuerant transfugia : præterquam quod ubi navium facultas deest , non eadem , qua milites in itineribus faciendis solertia uterentur . Incidit postea luctuosum tempus , quo *Moschi Livoniam* Imperij Germanici provinciam evastando aliquot 1000. Christianorum capitum in maximè miserabilem servitutem abduxerant , & *Derphtæ urbe* (ut dixi) dedita , *Narba* capta & direpta ad totius provinciæ Imperium adspirant & rumor ubi percrebuit , *Lubecenses* quidam cives ac negotiatores , quibus aut nihil præter questus jacturã inhonestũ videbatur , aut qui , quod jã decoxerant omnem fortunæ aleam subeundam sibi iudicarent , *Revaliam* *Livoniæ* urbem præterlegendo , *Narbam* merces suas advexerant , nec parum inde lucri sibi comparant . Lucri odor ad nares reliquorum mercatorum jam pervenerat , qui præsentia tantum commoda æstimant , de futuris , aut lucris , aut damnis (ut interim de publicis taceam) minimè solliciti , cum catervatim quam plures , quicquid poterat unionum , piperis , Zingiberis , auri argentique & mercium bellicarum in naves contrudi , expedirent , gementibus interim bonis civibus , qui mutationem insignem urbi , hæc provinciæ aucupia allatura , prælagirent , nonnulli etiam vindictæ cupiditate incensi *Revaliensibus* , ac reliquis *Livoniæ* civitatibus parpari referre gestirent : quod cum (ut supra admonui) *Narbica* navigatio publico decreto interdicta esset , nec *Novogandia Russorum emporium mediterraneum* certis de causis à multis jam annis frequentaretur , sic , ut jam *Russi* in *Livoniæ* urbibus præcipuis , *Riga* , *Revalia* , *Derphtæ* negotiari cogentur , *Senatores* urbium illarum (qui quidem omnes vitiosa & exitiabili consuetudine mercimonia exercent) eò decreto abusi , *Lubecensibus* & reliquis *Saxonibus* , omnem cum *Russis* & *Moschis* mercium permutationem etiam publicè pœna proposita , contra pacta , conventa , statutaque majorum jam olim prohibuissent , & sic opportunè omni permutationis questu ac lucro penè ad se traducto , deinde quantum vellent , non quantum par esset , mercium *Lubecensibus* divenderent : Angebat quoque *Lubecenses* & ceteros *Saxones* , quod viderent colonos suos (ex *Saxonis* enim urbibus & potissimum è *Lubeca* & *Westphalia* ditione coloniæ antiquitus *Livoniensium* translatae sunt) veteris beneficij atque originis suæ immemores *Belgis* & reliquis

exteris quam sibi amiciores esse, cumque iis clementius agere: ideoque aliquoties solenni legatione ad *Magistrum Livonia*, earum urbium dominum missa, hisce de rebus conquesti; nihil præter spetiosa verba & ampla promissa retulerant. Cum autem ingruentibus *Moschis Livonia* vehementer laboraret, & jam *Riga Revaliaque* emporia labascere viderentur, quod *Lubecenses* & alij nonnulli *Narba* emporium recens inchoatum frequentarent, nec propter bellum motum *Moschica* gentes eas urbes amplius accederent, *Mag. Livonia Guil. Furstebergicus* periculum veritus literis ad Senatum missis, veterum pactorum *Lubecenses* admonere, opem poscere, decreta de *Narbensis* navigatione repetere, si quid à suis peccatum esset, correcturum se polliceri quantum periculum non solum ipsis, sed etiam toti *Germania superiori* futuro hoste jam victoriarum successibus elato immineret, edocere. Permoti his *Consules Lubecenses, Narbica* navigationem civibus suis interdixerant, quosdam etiam contumaciores domo egredi prohibuerant, merces jam avectioni destinatas condixerant; in auxilio autem *Livoniensibus* ferendo, quod gravior deliberatio videretur, procrastinare satius visum fuit.

Hoc animadverso *Magister Livonia* qui se destitutū querebatur, ad Senatum per scribit, hortatur ut quod communi consilio ante decretum erat, exequantur, ni faciant, quin civium suorum saluti atque emolumento consulat, jure se non prohiberi. *Lubecenses* contra privilegium allegare, quo licitum, sibi esse affirmabant, ubi bellum gererent cum *Livoniensibus Moschi*, etiam in intimā *Moschorum* loca negotiationis causa penetrare. *Magister* contra de terrestri itinere illud accipiendum asserit maritimæ autem profectioi per speciale decretum derogari. Sed apud homines semel avaritiæ deditos, nihil minus quam seriæ admonitiones valebant, ut magis etiam irritarentur: ac proinde in magno numero classē adornarent, quam præciosis mercibus *Narbam* a vehi curaverant. Subodoratus id *Magister Livonia* classē quam omni telorum genere instructam habebat, à porta *Revaliensis* solvere jubet, navigantesque adoriri. Itaque de præhensis quotquot obviam prodierant, cum quidem inermes ac imparati essent, bona omnibus adempta & *Revaliam* transportari iussa. Quod ubi contigit, *Lubecenses* civium suorum nomine, adempta repetere, cæterarum opinione sua frustrari. Itaque expetentibus civibus Legatum mittunt *Viennam Austria Christophorum Kuntzmannum*, Senatui à secretis, qui cum *Magistro Livonia ac Revaliensibus* hoc nomine *Cæsare* iudice experiatur. Præerat tūm rebus Germanicis *Divus Ferdinandus* is audita aut cognita causa pronunciat, ac quatenus navigationem *Narbica* *Lubecensibus* permittat, eorumque precibus annuat, in hæc verba quibus illi in denunciatoriis inmittuntur, intellexisse suam *Majestatem* quæ *Legatus Lubecensium, Christophorus Kuntzman* dicitur. MESSERSCHMIDT contra ordinis *Teutonici* magistrum in *Livonia* & civitatum *Revaliensium* quarundam arrestarum navium, ablatorum bonorum, & libera navigationis *Viburgum* causa ore tenus atque in scriptis retulerit. Quantum itaq; ad duo priora capita atinet, *Lubecensibus* ad ordinis *Teutonici* magistrum, & *Revaliensibus* ob arrestatas naves mandata sine

clausula subidonea tamen cautione de restituendis iisdem, quatenus id jure decernatur, ob bona autem erepta atq; ex navibus translata, mandata de restituendo sine clausula impartienda, De libera autem navigatione *Viburgum* & in *Moschorum* Legato *Lubecensium* significari, nunquam *Cæsare* *Majestatis* mentem intentionem atque propositum fuisse, nec adhuc esse, per scripta ad *Lubecenses*; vicinos atque finitimos *Reges*, aliasq; civitates maritimas directis, præsertim ante *Lubecensibus* liberam navigandi facultatem eripere, sed solum id providere, ne *Moscovitis* arma, instrumenta bellica, munitiones & comæatus, quæ immediate ipsorum copiis servire possent, apportentur. *Cæsare* *Majestatis* quoque de *Lubecensibus* eam fiduciā esse, hos diligentissime & exactissime provisuros, si navigandi libertate, durante expeditione *Moscovitica*, ut velint, ne illum periculum transportatione armorum veterum ad *Moscovitas* sacro imperio creetur. Et quidem declaratione facta *Imperator Ferdinandus* mandata prædicta formula solita, ad ordinis *Teutonici* *Magistrum* & civitatem *Revaliensium* transmittit. Cæterum non longè post quidem *Lubecenses* negotiatores iidem *Senatores* avaritiâ occæcati, & majorem privatæ quam publicæ utilitatis rationem, ut diximus, habentes non solum interdicitas *Cæsaris* mandato, merces, ut puta sulphur, ferrum, æs *Cyprium*, *Orichalcum* & omnem unde tormenta conflantur, materiam, sed argentea monetæ integra vasa (tonnas ipsi vocant) contra decreta Imperij ad *Moschos* externos, & ab Imperio nostro alienos, singulari arte extra *Germaniæ* limites impune alienarunt. Rebus itaque sic stantibus cum *Magistri Livonia*, atque adeo omnium *Livoniensium* res jam in angustis esset, & diffluentibus fratribus *Marianis* in *Livonia* cum *Revalia* periculo, animadverso, quod quotidie à *Moschis* infestaretur, & mari eadem invasiones metuendæ essent, nec defensionem ullam circumspiceret, imò negotiationes omnes suas quotidie collabi videret: *Erico XII. Suetorum Regi* tunc regens electo sese dedere coacta fuit: Erant, qui odio *Lubecensium* eos ad servitutem subeundam eo magis properasse adsererent, ut potentissimo ipsis Principe opposito, qui navigantes compesceret, conatus ipsorum frustrarentur. Constat *Ericum Regem* potentiam *Lubecensium* veritum, ac veterum beneficiorum memorem, initio quasi reluctantem voluisse amicitiam quæ ipsi cum *Lubecensibus* intercesserat, integram inviolatamque servare. Cæterum cum aliter *Revalia* urbis dominio potiri non posset, tandem de inhibenda navigatione ad sensum. Perluaserant ei quoque *Revaliensibus*, plebeios quosdam mercatores solummodo causam hanc agere, cæterum primores *Senatus* ac civium à se stare, & ideo nullius rem esse periculi: facile enim assentiente *Senatu* fecerunt istam posse reprimi.

Menſe itaque Julio anno 1562. *Ericus Rex* *Senatus* amicè perſcribit, & inter alia monet, ut aut *Narbensis* navigatione civēs abſtineant, aut publica data & interpoſita ſide, id eſt, *Literis* ſulvi conductus a ſe acceptis eo proſiſcantur. Quod ſi ſecus faciant, cum inde *Revalia* urbi ſua quamplurimum detrimenti accedat, ſe injurias ſubactis ſuis illatas non poſſe non ulciſci.

Quod ubi Lubecenses negotiatores *Narbica* navigationi assueti accepere, mirum quantum exarsuerunt, privilegia sua predicantes, & se vel invito Rege *Narbam* profecturos succlamantes, injuste eum facere, qui quod omnibus hominibus ceu aer ipse quo vivimus, commune esset prohiberet, ac literis missis fatali obstinatione privilegia urgent, nec jus esse Regi, impediatur, rescribunt. Ac non expectato responso preciosissimas merces in unum comportant, naves expediunt & *Narbam* proficiscuntur aut inlitores suos ac negotiorum gestores ablegant. Rex ubi de hoc rescivit, instructus advenit, & in reditu omnes pavore consternatos interceptit. Unde primum *Sueco* hosti potentia classium augeri cepta. Quæ res ubi in Senatu refertur, tum demum placuit ad Regem mitti Legatos. Decernuntur duo ex Senatoribus qui negotiatores erant, una cum eo quem dixi *Gunzmanno* Senatu à secretis: eos ubi in aulam Regiam admissi sunt, cum ablata mandatis expositis reposcerent, Rex quod suum negotium quodammodo eos agere videret, nec moribus aulicis expolitos irrisit, atque aliquandiu detinuit: cunisque videret eosque una cum reliquis, quibus merces ademerat, plerosque omnes & Senatorii ordinis, & Mercatores esse, iisve aut affinitate aut propinquitate conjunctos, atque ita pro se suisque quenquam agere, hac occasione utendum ratus altuto sane consilio concessit Legatis expetentibus merces aliquas, ut *Narbam* adveherent (quæ tamen omnes postea in profuente non sine ultione Supremi Numinis submersæ sunt). Itaque duplex commodum consecutus, & ut remissius agi ceptum sit, & duræ admodum conditiones propositæ fuerint, in quibus & hæc extiterant, ut domum mercatoriam sibi in urbe *Lubeca* concederent, & secum fœdus vellent, quævisque opus esset milite colligendo, in urbe locum Regi darent, & alias nonnullas: interim tamen eo juris cognitioni, coram Jureconsultis aut arbitris utrinque delectis, sese offerente ita demum Legati damnati sunt. Idem porro, cum per *Daniam* domum reverterentur, atque *Haffniam* (regia est hæc Danorum ac totius regni caput) appellerent, de bello in *Sueciam* à Danorum Rege inveniendocompererunt, instigantibus etiam eos quibusdâ Proceribus, ut injuriam tam insignem ulciscerentur, & se optare affirmantibus, ut Danorum Regi fœdere conjuncti communem hostem communibus armis invaderent *Lubecenses*. Cum autem Legati reverfitem omnem Senatu exponerent ac simul quid in *Dania* gereretur edocerent, Ira & dolore amissarum facultatum incensi Patres bellum cum Suecorum Rege gerendum decernunt.

Dum omnia ad bellum apparantur, scribit Senatus Devo *Ferdinando Augusto*, se extrema necessitate coactum ad infringendos Suecici regis conatus, defendendorum civium suorum causam fœdus cum Danorum Rege percussisse, opemque Imperii implorat. Cæsar dolere sibi respondet, rem ad arma devenisse, nec se unquam sperasse rem ita casuram: Cæterum se primo quoque tempore Legatos missurum, qui negotium si unquam fieri possit, componant. Scribitur item à Senatu *Johanni Basilio Moschorum* Imperatori, ac inter cætera narratur, quod *Narbicam* navigationem & commercia cum ipsius diuionis hominibus Rex *Suecicus* prohibeat, ac proinde se contra eum necessaria arma fœdere cum Danorum Rege factisumpsisse, pe-

tere se, ut omnes eos, qui negociandi causa *Narbam* commeant, defendat. *Moschus* ad ea omnes *Lubecensium* cives qui in diuionibus suis negotientur, in terris istis se defensurum pollicetur. Cæterum ut eos in aliena ditione tueatur, fœdere quod cum Sueciæ Rege sanxerit, se prohiberi: Idque se primùm non violaturum affirmat. Cum *Moscho* enim *Suecum* committere fategerant, ut sic multiplici bello distentus hostis frangeretur. Et hæc quidem de *Ruthenica* *Lubecensium* navigatione hæctenus dicta fuerunt, cujus prohibitione se ad bellum impulsos præcipuè conquererentur: Ad *Dania* vero Regis causas quod attinet, in eas diligentius alii inquirent: cogitationis sanè vinculum (quod hic toties allegat) inter utrumque Regem arctissimum esse constat. Nam ut supra narratum memini, duarum sororum filii sunt, *Dania* Rege ex *Dorothea*, *Sueco* ex *Catharina* *Saxonis* sororibus, filibus *Magni Ducis inferioris Saxonie* nato. Cæterum innata gentibus adversus alias mutua odia, maximè dominantis *Ibidinis* facibus accensa, cognationibus præpollere sæpius consueverunt: idque hic quoque acciderit multi verentur. Non enim ignotum quæ & quam vetusta inter *Suecos* & *Danos* odia, quam diversa eorum studia, & quæ mutæ gentium sugillationes fuerint, quæ hic repeti minimè necesse est, cum in utriusque gentis historiis abundè exponantur, quas qui volet ipsemet legere poterit. Cæterum ut ad institutam à qua digressi sumus narrationem revertamur: *Suecus* literis belli denuncia-toris acceptis ad eas placidè respondit: inquiens: *Regis Danici consanguinei quod regni dignitate emineret, fœcilem se recipere, licet longe aliam spem de eo concepisset, qui nunquam lapsus à se esset. Lubecensium* verò fœcilem ad Senatum *Stocholmiæ* urbis, quæ caput Sueciæ est, ablegat false dictitans: Reges regibus, cives & rusticos civibus & rusticis bellum indicere debere: At illi qui jam longè ante copias conscripserant, tanta celeritate progrediuntur, ut *Suecum* nihil minus cogitantem, in summas capiendi consilii difficultates conjecerint, ex quibus tamen ita se extricavit, ut portibus munitis, ac finibus mōtium, qui *Sueciam* à *Dania* finibus disternant, præsidio firmatis, nemoribusque succis, hostes ab ingressu Regni arceret, quantumvis copiis instructissimos: nam præter *Danicas* copias pro Rege *Guntherus Comes Schwartzburgicus* equitum alas novem, *Gregorius vero Holius* peditum signa circiter sexaginta conscripta ad fines *Sueciæ* eduxere, qua tamen nihil aliud memorabile gessere, quam quod atcem *Elsburgensem* cum finitima diuionula *Oelandica* ceperint.

Porro sub belli hujus initio *Ericus Suecia* Rex *Joannem fratrem Germanum Finlandiæ Ducem*, notetum nihil tale opinantem in *Aboensi* arce capit, quod ei, *Poloniæ* Regis non tantum à se hostiliter dissidentis, sed & omnes finitimos ad belli societatem invitantis sororem in matrimonio habenti minimè fidentium cœca suspicione arbitraretur: Captum itaque multis deinceps annis in vinculis habet, donec idem fortuna variante iisdem includitur, *Joanne* fratre liberato.

Eodem mense Junio ingentes terræ motus in ditione *Venesorū* & *Turcarum* ad mare *Adriaticū* extitere, ita ut decimotertio hujus mēsis hominū clade *Caitarensis* civitas, aliæque urbes & arces corruerint,

Julij mensis decimo bellum contra *Anglos*, qui *Portum Gratia* occupant, per *Regem Gallia* edicitur, proclamaturque. Extremo itaque Julij *Angli*, qui sub *Comite Warwichio* in urbe agebant, per *Connestabulum & Marechallum Montmorencium* obsessi, post concussa aliquot diebus moenia tam eorum ruina, vel metu oppugnationis, quam pestis in urbe grassantis, atque indies quam plurimos praesidiariorum absumentis saevitia, sarcinas suas cum iis quae *Reginae* essent, utensilibus, ac machinas bellicas & naves, quae vel *Galliae Regis* ejusve subditorum essent, cum omni apparatu ac instrumento relinquentes, urbem dederunt. Quae res sanè feliciter & tempestive *Gallis* cecidit: paucis enim interjectis diebus 1800. *Angli* à *Regina* missi appulerant, & *Ammiralis Clithon* cum 60. navibus supervenerat: sed cum deditioe facta maxima pars *Anglorum* *Portu* excessisset, tempore exclusi in *Angliam* unde venerant conversis velis redierunt.

Sub exitum Augusti *Ericus Dux Brunsvicensis*, qui copiis pedestribus atque equitibus in suo *Ducatu*, vicinisque locis, collectis multorum animos ita suspensos tenuisset, ut, quid moliretur, quo ve tenderet, nemo conjicendo assequi posset, tandem exercitu in *Westphalam* converso, *Warrendorpium* oppidum ditionis *Monasteriensis* occupat, ac *Legatis Dizcelescos* inimicitiae causas quaerentibus, hanc significat. In bello, quod *Protestantes confederati*, contra *Patriuelem Henricum juniorem*, anno 1542. gesserunt, vexilla atque signa *Episcopi Monasteriensis Francisci* è comitibus de *Waldeck* ad obsidionem *Wolfenbutti* pergentia, in suo *ducatu*, contra antiqua domus *Brunsvicensis* & *Diaeceseos Monasteriensis* foedera conspecta itaque se damnorum eo tempore sibi suisque illatorum resartionem petere. Licet hæc causa omnibus mira videretur, cum ea *Philippo Magno Duce Brunsvicensi Henrici filio*, anno 53. arma hinc inde per *Saxoniam* circumferente, ac injurias *Patri* illatas vindicante, transacta fuisset, ac ipsi *Ericus Henricum* *Patriuelem*, harum copiarum congregatione non parum conturbasset, tamen *Dizcelesiani Monasterienses*, instante necessitate compulsi, aureorum 30000. pacem ab eo redimunt. Quibus ille acceptis, inde movet, ac per *Luneburgensem, Megalopolensem, Marchicum*, & *Pomeranicum Ducatus*, & viginti peditum signis, ac equitum alis tribus transiens, ad fines *Borussiae* accessit. Ab iis verò *Alberti* affinis copiis exclusus, quod hic hostiliter magis, quam amice venienti transitum denegaret, à 12000. aureorum, mutuo acceptis, viam per quam venerat, arripuit: ac non solum *Borussis*, sed & aliis vicinis, ad ejus grassationes reprimendas insurgentibus, vexilla discindere, copias dissipare, tormenta bellica dimittere, ac re infecta lares patrios repetere coactus est. Quid verò ista longinqua excursione, ad fines *Borussiae* voluerit, paucis divinando assequi contigit, ipso ita consilia occultante, ut causam proprii corporis, si eorum hanc consciam sciret, se dilaceraturum, multorum *Legatis* responderit. Quidam cum *Polono adversus Moschovitas vel Suecos* militaturum putabant, sed eorum opinionem sefellit, quod affinis ipsius *Albertus Dux Borussiacus Polono* peditissimus, ipsum à finibus suis arcuerit. Ac *Polonus* expeditione *Erici* nunciata *Christophorum Megalopolensem Archiepiscopum Rigensem*, qui *Gualberto Fürstenbergico* successerat, in vincula conjecerit, tracta-

tionibus inter utrumque, habitis, intellectis. Alij alia de eo suspicabantur, sed prudenti occultatione consiliorum, omnium conjectationes elusit, ac in progrediendo, tanta celeritate usus est, ut cum *Legati Czarci* subsequentes, ad exequenda mandata nullibi deprehendere potuerint.

Mensis Septembris die octavo, *Maximilianus Romanorum* Rex designatus, *Pofonij* quod *Presburgum* dicimus, *Hungariae* Rex ab *Archiepiscopo Granensi* coronatur in praesentia conjugis *Mariae & liberorum*, duorum fratrum *Ferdinandi & Caroli Archiducum Austriae, Archiepiscopi Salzburgici, Episcopi Uratislaviensis, duorum ducum Lignitensium, totidem Munsterburgensium, Principis Teschenensis & Plavici, regnorum Bohemiae atque Hungariae* procerum multorum, quorum tanta illic frequentia fuit, ut praeter 2000. equitum Hungaricorum ad 5000. equitum ex aliis provinciis numerata sint. Sequenti porro die pari solemnitate conjunx *Regis Mariae Reginae Hungariae* uncta atque coronata est. Ita *Maximilianus*, quod paucissimis regibus contigit, trium regnorum coronas intra unum annum capitis suo felicissime imposuit.

Ad 24. mensis Septembris, *Rex Francia Carolus*, decimum quartum annum agens, *Lutetia* in suprema *Curia* tutelam à se abdicavit, & regni administrationem, in se, tanquam sui *Juris* transtulit: motus de hac administrationis susceptione ipsi à *Parlamento Parisiensi* quaestiones fuere, sed iis neglectis in suo instituto more majorum perrexit, quas qui cognoscere volet publicè editas inveniet.

Vicesima octava mensis Septembris *Cardinales Inquisitioni haereticae pravitatis Romae* praefecti, cum anno superiore eorum potestas à *Pio Quarto* non solum confirmata, sed & aucta esset, ita ut non per *Italiam* modò, sed etiam extra *Italiam* per omnes *Christiani* nominis provincias, regiones, & loca, in quoscunque *Lutheranae, Zuinglianae, Calvinianae, Anabaptistarum*, & aliarum quarumvis haeresium sectatores, eorumque fautores & defensores, cujuscunque gradus, ordinis, conditionis & dignitatis, sive *Ecclesiasticae, sive politicae* essent, atque etiam si dignitate regia praefulgerent, inquirendi & contra eos secundum sacros canones, procedendi potestatem haberent. Tandem dicti mensis, hujus die potestate sua freti, ut regnum *Galliae* novis rebus involverent, decrevere *Monitorium Panale* (ut vocant) contra *Illustrissimam & Serenissimam Dominam Joannam Albrechtiam Reginam Navarrae* ei in *Gallia* non intimandum, sed *Romae* certis locis affigendum, ut ea coram sua *Sanctitate & Praelatis Illustrissimis & Reverendissimis*, ad causam haereticos intra sex menses, dicendam compareat, id nisi faciat *Regnum* ejus, principatus, ac alia cujuscunque status *dominia* occupantibus, vel quibus, à *sanctitate* sua collata fuerint, danda. Verum quia hæc citatio memorabilis atque dignissima est, quae ob severitatem *Inquisitionis Romanae* in reprimendis haeresibus, ad omnem posteritatem transmittatur, ejus tenorem ad verbum subjicere, non inutile fore duximus. Cum, inquit, „nostro incumbat officio, ut contra omnes & singulos qui *Christianum* nomen gloriantur, de haeresi „quovis modo suspectos, seu haeretica labe infectos „ipforum credentes & fautores procedere debeamus: eò magis contra illos, de quibus dictum „omnipotens regnorum gubernaculum concessit „quo-

quorum interest, ei qui ipsi potestatem tribuit subesse, inservireque, sanctamque Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, in matrem cognoscere, eidemque fidem indefesse illibatam servare. Ideo cum fama publica etiam per viam notorij, non quidem absque maximo animorum nostrorum moerore perceperimus, Illustrissimam & Serenissimam D. D. *Joannam Albretiam, Reginam Navarra Principissam Bearnij*, a fide Catholica quam Sancta Romana ac Catholica Ecclesia, tenet, credit, docet ac predicat, deviasse & aberrasse, ac quotidie magis & magis deviare & aberrare, palam & publice, quod nedum in sui ipsius aeternae damnationis, verum & subditorum suorum perniciem, absque dubio cedere haud ambigimus. Idcirco, hujusmodi periculis ac saluti animarum, tam ipsius Illustrissimae & Serenissimae Reginae ac Principissae, quam subditorum eorundem, & universorum Christi fidelium grave scandalum auferendum, prout tenemur & nostrae partes sunt, providere volentes juxta provisionem litterarum Apostolicarum, & decreti apostolici formam, continentiam & tenorem stantem iudicis & testibus examinatis contra ipsam laborantem & alios super non tuto accessu per dictum D. Procuratorem fiscalem quibus opus sit repetitis & reproductis eandem & Illustrissimam & Serenissimam Reginam & Principissam, &c. Priuten & personaliter comparendam & Celsitudinem suam Illustrissimam & Serenissimam de & super erroribus & haeresibus in quibus prolapsa est, & lineam ac sufficienter expurgandam per edictum publicum in Romana curia, eo quod ad Celsitudinem suam Illustrissimam & Serenissimam personaliter citandam tutum non patere accessum nobis constitit, & constat in locis infra scriptis, affigendum, publicandum, & exequendum, juxta earundem litterarum Apostolicarum, & decreti vim, formam continentium & tenorem ad *Magnifici Viri Domini Illustriss. V. D. Petri Belli ejusdem Sancti officij procuratoris fiscalis*, instantiam & petitionem decernendam duximus prout decernimus per praesentes & mandamus. Quare per hoc praesens publicum edictum in Romana curia in valvis palatii, officij sanctae inquisitionis ac Basilicae Principis Apostolorum de urbe, cancellariae Apostolicae & in acies campi flore, per affixionem praesentium ac dimissionem aliquo temporis spatio. Et deinde post ipsius originalis lecturam & affixionem dimissis praesentium copiis affixis, affigendum, publicandum & exequendum, & praelibatam Illustrissimam & Serenissimam D. D. *Joannam Albretiam, Reginam Navarra, & Principissam Bearnij &c. Priuten* autoritate Apostolica, & qua fungimur, in hanc parte peremptorie, monendum & requirendum ac hortandum prout citamus, movemus & requirimus ac hortamur eique nihilominus in virtute ipsius sancti & sanctae obedientiae ac sub excommunicationis latae sententiae & Regni Navarrae, & Principatus & cujuslibet status & dominij vel dominiorum, directorum vel utilium, vel quovismodo ad ipsam alias spectantium, & pertinentium & servitorum & vassalis alias sibi debitis & quarumcunque gratiarum, & privilegiorum a sede apostolica, obtinentium & confiscationis omnium jurisdictionum, privilegiorum, quae vel quos in praefatis regno & principatu, & dominiis Vassalis habuit, habet seu habere quomodolibet praetendit omnium & singulorum feudorum ad se quomodolibet

pertinentium & spectantium omniumque & singulorum bonorum suorum feudaliu, seu Alodialium omniumque mobilium praesentium & futurorum ubicumque existentium & quarumvis dignitatum & titulorum: Ita quod in contraventionis, quod Deus avertat & contumaciae, regnum, principatus, ac alia cujuscunque status & dominia hujuscemodi dentur, & dari possint cuilibet illa occupanti, vel illi aut illis, quibus Sanctitati suae & Successoribus suis dare & concedere magis placuerit inhabitatisque illa & alia quaecunque imposterum obtinendum, confessionisque haeresum eique Illustrissimae ac Serenissimae Celsitudinis suae objectarum aliisque gravioribus arbitrio nostro, & praelibati Sanctissimi Domini nostri Papae, & Sanctae sedis apostolicae infligendis & declarandis censuris & poenis, districte praecipimus & mandamus, quatenus infra terminum sex mensium proximorum futurorum, ab executione praesentium computantium; quorum sex mensium duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos menses, pro tertio, ultimo, & peremptorio ac monitione canonica assignamus, & beat per se ipsam, non autem per procuratorem aliquem, hic Romae, coram praelibato Sanctissimo Domino nostro, seu nobis in congregatione nostra officij nostri Sanctae Romanae universalis inquisitionis comparere, ad se a praemissis haeresibus, criminibus objectis lineam expurgandam & ignoscendam esse demonstrandam comparuisse, alioquin pronuntiandam praenominatam Illustrissimam & Serenissimam *Dominam Joannam Albretiam Reginam Navarra, Principissam Bearnij, &c. Priuten*

Priuten per simile edictum modo quo supra exequendam tenorem praesentium; citamus & movemus quamvis prima die juridica post lapsu dictorum sex mensium, immediate sequentium compareat, similiter coram praelibato Sanctissimi Domini nostri, seu nobis personaliter, & non per procuratores aliquos, ad videndum & audiendum supra dictis haeresibus, criminibus per nos inquiri probationes quascunque de super necessarias & opportunas recipi & admitti & servatis primis terminis, in similibus de more servari solitis & consuetis per nos vel aliquem nostrum, pro certa die ad id deputanda, de omnibus contra eandem *Illustrissimam & Serenissimam Joannam Albretiam Reginam & Principissam* laborantibus hujusmodi causae mentis eidem *Sanctissimi nostri Domini Papae*, in ejus Consistorio secreto relaxationem fieri, & illa facta se dictas sententias, censuras & poenas ac alias per sacras constitutiones & in haereticos & schismaticos inflictas prout juris fuerit, damnabiliter incidisse & incurrisse declarari, sententiamque declaratoriam & diffinitivam conjunctim vel divisim absque alia nova citatione de super faciendam, arbitrio Sanctitatis suae proferri aliaque in praemissis necessaria, & opportuna procedi & fieri, prout justitia sua dabit & ordo dicaverit rationis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium praemissorum, praesentes litteras, sive praesens nostrum Monitorium Poenale, sive citationem nostram hujuscemodi exinde fieri, & per notarium & Secretarium nostrum dicti Officij quo utimur jussumus & fecimus impressione communicari. Datum Romae in palatio Apostolico, & in congregatione nostra officij nostri Sanctae Romanae universalis Inquisitionis in aula Constantini

ini coram praelibato S.D.N. & nobis, facta sub anno a Nativitate Domini 1563, indictione sexta. Die vero mortis 28. mensis Septembris Pontificatus praelibati S.D.N. Pij divina providentia Papae quarti, anno eius quarto.

Hac vero citatione in Gallias ad Reginam Navarrae perlata non quidem illa qua celsissimo animo esset, hisce terroribus perterrita facta est, sed Dei Omnipotentis misericordia, ac bonitate suae causae freta, terribilia haec contempsit, nihilominus tamen cum Rege consanguineo, de tota hac causa contulit: Is itaque re cum suis consiliariis communicata, ac quo omnia tenderent perspiciens, paulo post ad Pontificem scribit, *se non citra molestiam cognovisse, consanguineam suam addicendam praetensam haereticos causam intra sex menses, Romam citatam, sub comminatione privationis. Itaque se ex obedientia Sanctitati eius debita, necessarium existimasse, esse graves atque urgentes rationes, ob quas sortem atque consanguineam, ejusque bona, in protectionem recipiat, nec hunc conatum, dissimulando praeterire possit.* Primo namque dictam Reginam, tam ex parte patris, quam matris sibi proximitatis jure junctam, hunc quoque honorem ei habitum, quod excepta domo regia, matrimonio collocata fuerit eminentissimo Galliae Principi, qui nuper in bello ob religionem in Gallia moto occubuerit: Ex eo vero matrimonio duos liberos minorenes natos, quos ipse sub protectionem receperit, apud se educari curet, tanquam patruelis avunculus. Quare se non posse non attendere, ad eorum familiae Regum Galliae, ita devictorum, honorem & bona, nisi aliae rationes, cur id fieri non debeat proferantur. Deinde, cum dicta Regina titulo & dignitate regali utatur, eam juste Regibus suis fratribus significare, quale exemplum in ipsam statuatur, quod temporis progressu in alios Reges redundare possit, eorumque favorem, auxilium, & protectionem maxime in viduitate constituta implorare, & specialiter Regi Galliae exempla majorum suorum in memoriam reducere, qui principes afflictos atque ejectos in suis dominiis, vel turbatos in iis ex omnibus partibus, Italia, Hispania, Germania & Anglia receperit. Nec deesse in hoc casu exempla domestica, quae merito Regi ob oculos ponantur: *Philippum* etenim audacem filium *Sancti Ludovici Regis Galliae*, congregato valido exercitu, defendisse *Regnum Navarrae*, pupillae, quae ducta in Gallias atque maritata Philippo originem dedit lineae rectae, a qua Regina Navarrae descendat, ac ulterius expulso *Joanne Albrechtio patruo* dictae Reginae ex Regno sub eodem praetextu, qui jam quaeratur, eum receptum per antecessores suos regni Galliae, a quibus ipse & ejus posteritas, provirili, defensi ac sustentati bona gratia fuerint. Similia exempla Sanctitati suae ex historiis Romanis, Italicis & Gallicis obvia esse, quod ipsi etiam Pontifices Sanctitatis suae praedecessores afflicti atque oppressi ad brachium protectionis Regum Galliae sese coniecerint, eamque talem senserint, ut eam nec negare possint nec oblivisci debeant, nisi indignos se similibus auxiliis, quibus gravissimae necessitatis tempore sublevati fuerint & jam indigent reddere velint.

Tertio dictam Reginam, tam vicinam conjunctam, tam confederatam Regi, ut ipsa & regna ejus citra molestationem & injuriam Regis turbari ne-

queant. Cum vero Regis intersit pacem ac tranquillitatem vicinorum, de quorum benevolentia & pace confidat, conservari, vias quibus alij ad suas ditiones invadendas tendant, se praecusurum. Atque hoc esse, quo se Rex petitem, hoc monitorio praecipue doleat: nimirum, ut fidelibus atque antiquis vicinis a se alienatis, aliis ludibrio exponatur. Ad animum itaque se revocasse, quod si sub hoc praetextu talia in partibus montanis quaerantur, similis causa quaeri queat; ad terras obedientiae ac ditioni regiae subiectas affectandas, unde successu temporis, inter maximos Principes & Reges, qui jam inter se conjuncti sint, magni belli occasio emergere possit, praesertim finitimos, ita ut nullus ipsis ratione bonorum vicinior esse queat alias confinibus bellorum & dissensionum periculosam materiam subministrantibus.

Quarto Reginam esse subiectam Regis ratione maximae partis bonorum, terrarum & ditionum, ita ut considerata personae qualitate, illa nec per Constitutiones, nec Concilia, nec statuta pontificalia ob quamcunque causam, maxime a causationem publicam ac criminalem, extra Regnum Galliae ad iudicium trahi queat, cum Rex suos Judices, Officiales ac Justitarios habeat, quibus omnes Principes & alij subditi obedienter sese subijciant. Nunquam ad hoc usque tempus auditum, Regis Galliae subiectos vocatos fuisse ad comparandum per Procuratorem, multo minus personaliter coram deputatis Inquisitionis Curiae Romanae, sed semper eos usos hac libertate, ut coram ordinariis Judicibus se siterent, nimirum Laici coram regis, Clerici coram Ecclesiasticis in prima instantia, ac in casu appellationis coram delegatis Sanctissimi Patris, ne quisquam regno evocaretur: quantum vero ad confiscationem bonorum pertineat, absurdum Regi videri, quod eam *Sanctissimus* sibi vendicet in Regno Galliae, in quo nec dominium, nec dispensationem eorum habeat; unde Regem reclamare monitorio contra Conciliorum & Canonum constitutiones, quae in libris praedecessorum scriptae inveniuntur in hoc usque tempus.

Hisce rationibus & similibus Regem adductum, ut hoc factum sua maximopere interesse, atque valde absurdum putet id inceptum, se prius non admonito, cum tam propinqua cognatione sibi junctos, fratres nimirum ac sororem dignitatis regiae, vicinos confederatos subiectos, atque bona eorum conger-

Atque hisce atque aliis Sanctissimo ad animum revocatis quanta potest animi observantia ac devotione rogat, ut monitorium revocet, casset, atque similes processus contra *Reginam Navarrae* fieri inhiberent, idque tam evidenter declarat, ut singulis notorium fiat, vel ad eorum notitiam perveniat, eorum quoque quos intra suostalis monitorij autores, eorum deprehendat, castigandi facultatem concedat; Cum protestatione, quod si alia remedia sequi cogantur, quam antea in similibus casibus quaesita fuerint, id sibi displicere necessitate coacto, ne in re tam justa ac rationabili ullis sumpibus ac viribus parcat, pro ut & ea impendere huic negotio statuerit, ac hae quidem Regis juvenis sententia talis fuit, ut Seniorum, vel veteranorum potius multorum consilia tunc retardarit.

Secundo Octobris *Wilhelmus à Grumbach*, cum bonis

bonis suis ultra decennium propter noxam contra *Episcopum Wirzburgicum*, in bello *Marchionis Alberti*, aliosque confederatos, anno 52. commissam, spoliatus fuisset: nec vel amicorum precibus, vel Principumquam plurimorum intercessione, eorum restitutionem impetrare potuisset, tandem aliquid memorabile & congruum damnis acceptis audendum ratus, clanculum 600. equites, totidemque pedites mira celeritate conscribit, atque ad *Sinum* amnem certo die ac loco, adesse jubet, plerisque eorum cui militaturi essent nescientibus: Atque eos jam congregatos existimans, cum suis ex territorio *Co-burgensi* progreditur, *Præpositum Ecclesie Wirzburgicæ Richardum de Keere* in monasterio *Westerwinkel*, non longè à *Valhusio* oppido sito, intercipit, ac secundo die Octobris summo mane cum copiis *Wirzburgum ad Mœnum*, qua propè Sancti *Burchardi* arcem præterfluit, contendit, ac quolibet equite post se peditem in equum sublevante vadum fluminis à piscatoribus demonstratum transit, portaque quæ macellariis nomen habet occlusa, inde ad aliam quàm à piscatoribus de nominarunt, progreditur, eamque, cum non usque adeò diligenter custoditam, ac vetustate debilem sciret, ferrulis ad hoc peculiariter præparatis aperit. Ea ergo patefacta, magno impetu in civitatē irruens, quatuor loca, ad quæ cives pro veteri instituto, necessario tempore concurrere norat, singulis signis equitum ac peditem occupat, ut facultas conveniendi civibus adimatur, tantumque tubarum clangore concitat ut tota civitate perlonantē, incolæ ad inusitatum sonum consternarentur, mox ipse tubicine ac aliquot equitibus & pedibus comitatus cives ex ædibus erumpere volentes, alta voce admonet, ut domi se contineant, quieti maneant, nullamque vim metuant, Canonicos ac sacerdotes, non cives peti. Si quis verò hoc negligat, hunc statim interfectum iri. Equites quoque ac pedites, qui ultra viginti quatuor horas nec cibum ceperant, nec quis descenderant, orat, ut equis usque ad meridiem insideant, nec loco assignato moveant, Id quod quamvis plerisque eorum ex itinere fessis grave esset, factum tamen ab his est. Cives quoque plerique, re improvisa, attoniti, atque eorum quæ agerentur inscii, domi se continere, duodecim exceptis, qui incendium in civitate esse existimantes, atque ex ædibus prosilientes misere interfecti fuere, inter quos portæ custos & duo insitiores Norici ad tabernas suas in hoc tumultu confugituri, qui postea in unum ac idem sepulchrum reconditi fuere: Ac deinde non tantum portas civitatis diligentissimo præsidio firmat, sed & cives, ut arma sibi tradant adigit, quibus suos minus instructos armat, quatuor locorum præfectis jurejurando obstrictis injungit, ne huic causæ implicent, non enim sibi quicquam cum ipsis, sed cum Canonicis rem esse, quibus restitutionem bonorum ablatorum sibi facientibus, sit discessurus. Eo ante meridiem peracto, tum cuilibet concessum, ut quod velit hospitium occupet, tunc verò non solum monasteria virginum atque virorum in vasa, sed & Canonicorum, Sacerdotum, ac Consiliariorum Episcopi ædes occupatæ, quantaque pertulerint, dici vix poterit: Nam omnia quæ in iis inveniebantur, nullo habito discrimine, diripiabantur, cistæ occlusæ vi perfringebantur, omnia vasa contusa inspiciabantur, lectister-

nia excutiebantur, Canonicorum ac sacerdotum famulæ gravissimorum tormentorum metu, ad eorum, quæ celata scirent detectionem adigebantur, ac quæ invenirentur, aurum, argentum, et cetera, vestimenta, instrumenta, literarum diplomata, aliaque similia hostis prædæ cedebant, quolibet se ita ditatum exultante.

Nec verò solum hæc direptio intra Canonicorum ædes constitit, sed & ad Nobilium viduarum ac virginum domicilia processit, quarum multis mundus muliebris ereptus esse fertur. Cumque in nundinis Divi Michaelis, illic more solenni celebratis, Norici insitiores mercimonia sua reliquissent, & ipsorum tabernæ eandem, quam Canonicorum ædes calamitatem sensere, direptæ atque ab hoste expilatæ. Hac verò miserabili direptione durante, qui ab Episcopo absente, atque ad Noricos se recipiente, in arce relicti erant, tormentis bellicis in hostes ejaculari non desistebant, sed frustra.

Interea verò dum civitate occupata, hostis prædæ intentus est, multi qui nomina dedissent, ac in tempore adesse nequiverant, ad portas accurrentes in urbem intromittuntur. *Grumbachus* verò, ut civibus fucum faciat, atque innuat, se cum suis non ita subito discessurum, patibulum in foro pro militari consuetudine erigit. Metatores quoque circumire curat singulis ferè ædibus nomina falsa aliorum adventurorum ascribentes, ut cives ad versariorum multitudinem territum offi. maneant: id quod contigit maxime *Grumbachio*, quod civibus promississet servante. Caterum cum is metueret, ne Episcopus, quem civitate occupata ad Noricos profugisse diximus, non saltem subditos *Diaçeseos*, sed & confederatos ad arma evocaret, eorumque auxiliis iter hosti præcluderet, quarto ejusdem mensis Canonicis, Consiliariis, ac civitatis Senatoribus indicat, ut cogitent de transactione ea nisi sequente die fiat, se non expectaturum, quoad confederatorum Episcopi auxilia veniant, sed cum suis auxiliariis *Diaçesin Wirzburgicam* igni ferroque vastaturum, subditos ejus gravissimè multaturum, & nullum crudelitatis genus ullibi locorum prætermitturum, ac librum de egregiis facinoribus Episcopi ejusque adhærentium scriptum quem manu tenens ipsis prælegebat, divulgaturum se esse, ut ea toti orbi patefierent. His itaque Canonici atque Consiliarij *Wirzburgici* auditis, atque hostis crudelitate experta, nec ulla celerioris auxiliij expectatione affulgente, ad id quod in extrema necessitate fieri consuevit, condescendunt, atque cum hoste gravissimè id urgente hisce conditionibus, nomine Episcopi & totius Capituli ac Senioris, Septimo Octobris die transigunt.

Episcopum Seniore Decanum atque Capitulum, *Grumbachium* ratione eorum bonorum, quæ *Hentico Duci Brunsvicensi*, in bello *Marchionico* ab Episcopo utenda data fuerint indemnem servare debere.

Porro, cum *Grumbachus* transactionis formulam inter se & *Melchiorum* Episcopum atque Capitulum *Wirzburgicum*, undecimo Junij anno quinquagesimo secundo factam, sibi reddi, bonaque in ea nominata tradidi, ac pro materia in *Sylvis* suis casa memoris *Raspergensis*, quod suorum majorum fuerit, restitutionem, ad hæc quoque fructuum ex bonis spoliatis percipiendorum restitutionem ac interesse pessisset. Hæc tria ad irrim-

Principum Archiepiscopi Moguntini Danielis, Joannis Friderici medij ducis Saxoniz & Philippi Landtgravij Hesse dijudicationem rejeci, quibus inter quatuor menses locum designandi, in quo hac causa ventiletur, potestas tributa sit. Si vero in iereate temporis, quemquam ipsorum mori contigerit, intra mensis spatium alterius nominandi potestatem partibus relictam esse. Et quia Ernestus Mandelslous, & Wilhelmus de Stein indicarint, quare ratione præterito bello Marchionico damna non exigua perpessi fuerint, nec Grumbachius se ab ipsis, nec hi vicissim se ab eo se jungerere cogitent, ideo in hoc consensum, ut Ernesto Mandelsloo pro damnis in bello Marchionico ab Episcopis accepto, in proximis nundinis Lipsensibus novi anni, in adibus Chilianis Kuelstvein 6000. thalerorum apocha data solvantur Wilhelmo etiam de Stein pro suis damnis, 10000. thalerorum solvenda, terminis infra dictis, nimirum quinque millia futura cathedra Petri anni 1564. reliqua quinque ad annum 1565. in eadem feria eidem ad refectorem arcis Breisbachie, ex nemore Bambergerico materiam adificiis necessariam suppeditandam, arrestum pecunia Hasfurti factum relaxandum, modo quibus ipse in diacesi Wirzburgica obligatus sit satisfaciatur.

Vicissim verò Grumbachium eum suis manipularibus & copiis absque ulterioribus incendiis, direptionibus & damnis, ex civitate & diacesi Wirzburgicis discedere debere, copiarum Erici Brunluicentis Ducis aliorumque auxiliorum dimissionem procurare debere, quo diacesis Wirzburgica in posterum indemnis conservetur.

Et quo melius Grumbachius ejusque manipulares copias ex civitate ac diacesi educant, 25000. thalerorum solutionem hoc se modo promississe, nimirum ut jam statim, decem millia, & in festo futuro Cathedra Petri rursus decem millia Francofurti, reliqua quinque millia in eodem festo anni subsequenti numerentur. Omnes proinde controversias, que inter Diacesin Wirzburgicam, Grumbachium & ejus complices atque ministros extiterint compositas atque sopitas esse, indignationem quam Episcopus contra ipsos conceperit, sublata esse debere.

Suspectis de cade Melchioris Episcopi pientissima memoria & auxiliatoribus Marchionis Alberti pacem ac securitatem præstitam, vicissim quoque Episcopum & omnes ejus subditos, Ecclesiasticos atque polticos nulla molestia ab ipsis eorumque ministris afficiendos, sed omni securitati gaudere,

In hac pacificatione Franconicos confederatos quoque comprahensas, hac ratione Grumbachio, ejusque manipularibus propter nullas præteritas actiones, quid periculi ab illo ipsorum sit metuendum.

Ex adverso quoque Franconicis confederatis à Grumbachio ejusque complicitibus vel in discessu vel alio tempore, nullam molestiam inferendam, arbitrio tamen Franconicorum relinqui, an huic pacificationi includi velint nec ne, mentem verò suam primo quoque tempore ipsos parefacere debere.

Omnes lites in Camera Imperiali, ac coram feudali Judicio Wirzburgensi, contra Grumbachium & Stainium pendentes, abolitas esse.

Si Casarea vel Regia Majestates aut quivis alius vel judicialiter, vel extra judicialiter, vel alio quovis modo contra hanc transactionem ac pacificationem quid suscipere, velent, Episcopum coram Casarea Majestate, Camera Imperiali, Fiscali ac alijs, Grumbachi-

um ejusque complices defensurum atque indemnes servaturum ac effecturum ut transactio hac confirmetur.

Richardum de Keere Præpositum wirtzburgicum, quamprimum de pretio redemptionis, cum Justo de Zewitz convenerit, statim liberum dimittendum absque ulteriori exactione. Hac servanda fide, quam fieri possit optima. Si vero his contraveniatur, Grumbachio ejusque heredibus jus esse vocandi capitulares, ac consiliarios ut se sistant, loco quocunque ipsis libuerit. Huic transactioni subscribere nomine Episcopi & Nobiles, partim Canonici, partim Consiliarij, nomine Grumbachij ipse, Ernestus Mandelslous, & Wilhelmus Steinius.

Hac ergo transactione extorta & omnium monasteriorum angulis pervestigatis, Canonicorum ædibus excussis, armisque civium dispersis, subsequenti die Veneris qui erat nonus Octobris, Grumbachius cum suis præda onuktis ex urbe discedit, atque in itinere pagis suis in fidem receptis, Mochsheimy, qui pagus est Schwinfurdensium, equites, atque dimidiam partem dimittit, horum cuique, qui innumeros relatus esset, duos florenos tantum solvens, ut contenti discederent, reliquis inde in arcem suam Hellingensem ductis, ibidem merita salaria numerans, qui mox per varia loca dilapsi sunt, ut unde venissent, vix sciri potuerit. Præcipui verò qui ei subsidio venerant fuere Ernestus Mandelslous, Wilhelmus Steinius, & Adam Weis: Equitum pars maxima ex Ducatu Brunsvicensi venerat: Ac ita Grumbachius quali triumphans multorum exultatione wirtzburgico discessit; verum lætitia hujus Stratagematis magno ei constitit.

Nam Cæsar Ferdinandus, qui toto Imperij sui tempore iustitiz observantissimus fuisset, pacem coluisset, omnesque violentas actiones præ cæteris odisset, hoc facto omnibus juribus ac legibus contrario cognito, officij ratione omnia wirtzburgica acta rescindit, ac Grumbachium cum Wilhelmo Steinio, Ernesto Mandelsloe, Justo Zeawizio, Michael Feustlin, Dietricho Pichtio, tanquam præcipuis autoribus publicè proscribit, atque proscriptos in Imperio denunciatur, cujus proscriptionis pœna licet aliquandiu suspensa fuerit, tandem tamen eum finem sortita est, ut Grumbachius cum quibusdam sociorum supplicio affectus fuerit.

Circiter hoc idem tempus pestis, que ætate in autumnum vergente incepisset, contagione serpens, Norinberge, Francofurti, Magdeburgi atque in ora maritima Danisici, Hamburgi, aliisque finitimis in locis ita læviit, ut ad 30000. hominum extincta esse. grave hoc flagellum est Dei, pauci tamen eo ad vitam melioris institutionem convertuntur.

Nono Novembris Danici Duces, qui jussu Regis septem alis equitum ac viginti quatuor vexillis pedum ante tertio ejusdem ex hybernis Ellenbogy fixis mirò silentio, egressi fuissent, ac Suecos in obsidione Helmstadi hærentes, ab eo repulissent, dictis septem alis equitum, & duobus millibus sclopetariorum, hostes fugientes, ac intra paludes se continentes insecti atque adorti eorum ad 3000. concidunt, & præter aliquot vexilla circiter quadraginta machinas bellicas cum magna nitratu pulveris aliarumque munitionum copia iis extorquent. Virtus Comitis Guntheri Schwarzburgici in hoc conflictu prædicatur, qui aliquoties equo in glacie collapsus deturbatus

batus, hostes ingruentes fortiter repulerit. Suecus cum triduo ante Danicas copias adventare cognovisset, simulans quasi Calmariam ad copias alias abducendas iturus esset, turpiter suos deseruit, quorum peditum triginta quinque vexilla, peditum aliorum fuere.

Quarta Decembris Concilium Tridentinum, variis decretis publicatis & editis, solutum est, cui Cardinalis Moronus primus Legatus Concilio præsidens finem iis verbis fecit: *Post gratias DEO actas, reverendissimi patres in pace.* Ab universo cœtu Amen responsum, atque ita Concilio Tridentino finis feliciter datus est anno vigesimo septimo, postea quam primum à Paulo Tertio Mantuæ indictum fuerat, à prima verò sessione Tridenti celebrata 18. Duravit omnino annos quinque biennium sub Paulo 3. annum sub Julio tertio biennium iterum sub Pio quarto. Universis porro Concilio decretis subscripserunt Patres, quibus ea potestas erat, 255. Hi fuere legati Cardinales quatuor, Moronus, Varmiensis, Simoneta, Navagerius: Cardinales non legati duo, Lotharingus Archiepiscopus Remensis, & Madruvianus electus Tridentinus: Patriarchæ tres, Hierosolymorum, Aquilejensis, Venetus, Archiepiscopi viginti quinque Episcopi 168. Abbates septem. Procuratores absentium cum legitimo mandato triginta novem, Magistri generales ordinum septem. Interfuere tantæ Synodo, præter eos qui subscripserunt, Oratores Cæsaris Ferdinandi, Regum Francorum, Hispaniæ, Lusitanæ, Venetorum, Helveticorum, Ducum Baviaræ & Florentiæ: Juris Cæsarei, Pontificiique doctores, Concilio necessarii tres, Auditor rotæ advocatus consistorialis, promotor: Theologi, clerici non claustrales viginti; ex quinque mendicantium ordinibus circiter septuaginta à suis magistris, variis principibus & Episcopis vel missi vel evocati. Ex ordine Prædicatorum viginti: Minorum observantium decem: eisdem conventualium Eremitarum quindecim: Carmelitarum decem ser vorum aliquot. Ministri Concilii præter Commissarium & Secretarium qui Episcopatu fungebantur, fuere Scribæ duo, Cursores duo, Cæremoniarius magister, Medicus depositarius, Forerius, Diaconus & subdiaconus cum cantoribus duodecim. Grandem huic Concilii celebrationi pecuniarum summam absumpsit Pontifex Pius, quippe qui menstrua ad vitæ sustentationem salaria Legatis, cunctis inopia pressis Episcopis & sacerdotibus omnibusque ministris liberalissimè tribuerit: Id muneris antiquitus Imperatorum erat. Dum Tridenti Concilium celebratur, Cardinalis Lotharingus Romam veniens multa de concilio sententiarum magnitudine oppressus, mirum in modum optare videbatur, cum eo tractavit. Qui per eos die gravissimis febri, catarrhi podagræ, cruciatibus & profusio laborans, animi corporisque viribus ita destitutus aliquando fuit, ut mors ejus à multis secura crederetur. Cujus rei nuncio accepto (Moroni præcipue id opus fuit) ne interregno Pontificio Concilium apertum esset, justissimis de causis synodi finem maturarunt, & incredibili dexterritate, quum plerique Patres, Hispani præcipue, resisterent, rem confecerunt. Pontifex valido corporis robore sublevatus, Ecclesiæ sacramentis, de more susceptis, triduo post convaluit. Qui concilii exitu audito, quanquam ad huc viribus debilis, patris in cubiculum evocavit, quibus adversè

valetudinis suæ & concilii finis rationem reddidit, DEO gratias agens omnes ad sacrosanctas Ecclesiæ sanctiones servandas, & ne quid præter eas ab se peterent, hortatus est, celebresque pro adeo felici exitu supplicationes indixit.

Magnum in hoc Concilio inter Philip. Hisp. Regis Catholici, & Caroli Christian. Regis Gallia Oratores certamen fuit: uter alter alterum, in Sessionibus, atque publicis tum privatis actis, præcederet. Gallus antiqui moris rationem: Hispanus amplitudinem regni, Catholicæque religionis constantiam expendi postulavit. Re itaque cum Pio 4. Pontifice maximo, per literas à suis Concilii Legatis communicata, atque tandem Romæ discussa: idem Pontifex, iisdem Legatis per breve sub ex communicationis pœna pro Philippo pronunciari mandavit. Hoc igitur Carolus gravissimè ferens: per Oratores suo nomine, de omnibus in concilio gestis protestari iussit. Cujus protestationis formula cum scriptis extet, hic de ea plura dici non necesse est existimavimus.

DE REBUS GESTIS

Anno 1564.

MENSIS Januarii die vigesimo sexto prælium inter Moscovita ducem præcipuum, ejusdemque sororium Sniiski atque Lituanos committitur: Nam cum Moscovita Legatos Polonicos ex Moscovia infecta pace dimisisset, 40000. suorum & 30000. conductorum Tartarorum, eos è vestigio subsequitur, ut Livoniæ partes Rigam versus igni ferroque vastent, iisque dux ejus atque præfectus arcis ac civitatis Polozki, Schniszki, cum auxiliis non contemnendis ex finitimis regionibus collectis, prope Orschamarcem, Polonicam in finibus Lituaniæ sitam, se vicesimo tertio Januarij conjungens, non longè ab Uli oppido sylvam occupati. Hoc ergo Nicolaus Razivill Dux Lituaniensium cognito, etsi non plura quam quindecim suorum millia secum haberet tamen DEI omnipotentis fiducia fretus, & ignominiam arcis Polozki amissæ, ac insolentiam Ducis Moscovitici, Schniszki victoria subacti Polozki elati, commodus cum eo decertandum statuit, ideoque prima luce dicto die equo descendens, suos cohortatur, ut animis ad DEUM elevatis, eum pro victoria & auxilio invocent: deinde equites suos sclopetis more Saxonico instructos, in ea sylvæ parte, quam ipse occupasset, constituit, eo ergo Schniszki conspecto, statim tormenta bellica, in Lituaniensibus vi maxima displodit, neminem tamen eorum lædens, tum ergo Lituanienses equites cum sagittariis suis consurgentes tanto impetu in hostes feruntur, ut carragine ipsorum rupta ac occupata, hostes statim dissipent, atque eorum circiter novem millia internecone deant: deinde fugientes ad quinque miliaria infecta, quatuor millibus eorum in fuga occisis, circiter tria millia capiunt cumque hostium quam plurimum humen congelatum fuga transire festinarent, divinitus glaci soluta eorum plerique submersi fuere quibus præterea quinque millia currum cum carragine & apparatu bellico completa. Inter duces Moscoviticos primus Schniszki in fuga Polozkum evasit, tres autem eorum in Lituaniam cum ducis Ratzivilli potestatem vivi pervenire, nimirum dux Ratzivilli

hartzin, Polietzki, Woymarscheiski. Ex Lituaniensibus non ultra 20. occubuisse feruntur verum circiter octingenti gravissimè vulnerati, inter quos Dominus de Schenovvitz. Atque ita Lituani exiguis copiis, hostium maximis concisis, non solum patriam fortiter, a depopulationibus atrocissimi hostis defenderunt, sed & finitimis regionibus securitatem hoc anno pepererunt.

Quia verò in Lituaniæ mentionem incidimus, de qua magnam scriptorum varietatem esse constat, non alienum foret erit, breviter de ea recensere, quæ contra aliorum reprehensionem Lituaniis doctoribus maxime probentur.

Est Lituania regio Septentrionalis vicina Poloniæ, Borussia, Livoniæ, Russiæ, ac ferè Moscoviorum genti contermina, amplissimus in toto orbe Ducatus, multa enim magna Regna amplitudine loci excedit. Inde etiam nomen magni Ducatus, Lituaniæ habet. Dicta olim Italia, deinde Litalia, postremo magis crescente barbarie Lituania. Certum n. est ex annalibus, Lituanos oriundos esse ex Italis, quam historiam non abs re fuerit, paucis hic perstringere. Anno post natum D E I filium quinquagesimo sexto, crudelissimus homo Nero cum maximam tyrannidem in subditos exercuisset & nullum non tentasset scelus, ad extremum furens, impias ac sceleratissimas manus matri ac præceptoris iniecit. His tristicissimis spectaculis multi perterriti difficile esse putabant, ut is alienis parceret, qui contemptu religionis ac pietatis in parentes etiam grassatus fuerat. Itaque vitæ fuga consulebant. Inter cæteros quoque Neronis cognatos quidem Julius, aliorum periculo admonitus, metuit ne idem sibi eveniret, quod aliis accidisse viderat. Congregatis igitur amicis, atque aliis, qui in simili periculo versabantur, tota cum familia, ingenti opum copia ac necessario comitatu instructus, navibus revertis, patria solvit, navigaturus eo, ubi posset sine periculo vitæ, tranquille vivere. Hic venit per Oceanum ac Balticum mare in Lituaniam, quò cum apulisset naves, vitæ in primis solitudinem. Postea ubi & loci ad habitandum amœnitatem & soli fertilitatem, ingentem pitium multitudinem, inauditam fetarum copiam, incredibilem mellis abundantiam perspexisset, securus jam à monstro illo non sine magno gaudio ibi consedit. Ritus Romanorum vetustos retinere. Nam ignem perpetuum, quem Romæ virgines Vestales fovebant, ipsi quoque assidue alebant. Penates suos quisque habebat & alios Diabólicos cultus patrio more observabant. Aruspici n. in primis dediti, quod disciplinæ genus olim apud Romanos erat usitatissimum. Sed hæc idololatria per pium Principem *Uladislaum Lagelonem, Serenissimi Principis Sigismundi Augusti Polonorum Regis proavum*, cum à Polonis ad gubernacula Regni vocatus esset, sublata est; multi tamen adhuc in eandem rursus turbam, clam pristinas sedes retinent: ita difficile avitus & multis seculis confirmatus error mentibus extirpatur. Cæterum & idioma Lituaniarum olim Latinum fuit, ex plurimis ejus sermonis vocabulis apparet, ad jam Barbarorum consuetudinem, qui maxime plerumque linguis offundunt tenebras, mutum esse non mirum est, cum & ipsa Lituaniarum lingua, quæ in Italia Latinum sermonem, qui ei verus

quod corrupta vocabula adhuc etiam retinet, veterem linguam penè amiserit. Naturarum etiam in Lituaniis & Italis similitudo agnosci potest. Intelligentes & amantes Justitiam utrique, Libertatis tuendæ causa, non laborem, non pericula defugientes, non ignavi, nec petulantes, non aliis temere bella inferentes, sed illata fortiter sustinentes & depellentes, domi magna severitate disciplinam, & pudicitiam tuentes, capaces & avidi doctrinarum, idonei etiam ad eloquentiam. Neque verò in his artibus, etsi ut parenti, Italiæ cedunt, longè Itali postponendi sunt. Ea est omnium ingenii dotium atque virium excellentia.

Quarto Februarii anni hujus, *Deputatorum ad repentina ac improvisa Imperii negotia legati*, jussu Ferdinandi Imperatoris conveniunt, qui non solum Grumbachio cum suis proscripso, pacem publicam servari, sed & futuris motibus qui metuebantur, occurrere satagebant. Eorum itaque conventu Grumbachius cognito, qui de suo suorumque manipularium corio actum iri olfecisset, prolixum eò scriptum ad Deputatos mittit, in quo quàm paci semper studuerit, ac ealocum apud adversarios invenire nequiverit commemorat se *Electorum consilio ex Gallis eum instructissimo equitatu redeuntem obtemperasse, ac ad cohortationem ipsorum Deluarts eum spe reconciliationis ac intercessionis facta fiducia dimisisse, Augustæ anno quinquagesimo nono pro concordia se instituisse, sed frustra.* Nam omnia opera ac sollicitatione ejus sprete Canonicos *Virtzburgicos inter se jurejurando sanxisse, nullum in Collegio ferendum, vel in posterum recipiendum, qui pacem cum Grumbachio, vel reconciliationem suadeat: mandata quoque à Camera imperiali imperata, puiibus paritum non sit.* Se itaq; hos cognito summa necessitate & adversariorum iniquitate compulsum, licitas ad recuperationem bonorum ablatorum vias suscepisse: juris esse quod liceat spoliato, spoliatorum etiam armis expellere, & possessionem bonorum spoliatorum vicissim recuperare, etiamsi timor scandali subsit; jus igitur suum negligere voluisse, sed amicis ac auxiliariis competentibus in quos 400. nobiles fuerunt, bona recuperasse, ac occasione rei contra hostes gerenda cognita usum, transactionem ab adversariis oblatam accepisse. Ac licet in casu legitima defensionis à Casarea Majestate proscripserit, tamen eam proscriptionem non subsistere, quod se aliisque consortibus non citatis esset facta extra imperium in Hungaria, Electoribus insis, ac causa transacta, inausa per subreptionem imperata. Se itaq; petere, ut status deputati, innocenti ipsius ratione habita, intercessione sua proscriptionem aboleri, ac transactionis facta formula servari apud Casaream Majestatem propter in ora scandala vitanda curent. Eo verò scripto oblato atque ad *Virtzburgicum*, qui in numero deputatorum ex imperii statuum constitutione jam ante fuisset, per suos transmissos, is vigesimo sexto Februarii acerime responderet, atq; initio scripta proscripsi recepta miratus totius rei cum Grumbachio gesta statum exponit, minas proscripsi, nisi transactio extorta servetur, exaggerat, quod Grumbachius immerito bonis spoliatus fuerit negat, eum in inter precipuos devastate dioceseseos *Herbipolensis* autores fuisse, mandata de restituendo in Camera emanata, cum clausula, in vim simplicis citationis resoluta, intercessionem principum locum merito non datum, cum à prioribus delictis non tantum non destiteris,

desisterit, sed ea atrocioribus cumularit, conjurationem Canoniorum contra Grumbachium ab eo more suo ad diffamandos eos confictam, Augusta consensum in hoc, ut sic adis Melchioris Episcopi Grumbachius se innocentem esse ostenderit, restituendum, id vero minime factum, eum non esse spoliatum, ut legitimam defensionem prætendere possit, sed tyrannicè egisse, neq; spoliis absq; dolo committi: Dolum verò in eum non cadere, qui violentum grassatorem, summo Principe id mandante, justo bello ac legitima defensione repellat & prosequatur. Mirandam banniti atq; proscriptionis vires, ob nullitates nullaseversere conetur; non enim auditum, quod Princeps, qui sit lex animata in terris, ob notoria delicta, in scissis electoribus pacis publica violatores maxime inferioris conditionis banno subjicere nequeat, quod conqueratur se non citatum, declaratum, in hoc ipsi considerandum, non solum bonum publicum, sed & quod princeps de potestate ordinaria possit prætmittere citationem, ubi pars non citata evidenter careat probabili defensione; hisce alia multa accumulatur, quæ huc referri minimè necesse est, cum omnia scriptis, comprehensa publicè impressa extent. Ad extremum verò rogat, ut Deputati nulla supplicationis Grumbachianæ, sed publicè necessitatis ratione habita, in consultatione sua pergant, quò publicæ pacis perturbatores coerceantur, atque legitimis modis tranquillitas in Imperio conservetur. Deputati autem re ad animum revocata, cum non solùm quàm mali exempli hisce grassationibus invalescentibus res futura esset, sed & similes machinationes imminere ex propositione Cæsarea cognovissent, Executionis pacis publicæ formam emendant, & augent ac pro tranquillitate in Imperio conservanda mille quingentos equites communibus Imperii impensis sustentandos, unanimi voto in re tam periculo statuant.

Circiter initium mensis Aprilis Andreas Vesalius, Philosophus, ac Anatomicus toto ferrarum orbe celebratissimus, Caroli V. Imperatoris, & Philippi Regis Hispaniarum Medicus, cujus superius circa obitum Henrici secundi Gallorum Regis meminimus, Venetiis cum Malatesta Ariminensi ejus Reipub. capitaneo, in Cyprum proficiscitur. Dum verò paulò post à Venetiis Patavium amplissimo stipendio vocatus, ad suscipiendam functionem oblatam tenderet adversis ventis ad Insulam Zantium delatus, ibidem in loco silitario vitam miserrimè obit, ac ab aurifabro qui forte fortuna ad locum, ubi vitam fuerat, pervenisset, ne esca bestiis fieret, sepelitur. Exemplo omnibus notando, ut vitæ nostræ incertitudinem consideremus, iram DEI fugiamus eumq; precemur, ne oculos suos à nobis avertat, sed peccata propter JESU CHRISTI filii ac unici mediatoris nostri intercessionem nobis condonet, & ex hac misera vita translatis, possessionem cælestis domicilii, passione & effusione sanguinis sui præparati, benignè concedat, quo cum in dividua Trinitate, Angelis ac Patriarchis, omnibusque sanctis, æterna beatitudine ac vita cælesti in æternum frui atque gaudere queamus.

Decimo Aprilis Palatinus Elector Fridericus, atque Christophorus Dux Wirtembergicus, cum ante de componenda tristis controversia præsentis Corporis CHRISTI in cæna Domini à Theologis utrorumque longo tempore agitata consensissent,

in monasterio Maulbrunnensi, quod sex milliariibus Spira distat, atque in ditione Wirtembergica situm est conveniunt, atque colloquium adductis suis Theologis instituunt. Ac quidem Elector Palatinus disceptationi hujus controversiæ adhibet ex Theologis, Michaelem Tillerum concionatorem aulicum, Petrum Boquinum Gallum, Casparum Olivianum Trevirensensem, Zachariam Ursinum, & Petrum Dathenum, ex politicis Christophorum Ehemium, & Thomam Erastum medicum, Notarium, Wilhelmum Xylandrum Græca Lingvæ Heidelbergæ professorem. Wirtembergicus verò ex Theologis Valentinum Vannium Abbatem Maulbrunnensem, Joannem Brentium præpositum Stutgardensem, D. Jacobum Andream, Cancellarium Tubingensem, D. Theodoricum Schnepffium professorem Tubingensem, Balthasarum Bidenbachium concionatorem aulicum; ex politicis autem Joannem Feslerum Cancellarium & Hieronymum Gerbardum Vicecancellarium. Notarium verò constituit Lucam Osandrum concionatorem Stutgardianum. Duravit horum colloquium à decima Aprilis die, usque ad 17. ejusdem, ac Principibus ob alia negotia inde profectis, actis colloquii subscribe re nomine Electoris ex politicis, Christophorus Ehemius, ex Theologis Dillerus & Olivianus: nomine Wirtembergici ex politicis Vicecancellarius Gerbardus: ex Theologis Brentius & Jacobus Andream: Notarius uterque utriusque nomine deputatus. De modo vel articulis disputationis scribi nihil necesse est, cum acta ab utraque parte divulgata, publicè extent.

Mensis Maji die veneris qui in 13. Calendas Junias incidit, biduo post futura die Pentecoste, vespere circiter octavam Joannes Calvinus cum ab Anno 1557. variis morbis agitatus atque doloribus cruciatus fuisset, tandem difficultate anhelitus, quam *duræ rei ap.* vocant, Genæve moritur, atque secunda hora pomeridiana, sequentis diei, in commune cœmeterium, cui à plano palatio nomen est, absque ulla prorsus funeris pompa & apparatu effertur: cadaver ipsum maxima civitatis pars atque frequentissima omnium ordinum turba comitata est, non defuere complures peregrini, qui quoniam ejus videnti gratia venissent, vehementer averent mortuū spectare, atque hoc valde flagitarent, sed improborum maledicentiæ & calumniis obviam iretur, citius id in ligneo loculo reconditum fuit: natus fuit Novioduni in Picardia anno 1509. 10. Julii die, ita ut in hoc mortali ævo vixerit annos quinquaginta quinque, menses undecim dies septendecim. Hujus vitam copiosè qui ei in munere docendi successit Th. Beza descripsit, ac funus multi Epitaphiis suis ornavit, qui itaque ejus historiam pleniorē desiderat, ea legat.

In feriis Pentecostes undecim navibus Danicis in portu Bornholmensi se continentibus, ac nihil minus quàm hostium adventum expectantibus, novendecim Suecicæ naves plenis velis in eas feruntur, quibus Danicæ conspectis, & hæc instruunt, atque Suecicis obviam progressæ, iis ita appropinquant, ut sclopētis res ageretur. Tanto itaque ardore certatum, ut octo Danicæ velis conversis fugam caperent: iis ergo retrocedentibus, fit, ut navis prætoriz malus, in medio tormentorum ictu perfringeretur, qua Jacobus Brackenhausen Danicus Navarchus vehabatur, ac cum navis moveri non posset,

Danici *Navarchus* in hostis potestatem veniret, cum cum aliâ duæ naves *Danica*, quarum altera *Cervâ* altera *Hællor* nominatæ erant, succurrere vellent, & hæc tanta vi repelluntur, ut de fuga cogitarent, sed celeritate hostis præventæ & ipsæ ei se dedere cogentur. *Sueci* itaque tribus his navibus potiti, *Danicos* milites statim ex iis iussos egredi, in suas naves distribuunt, atque ad regiam urbem *Stocholmiam* cōtendunt, quò cum appropinquarent, milites de promontorio in promontorium transvectos, initio durissima fame affligunt, ac in tertium deductos, non solum contra jura militaria, sed & jus gentium miserè tractant: nam eò *Suecicus* cum liçtore & tonsore veniens, jussu Regis eos tonderi jubet, qui dicitur, *Danicæ Regem cucullis morionum delectari; itaque Regem Suecum jussisse unicuique coronam monachalem fieri, ut monachorum corona, ac morionum cucullis cōjugantur.* Deinde *Stocholmiam* navibus, in quibus capti fuerant, transychuntur usque in portum, ubi verò pontonibus impositi, bini ac trini, ac tanquã canes venatici copulari per urbem in arcem deducuntur, ubi cum contra sacramentum militare *Regi Danicæ* præstitum, *Sueco* se militare non posse affirmarent, in tres partes divisi, partim *Vesaliam*, partim *Weslram*, partim *Gripsholmum* ablegantur, ac in durissimos carceres conjecti, compedibus constringuntur ac alimentorum necessariorum denegatione ita cruciantur, ut fame plerique perierint.

Sub finem Junii *Sueci* successu prioris victoriæ elati, ac nihili pacis tractationem, *Rostochii* per imperatorem *Electores* aliosque Imperii Principes institutam facientes, rursus *Bornholmum*, ubi *Danica* ac *Lubecensis* classis convenerat, petunt, ibi ergò certamine rursus factò, *Sueci* ex nave *Magelosiâ* strenuè pugnant, ut primo die ea quod nomine præ se ferret, re præstitisse videretur. Cæterum sequenti die prælio redintegrato, *Danicis* ita fortuna affulsit, ut *Magelosiâ* cum alia navi ex nitrato pulvere accenso, disjecta, atque submersa cum omnibus ei impositis fuerit, salvo tamen *Navarcho Suecico Jacobo Bagen*, qui unâ cum aliis quibusdam *Nobilibus* ac *Equitibus Suecicis*, vivus in hostium potestatem venit, ac illi quidem *Haffniam*, cæteri verò *Nobiles Lubecam* deducti fuere. Clades hæc *Suecorum* magno, & quidem ultra aliquo 100000. æstimata est. *Megalosiâ* ista, tormentis bellicis, munitione, comæatu; apparatu navali, militibus, aliisque instructissima fuit: Ac ut nulli potentiæ cederet, à *Gustavo Rege* ædificari cepta, à filio verò *Erico* perfecta fuit, nomine inde ei lingua *Suedica* indito, quasi à potentia libera esset. Cæterum hic *DEUS* ostendit, quam stultæ & vanæ mortalium cogitationes sint, perpetua & inexpugnabilia fore cœnsentiū, quæ unico momento concidant ac pereant. Discant igitur *Reges* ac *gubernatores*, non munitionibus ac armibus hominum manu factis, sed *DEI* Omnipotentis confidere, eique soli inniti. Nam ut illa ab hominibus constructa, sic facile ab iisdem dirui atque everti queant.

Mensis Julii vicesima quinta die quæ erant feriæ *Divi Jacobi* *Apostoli*, diem extremum *Viennæ Austriæ* clausit vigilantissimus, liberalitate, lenitate, justitia & prudentia singulari clarissimus, pacis amatissimus, ac omnibus desideratissimus, *Princeps Ferdinandus Romanorum Imperator*, obscurâ primùm

vehementius ac intestina adurente: pituita quoque tenui socia, per fauces acriter & tabidum pectus jam repente, sanguinis etiam probitate, habitudineque universa, extremo tumore indice in aquam penè conversa, diem hanc obitus ante aliquot menses sibi definisse scribitur. Nam cum vicesimo secundo Aprilis hujus anni, proximo ante *Palmarum Festum* die, manè pedes abluturus, in vertiginem, ac animi turbationem incidisset *Zithardo concionatore aulico* vix ipsum sustinente, atque se collègisset, ait vos putabatis me profus non rediturum? non tam cito id fiet: Certum habeo me ante *Pentecosten* è vita non migraturum, cumque eum diem & octavam post atigisset, repetiit: *SPIRITUS SANCTUS* voluit ut morerer ante *Festum Jacobi*, ut quomodo is peregrinus apud nos, ita ego infans *Hispaniarum* extra solum natale cum ipso peregriner. Ex eo tempore gravius habere cepit, medicosque sibi aliquid exhibere ferè coegit: non facturos ipsos officium si naturæ cuncta permittantur. Sæpè repetebat, se ad vitam & mortem paratum, nihil abhorere, cujus malū ac periculum sanguine *CHRISTI* exhaustum esset, ac sublatum, imò incundissimè animi promptitudinem ac voluntatem declaravit, cum adjecit: Se morti illigatum, eamque non recusare, quòd si majores ipsius mortui non essent, per numerum tot superstitem successorum, se *uricolam aut pastorem* fortè, cum *Imperator* sit, futurum fuisse: id circò se suis loco cessurum ut dignitatem obtineat æquam, dum per *Deum Austriæ* domui liceat. Sæpè *Deum* precatus est ut si quos offenderit, sese patefaciant: vitamque dum errorem deprecetur, ac illis detrimentum compenset, produci oravit. *Ministrorum* *Indicem*, & nomina quibus debeat, quos dignè locupletarit, quibus immerentibus spè liberorum quid largius indulserit, repetebat. Per octo & triginta annos *Turcæ* se opposuit: nulli tamen ejus causa se innopes factos quæri possunt, ac si otium fuisset ditandi, quis eo uspiam potentior, amplius fuisset: cujus causa *Solymanus* septies moleste præsens venire sit coactus ad triginta & centum miliaria continua ditionem possederit. Defectis paulatim viribus, die à se definito *Jacobi*, facillimè, vi morbi, nullo gravi mortisque præsentis inditio cessit, hora post prandiolum, etiam ovo jure soluto cumulatam, inspectantibus suis, vix digresso filio *Maximiliano*, nec tum ejusmodi quicquam cogitante, & ad subitum nunciium etiam addubitante. Cujus ultima vox alto têtati somno, ac de hora querentis (cujus machinationis semper fuit arantissimus.) ad *Cratonem* medicum fuit, aliis absentibus omnibus adhuc: Quomodo habeo? Aperto corpore, visceribusque vacuo, in sinistro tene plurimi lapilli, atque etiam in vesica (de quibus tamen nunquam fuerat conquestus) reperti fuere. Cineres ex ejus voluntate ad dulcissimæ conjugis *Anne Reginæ Hungariæ* ossa, *Pragam* translati, atque apparatussimè funestissimæque depositi. Vixit annos sexaginta, menses novem, & aliquot dies, Imperium solus administravit annos septem conjugem habuit *Annam* *Reginam Hungariæ & Bohemiæ*, ex qua liberos quidecim sustulit, masculos quatuor *Maximilianum*, *Ferdinandum*, *Johannem*, *Carolus*, femellas undecim *Elizabetham* *Regi Poloniæ Sigismundo* nuptam, *Annam*, *Mariam*, *Magdalenam*, *Catharinâ*, *Leonorâ*, *Margaretâ*, *Barbarâ*, *Ursulam*, *Hele-*

Helenā Joannam. Virtutes ejus, post mortē non solum à doctis Germaniæ, sed & Italiæ prædicatæ fuere, inter quos Joannes Baptista Pigna Alphonfi Ferrariensis Ducis Secretarius, & Joannes Baptista Adrianus Florentinus, in præsentia suorum ducum, ejus funus orationibus elegantissimis ornarunt. Inter Hungaros verò Franciscus Forgatz Episcopus Vardiensis, Joannes Sambucus Medicinæ Doctor, & Martinus Berzevicæus. Porro Ferdinando rebus humanis exempto, Maximilianus Cæsar in Imperio Boemiæ regno, & Austriæ principatu successit. Tirolis comitatus, cum Brisgoia & Alsatia &c. Ferdinando, Provinciæ Stiria, Carniola, Charinthia, Carolo cessere.

Hoc eodem anno ac die Jacobo sacro in diocesi Saltzburgenſi in valle Raurisia circiter horam nonā noctis, nubes ignea magno fulgore ac tonitru fracta in montem qui Berencogelus dicitur, decidit, à qua fluviolus quidam capris denominatus, ita crevit, ut ingentia saxa loco mota volverit, & in pago quodam Luca ultra 100. homines submerserit ac 30. ædes dirutas impetu suo avexerit. Talia signa effusam Dei iram haud dubie testantur, contra peccata nostra, ea tamen non agnoscimus, sed quasi occæcati in dies ea accumulamus, ut mirum non sit, si Deus irritatus, nos virga sua ferrea visitet.

Circiter hoc idem tempus, ne Suecia solum bellis occuparetur, sed tristibus læta miscerentur, Christophorus Marchio Badensis, ducta Regis Sueciæ Gustavi filia Ceciliiæ Erici Regis sorore germana, in uxorem, nuptias Stocholmiæ celebrat, eamque autumno sequente per Borussia ac Marchioni ad suostraducit.

Augusti die tricesimo D. Sabina Comes Palatina ad Rhenum superioris & inferioris Baviariæ Dux, quæ Ulricho Duci Wirtembergensi ex consilio Maximiliani Cæsaris nupta, illi Christophorum filium peperit, extremum vitæ pensum Nirtingæ absolvit, cum finem sortita, quem divus Augustinus quodam in loco sibi à Domino concedi petiit nimirum somno eam excipiente cum requie, requie cum securitate, securitate cum æternitate. Nam cum tertio Calend. Septemb. ante horam matutinam in ædes arcis Nirtingensis inferioris descendisset ac inspexisset, quæ ministri pararent ad iter, quod instituerat, & quædam illis mandasset, ubi iterum ascenderet, de infirmitate quæri cœpit, & sedere se atque quiescere velle dixit: & ita placidè confedit, ac invalescente vi morbi paulatim & sensim inter manus suorum domesticorum collabescere, & subsidere toto corpore cœpit: quod cernentes illi, & ultimum hujus miseræ vitæ diem instare rati, mox accersunt, ut erant jussi, pastorem Nirtingensem, virum imprimis doctum & pium: quo adveniente, interrogata à nobili matrona: an ex illo verbum Dei & consolationes divinas audire vellet: respondit se percipere. Cum verò ille ultra horam ad fidem CHRISTUM constantem & patientiam Christianam adhortatus illam esset, cumque illa summa cum attentione audivisset, & ad omnia interrogata planè & dilucidè, sed breviter, respondisset, & adfirmasset se libenter ac prompto animo Domino vocanti se obtemperaturam, dormire se velle tandem dixit: Ergo ad horam ferè primam ita suaviter & placidè dormivit, ut quotquot aessent, optimam iterum, diuturnioris

ipsius vitæ spem conciperent, donec tandem levissimo motu corporis vix animadvertentibus illis, absque ullo dolore, quantum cerni potuit animam CHRISTO suo redderet. Postquam autem rumor de obitu ejus Nirtingæ percrebuisse, tantus & tam acerbus oppidum tantum invasit luctus, ut in singulis ædibus mortuum jacere credidisses. Quam enim vivam propter summam pietatem & maxima beneficia ardentissime dilexerant, non poterant non dolere sibi ademptam, non Dominam & principem, sed matrem charissimam. Nam non solum pietas ejus, sed & beneficentia erga pauperes multis probata fuit. Id quod alia exempla testantur, tum verò hoc. Etenim hoc audivisset à Waiblingensibus, à quo oppido Gibilinis bellicosissimis quondam principibus, arbitror, nomen factum, ptochotrophejum non esse, mille nummos aureos, ad novi, ut vocant, hospitalis extructionem contulit. Et ut liberalior & benignior in pauperes esse posset, omnem luxum aulicum, omnesque sumptus non necessarios sustulit. Itaque de redivis suis annuis, qui fuerunt satis amplii, vix quartam partem in suos & aulæ usus contulit: reliquum universum vel in pauperes distribuit, vel iis quos liberalitate sua dignos judicabat, donavit. Neque enim sibi in hoc seculo colligebat thesauros: sed illos juxta præceptum Servatoris, per manum pauperum in cælos præmittebat. Et cum semineum genus ferè ad rem soleat esse attentius, senes quoque propter imbecillitatem plerumque efficiantur avariores, ipsius liberalitas in dies magis magisque cum ætate ad extremum usque vitæ diem crescebat. Sæpe enim dicere solebat, nullos se hic relicturam thesauros, nisi quos vel apud pauperes, vel bene meritos & fideles ministros deposuisset. Itaque cum funus ejus summo mane propter itineris longinquitatem efferretur, vix tamen ulla domus fuit Nirtingæ, ex quo non aliqui illud flentes & lugentes comitarentur, atque ægrè & maximo cum dolore animi à funere avellerentur. Ita igitur funus illud Tubingam deducente filio Principe, cum omnibus suis Nobilibus & Proceribus, Conjuge & liberis charissimis prodeunte obviam tota schola & oppido Tubinga, quarto Id. Sep. cum maxima solennitatis humeris Nobilium in templum deportatum atque ad Duces & Comites Wirtemberg. quondam Illustris, & præstantis, Principes & Heroes reconditum est, inde in extremo Judicio Domino & Salutatori JESU CHRISTO judici vivorum & mortuorum obviam proditurum, & deposita mortalitate in gloria æterna victurum.

Septembris die sexta arx munitissima Pevoldi Velez subdominio Turcarum ad Africa oram inter abruptissimas petras sita, & mari undique septa à Garzia Tolerano regis Hispaniarum triremium & maris dūce ad reprimeudas Turcicorum piratarum qui inde frequenter mari infestabant incursiones, obfessa ac validis tormentorum ictibus verberata Turcis, præter omnium expectationem inde aufugientibus, in Hispanorum potestatem venit, Duce & toto exercitu fatente à Deo exercituum hostibus terrorem immisissum, ut ex ea arce turpiter discederent, quæ vix multo tempore & sanguine obtineri potuisset. Huic ergo arci fortissimo præsidio contra barbarorum incursiones imposito, Garzias ad suos rediit.

Decembris die decimosexto *Adolphus Dux Hol-*
satia cum desponsata sibi *Christina Philippi Hassia*
Landgravis filia insigni pompa nuptias *Gottorpi* du-
catu *Slesvicensis oppido* celebrat. Hanc Land-
gravii filiam *Ericus Rex Suecia* bello inter se & *Da-*
nuum exorto ambierat, quo sibi auxilia in Germania
 contra *Daniae Regem* compareret, nec denegatam
 fuisse constat. At *Landgravius* detectis abomi-

nandis *Sueci* consiliis, interea *Reginam Angliae El-*
zabetham ad nuptias secum ineundas literis sollici-
 tantis; atque prætenu matrimonii cum filia sua in-
 digna Rege molientis ejus affinitate sano consilio
 repudiata *Adolpho* *Holsatiensi*, cujus Heroicum
 animum à teneris annis cognovisset,
 eam in matrimonium
 tradit.

RERUM GESTARUM, SUB FERDINANDO I.
 IMPERATORE, FINIS.

